Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


BIBLIOTECA CHRISTIANI GOTTLIEB JOEHER
~~C II 6. 3063 1.2~~ Cc-871a

FRANCISCI VIGERI
DE
PRÆCIPVIS
GRÆCÆ
DICTIONIS
IDIOTISMIS
LIBELLVS.

EDITIO NOVISSIMA,

Cum prioribus, & præsertim
omnium prima,
diligenter composita,
Inque locis quamplurimis
emendata
cura
JOH. HENRICI LEDERLINI,
Linguar. Orient. Prof. P. Ord.

ARGENTORATI,
Impensis THEODORICI LERSE,

ANNO clo Iocc VIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853387967/phys_0005
DFG

Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

NOBILISSIMO. ATQVE
PRÆCELLENTI
DOMINO
JOHANNI
DIETERICO
EXIMIAS. INGENII. DOTES
MAGNO. CONATV
NEC. MINORI. SVCCESSV
EXCOLENTI
ELEGANTIORVM. LITERARVM
INQVE. IIS. ET GRÆCARVM
CVLTORI. PERINDVSTRIO
AD. ASSERTAM. DOMVI. SVÆ
GLORIAM
PER. EGREGIAS. VIRTVTES
FELICITER. ENITENTI
NOVAM. HANC. FRANCISCI. VIGERI
DE
PRÆCIPVIS. GRÆCÆ. LINGVÆ
IDIOTISMIS. EDITIONEM
AMICITIÆ. MONVMENTVM
D. D. D.
JOHANNES. HENRICVS
LEDERLINVS.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853387967/phys_0007
DFG

BENEVOLO LECTORI
S. P.
JOHANNES HENRICVS LEDERLINVS.

EXhibeo Tibi novam Franciſci Vigeri de præcipuis GræcæLinguæ idiotiſmis editionem, libelli ad pernoſcendam hujus linguæ indolem apprime utilis, ne dicam ſummo opere neceſſarii. Sunt enim omnibus linguis certi quidam & ſibi proprii loquendi modi, qui cum aliarum linguarum vel parum, vel nihil commune habent; quos ſi quis verbum de verbo in vernacula aut alia lingua exprimere velit, barbarus evaderet, & riſui ſe ſæpius exponeret. Quare, cum nihil fere eſſe, quod ut linguarum omnium, ita & Græcæ ſolidam cognitionem æque moretur, ac proprietatum ignorantia, uſu ipſo didiciſſem,

ciſſem, ſubinde Auditoribus meis utiliſſimi hujus libelli lectionem commendavi. Verum, quoniam editionum ejus, quæ in Gallia, Batavia & Anglia prodierunt, exemplaria jamdudum erant divendita, adeo ut fruſtra a Bibliopolis peterentur, querelis repetitis Auditorum meorum tandem permotus de nova ejuſdem editione cogitare, & cum Bibliopola noſtro, Domino THEODORICO LERSE, Viro humaniſſimo, & ad promovenda Juventutis ſtudia propenſiſſimo, agere cœpi. Cui, poſtquam operam ſuam lubens addixiſſet, libellum a me emendatum excudendum tradidi. Ut autem breviter ſcias, Benevole Lector, quid hac iterata editione a me præſtitum ſit, hæc Tibi habeto. Secutus ſum in exſcribendo hoc libello editionem potiſſimum Lugdunenſem Batavam, quæ Anno ſuperioris ſeculi LXXX. apud Danielem a Gaesbeeck, in forma, quam duodecimam vocant, impreſſa fuit. In qua editione Typographus addenda quædam Viri non indocti, quæ in aliis editionibus ſeparatim legebantur, hiſce ſignis [ ] incluſa ſuis locis interſeruit, ceu ipſe in præfatione ſua ad Lectores, quam una cum e-

jusdem dedicatione, & ipsius Vigeri præfatione mox adjicio, testatur. Verumenimvero quoniam multa παροράματα in illa editione, operarum forte incuria commissa, deprehendebam, cum ipsa sæpius Scriptorum loca inspexi, tum vero omnium primam, quantum equidem mihi innotuit, editionem, quæ Parisiis superioris seculi anno XXVII. hoc titulo insignita prodiit: *De præcipuis Græcæ dictionis Idiotismis. ab uno ex Patribus Societatis Jesu*, in subsidium adhibui, & a capite ad calcem cum Lugdunensi editione composui; atque hac ratione nostram editionem non parum emaculatam in quamplurimis locis reddidi; ceu illis, qui hæc accuratius examinare satagent, manifestum erit. Illud quoque monendus es, Benevole Lector, me Cap. VIII. Sect. III. Reg. V. item eodem Cap. Sect. X. a Regula I. ad IV. usque, ubi insignior editionum erat discrepantia, exhibuisse lectionem editionis Parisiensis, Lugdunensis autem nihilominus ad libelli calcem ante indices adjeciisse, ut ne quid huic nostræ editioni deesset, quod aliæ haberent. Erat præterea ab initio animus, sparsim quoque & meas interserere observatio-

vationes, quas hinc inde a longo jam tempore ad codicis mei, quo utor, oram adlevi, sed quia verebar, ne libellus hic, quem præter alias egregias dotes, & parvitas sua magno opere discentibus commendat, in portentosam molem excresceret, & vel hac ratione a lectione sui φιλελλήνων deterreret, consilium mutavi, & ea, quæ notatu in hoc negotio digna mihi visa sunt, Lectionibus meis cum publicis tum vero privatis reservanda duxi. Adjeciſſem tamen nihilominus Lesbonactem περὶ σχημάτων, græcum scriptorem, & hactenus, quod sciam, ineditum, quod συγγραμμάτιον illud certe elegans, pauciſſimis verbis plurima ad reconditam idiotismorum diversarum Græciæ civitatum & regionum doctrinam contineat, nisi operarum in exscribendo Vigero ab initio ἀμβολὰ, &, cum libelli editio ad finem properaret, nimia mox festinatio me a proposito revocasset. Quod vero nunc dilatum est, σὺν Θεῷ non prorsus differetur; modo qualescunque mei conatus promovendi hæc studia cordatis placuerint. Formam Vigeri nostri quod attinet, hanc præ aliis seligere placuit, eum potiſſimum in finem, ut cum

Matthæi Devarii de Græcæ linguæ particulis libro, qui Anno M DCC. Noribergæ juxta exemplar Romanum excusus est, compingi possit: cum Particularum alicujus linguæ cognitio, æque ac Idiotismorum notitia, ei qui eam addiscere cupit, quam maxime necessaria sit, imo anima cujusque linguæ non immerito dici queat. Accedit, quod plura in Vigero sint, quæ uberius explicat Devarius, & vicissim multa tradat Devarius, quæ a Vigero lucem fœnerantur. Et hæc sunt, Optime Lector, quæ Tecum de hac nova editione communicanda opus esse existimavi. Tu interea laboribus nostris fruere, nobisque fave, &, si Deus vitam atque sanitatem concesserit, novam Progymnasmatum Theonis & Aphthonii editionem, e MSS. Codicibus emendatam & notis nostris illustratam, proxime expecta. Vale.

Scrib. Argentorati
Pridie Idus Apriles
M DCC VIII.

Clariſ-

Clarissimo eruditissimoque

VIRO

ABRAHAMO BERKELIO

S. P. D.

DANIEL à GAESBEECK

DEfero ad te V. CL. Vigerum hunc de Idiotismis Græcæ linguæ, nostris typis in lucem redeuntem, libellum quidem mole sua non gravem, sed non minus utilem, & necessarium: eum autem potissimum nomini tuo inscribere visum mihi fuit, propter insignem tuam eruditionem, & intimam Græcarum litterarum cognitionem & peritiam, quam

in

in te non amat ſolum, verum etiam admiratur eruditus orbis. Addo his ſingularia beneficia, jam abhinc multis annis, in me collata: pro quibus cum aliquam grati animi ſignificationem dare ſummopere geſtirem, hoc munuſculum levidenſe, ſed ab homine grato profectum, tibi dedicare placuit, quod ſi ab offerentis manu digneris accipere, animum mihi addes ad majora aliquando audenda. Deus te reipublicæ litterariæ, & omnibus vere φιλέλλησι, quam diutiſſime incolumem conſervet. Vale. Datum e Typographeio meo, ipſis Kalendis Aprilibus, Anno 1680.

LECTO-

LECTORIBUS S.

HActenus incubuit, & etiamnum incumbit ſtudiis veſtris adeſſe, atque omni cura & labore noſtro inſervire. Cum itaque verſaremus animo, qua in re vobis potiſſimum poſſemus hoc tempore prodeſſe, ſperavimus, futurum operæ VIGERUM typis noſtris mandare, qui linguæ haud ignobili excolendæ felicem ſane operam navaſſe creditur: Hunc ergo vobis permittimus, & ne quid porro deſit viæ ad Græcam linguam muniendæ, VIGERO alium adjunximus, qui accentuum rationem in leges, quam fieri poteſt pauciſſimas, compendifecit, & ne quid porro huic deeſſet editioni, addenda quædam viri non indocti, quæ in aliis editionibus ſeparatim legebantur, hiſce ſignis [ ] incluſa ſuis locis interſeruimus, & novum præterea indicem Auctorum adjecimus. Hæc habes, Benevole Lector, ne aut rei tuæ deeſſe, aut æmulis præli noſtri conceſſiſſe videamur.

JU-

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853387967/phys_0015
DFG

JUVENTUTI

ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ

S.

EXpreſſum hunc mihi, vel extortum libellum dicerem, niſi vel contritum hoc, jamque tralatitium præfandi genus, veritatis fidem elevaret; vel, utcunque res ceſſerit, non tam id oratione prædicandum mea, quam vivorum in teſtium conſcientia relinquendum putarem. Nunc, cum eorum ad ſtudia voluntatem quoque meam adjunxerim, conſilii noſtri rationem paucis habe. Scribimus, non eruditis quidem, aut multa jam lectione maturis: diſcipulos ipſi nos facilius habeant, quam doctores: nec tamen plane novis aut rudibus. Medium quoddam Lectoris ingenium quærimus, hoc eſt grammaticis præceptionibus mollitum nonnihil ac ſubactum. Huic viam ſternimus ad majora, non vocum immani congerie, quam invidiam ab immenſis voluminibus, vel ipſa breviſſimi opuſculi ſpecies facile deprecatur: ſed eorum, ut vocamus, idiotiſmorum delectu, qui ſingulis in orationis partibus, & occurrunt

runt frequenter, & præcipuam quandam vim, atque elegantiam Græcæ dictionis includunt. Ita enim se res habet, ut nonnullo quoque docendi usu didicimus. Linguæ omni, Græcæque præsertim, suus quidem est, ac singularis genius, & certis quasi formulis illigatus: quem simul ac deprehendere cœperis, ames continuo, nec ante persequi desinas, quam assequare. Idem nisi te afflaverit, frustra sudes, nec minus inani, quam molesto labore jacteris, necesse est. Hujus ergo tibi vestigia quædam indicamus, eaque, ut speramus, nec levia nimium, nec obscura. Facem ad ea nonnunquam Budæus prætulit, fateor. Quem enim adhuc, tantum hunc Gallo-græciæ Musagetem διδάσκον habuisse, aut pœnituit, aut puduit? Extabunt similia quædam in amplioribus aliorum spatiis. Ne id quidem admodum negaverim. Cur enim nova prorsus, & inaudita cudere ambitiose velim, aut debeam, non video. Sed ea tamen, dum vel passim distracta, vel partem maximam parum explicata, vel tam alta mole consepulta latent; fit omnino, vix ut unquam a tironibus, aut videri possint, aut depromi. Eadem si unum in fasciculum collecta fuerint, si brevius pressiusque compacta, si digesta commodius, si familiarius enu-

clea-

cleata, vel manu, vel pera claudi potuerint; tam avide legi solent, quam facile comparari. Horum ut deesset nihil, efficere contendimus. Et erunt, opinor, præter ordinem cultumque non pauca, quæ nobis etiam, studioque nostro debeantur. Quod superest, tanti fuerit, Juventus optima, priusquam ad Græcorum Auctorum lectionem aspires, totum hunc libellum semel iterumque decurrere. Ita enim evenire vulgo solet, ut præpropera festinatione legendi, multa prætervoles, quæ diligentiorem & oculum postularent, & manum, quæ tamen prætorita semel atque neglecta, & hoc quasi damnata præjudicio, vix unquam abs te deinceps attentionis aliquid impetrare possunt. At postquam his utcunque notionibus consignata mens est, occurrentium imaginum similitudine, cum excitatur afficiturque facilius, tum ad illas inter sese componendas suavius invitatur. Ex quo dici vix potest, quantum in posterum ad ista vel pervidenda, lucis, vel retinenda, firmitatis accedat. Et quidem multos videas, qui, cum in legendo laboris plurimum operæque consumpserint, vix aliquot Demosthenis periodos integro perpetuoque sensu contexere noverint; confusa quadam vocabulorum, ut loquuntur, notitia, ut

re

re ipsa sentiunt, perturbatione contenti. Quod enim illa sententiæ totius absolutio, ex quarundam sæpe vocularum aut significatione, aut collocatione apta sit atque nexa; his vel omissis, ut fere fit, vel perperam intellectis, hiet ipsa proinde pendeatve necesse est. Cui malo, quod nec leve quidem, nec mediocre videri debet, libellus hic noster, commode, ut spero, facileque medebitur. Equidem præstare nolim, quæ hoc etiam in genere observanda videri possint, complexum eum esse omnia: temeritatis hoc esset, non fiduciæ: polliceri tamen ausim, qui ad optimorum Scriptorum lectionem ab illius, cujusmodi est, supellectile paratus accesserit; eum per sese, in cæteris prope omnibus, quæ vel præterierit memoria, vel judicium reliquerit, & subodorandis sagaciorem, & agnoscendis oculatiorem futurum. Vale, studiosa Juventus, & fruere.

INDEX

INDEX CAPITUM ET SECTIONUM.

CAP. I.

Pag.

De Articulo Præpositivo. 1

CAP. II.

De Articulo Subjunctivo. 11

CAP. III.

SECT. I. *De Nomine in universum, ac primum de Substantivo.* 20

SECT. II. *De Adjectivo, Comparativo, Superlativo, Numerali.* 29

SECT. III. *De nominibus* ἀποφρὰς, ἄνθρωπος, ἀρετὴ, ἀρχὴν, αὐτόφωρος. 39

SECT. IV. *De nominibus* ἀφορμὴ, δείλη, δῆλος, [δίαιτα,] δίκαιος, ἐξούλης, ἐπίδοξος, ἔργον, ἐτεὸν, ἕτοιμος. 45

SECT. V. *De nominibus* ἵππος, [ἱππογνώμων,] ἴσος, καιρὸς, κακὸς, κάκωσις τῆς ἐπαρχίας, κλοπὴ τῶν δημοσίων, κοινὸς, καταχρεως, κυρία, προθεσμία, ἐρήμη δίκη, κύριος. 56

SECT.

INDEX CAPITUM ET SECTIONUM.

Pag.

SECT. VI. *De nomine* λόγ. 67

SECT. VII. *De nominibus* μέρ, μοῖρα, μηδείς, μηχανὴ, μικρὸν καὶ μέγα, νεανικός. 72

SECT. VIII. *De nominibus* ὁδός, [οἰκονόμ,] ὅσ, ὀργή. 79

SECT. IX. *De nomine* ὅσ. 90

SECT. X. *De nominibus* ἔρ, παῖδες, πᾶσιν, πλόϊμ, πολιτεία, πολὺς, πρᾶγμα, πρᾶξις, πρόσχημα, πρῶτα. 97

SECT. XI. *De nominibus* σημεῖον, τεκμήριον, ἀπόδειξις, ῥᾳδιούργημα, τέλ, τίς. 105

SECT. XII. *De nominibus* τοσοῦτον, φθόνος, χεὶρ, χερῶν. 112

SECT. XIII. *De nominibus* χρῆμα, χρυσὸς, χώρα, ὥρα. 115

CAP. IV.

De Pronomine. 121

CAP. V.

SECT. I. *De Verbo Activo, Passivo, & Neutro.* 131

SECT. II. *De Idiotismis Indicativi, Imperativi, Optativi, & Subjunctivi propriis.* 141

SECT. III. *De Idiotismis Infinitivi, & temporum quorundam propriis.* 146

SECT. IV. *De Verbis* ἀγαπᾶν, ἔργειν, προχείω, ἄγειν καὶ φέρειν, προλαύειν. 157

Pag.

SECT. V. *De Verbis* [γυναῖν, τίκτειν,] γίνεσθαι, διαχωρεῖν, διώκειν, φεύγειν, ἐπεξιέναι. 165

SECT. VI. *De Verbo* εἰμί. 173

SECT. VII. *De Verbis* εἰπεῖν, ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι, ἔοικα, ἔχω. 181

SECT. VIII. *De Verbis* ἥκω, λανθάνω, μέλλω, νικάω, νομίζω, οἶδα, ἴσθι, οἶμαι. 190

SECT. IX. *De Verbis* καταγινώσκειν, [ὁμολογεῖν,] ὀφλισκάνειν, ὀφείλειν, παριστάναι, πάσχειν, περιϊδεῖν, περιορᾶν. 203

SECT. X. *De Verbis* ποιεῖν, ποιεῖσθαι, πράττειν, προσποιεῖσθαι. 214

SECT. XI. *De Verbis* συγκροτεῖν, συῤῥηγνυῦναι, συμφρονεῖν, τιθέναι, τίθεσθαι, τυγχάνειν. 224

SECT. XII. *De Verbis* ὑπάρχω, & ὑποστέλλομαι. 239

SECT. XIII. *De Verbis* φαίνομαι, φέρω. 245

SECT. XIV. *De Verbis* φθάνειν, χωρεῖν & ἐγχωρεῖν. 252

CAP. VI.

SECT. I. *De Participio in universum.* 258

SECT. II. *De Participiis quibusdam in oratione abundantibus.* 269

SECT. III. *De Participiis* [ἀπολελειμμένος,] γιγνόμενος, & ἐνδεχόμενος. 272

SECT. IV. *De Participiis verborum* ὀνομάζω, παρέχω, περιέχω, ποιῶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, εἰμί. 279

CAP.

ET SECTIONUM.

Cap. VII.

Pag.

Sect. I. *De certis aliquot Adverbiorum terminationibus.* 289

Sect. II. *De Adv.* ἀκριβῶς & ἅμα. 295

Sect. III. *De Adverb.* ἀμέλει, ἀντικρὺ & ἄντικρυς. 298

Sect. IV. *De Adverb.* ἀραρότως, ἀτρέμα, ἀτρέμας, αὐτίκα. 304

Sect. V. *De Adv.* αὐτόθεν, εἶτα, & ἔπειτα. 308

Sect. VI. *De Adv.* ἐπεὶ, & ἐπιεικῶς. 313

Sect. VII. *De Adv.* ἐπίπροσθεν, ἢ, ἦ, *cum aliis particulis.* 318

Sect. VIII. *De Adv.* μᾶλλον & μάλιστα. 325

Sect. IX. *De Adv.* μεταξὺ, μέχρι, οἶγε, ὁμοῦ. 329

Sect. X. *De Adv.* ὅπη, ὅπου, ὅπως, οὕτω, ῥᾳδίως. 334

Sect. XI. *De Adv.* πῶς, ὦ, & *iis, quibus approbamus aliquid, aut improbamus.* 341

Sect. XII. *De Adv. quæ præcipuam in negando vim ac suavitatem habent; ac nominatim de iis, in quibus* μὴ *præcedit.* 346

Sect. XIII. *De Adv.* οὐ *vel* οὐκ, & *particulis cum eo conjunctis.* 351

Cap. VIII.

Sect. I. *De Conjunctione* ἀλλά. 361

Sect. II. *De Conjunctione* ἂν, *spectata in primo & secundo usu.* 367

Pag.

SECT. III. *De tertio & quarto usu ejusdem Conjunctionis.* 375

SECT. IV. *De Conjunctionibus* ἄρα *&* γε. 381

SECT. V. *De Conjunct.* γὰρ, *&* δή. 385

SECT. VI. *De Conjunct.* εἰ, ὡς, ἄν, ἐὰν, *& adjacentibus particulis.* 390

SECT. VII. *De Conjunct.* κέ, *cum particulis adjacentibus.* 401

SECT. VIII. *De Conjunct.* μὲν *&* δὲ, *cum adjunctis particulis.* 415

SECT. IX. *De Conjunctionibus* ὅτι *&* τοίνυν. 431

SECT. X. *De Conjunct.* ὡς, *cum adjunctis particulis.* 437

CAP. IX.

SECT. I. *De Præpositionibus* ἀμφὶ, ἀνὰ, ἄνδ, ἀντὶ, ἀπό. 452

SECT. II. *De Præpp.* διὰ *&* εἰς. 465

SECT. III. *De Præpp.* ἐκ *vel* ἐξ *&* ἐν. 476

SECT. IV. *De Præp.* ἐπί. 490

SECT. V. *De Præpp.* κατὰ, μετὰ *&* σύν. 506

SECT. VI. *De Præp.* περά. 516

SECT. VII. *De Præpp.* πρὸ *&* ποτί. 527

SECT. VIII. *De Præp.* πρός. 533

SECT. IX. *De Præpp.* ὑπὲρ, ὑπὸ, χωρὶς. 542

DE

DE
Accentibus.

CAP. I.

ACcentus est mensura syllabæ, quæ servatur aut scribendo, aut pronunciando, prout certa aliqua ratio, lex, aut consuetudo postulat.

Accentus sunt tres: Acutus ´, Gravis `, Circumflexus ~.

Explicatio nominum, quibus in significandis accentibus pro varia specie & sede Grammatici Græci utuntur.

Acutus in { Ultima, Penult., Antepen. } vocatur { Oxytonus: ut, τιμή. Paroxytonus: ut, λόγος. Proparox. ut, ἄνθρωπος. }

Circumflexus in { Ultima, Penult. } vocatur { Perispomenus: ut, ποιῶ. Properispom. ut, σῶμα. }

Gravis ultimam syllabam duntaxat occupat, nunquam tamen pingitur, nisi in orationis contextu, ubi acutus vertitur in gravem; ut ἀγαθὸς ἀνὴρ ἐστι κοινὸν ἀγαθόν. ubi nota, ἀγαθὸς, κοινὸν, si seorsim sumantur, tono acuto, sed in orationis contextu gravi pinguntur: ut in exemplis.

Animadverte itaque, acutus finalis, sive sit in flexione, sive constructione, ante nullam distinctionem,

)(ctionem,

ctionem, vel duntaxat ante comma (,) vertitur in gravem, ut ἀγαθὸς *bonus*. Si colon (·) vel punctum interrogationis (;) vel punctum admirationis (!) sequatur, manet acutus: ut τίς ἀγαθός; *quis bonus?* ὦ ἀγαθέ! *o bone!* τὸν ἀγαθόν.

Accentuum leges.

Circumflexus { Nunquam est in antepenultima. / Non nisi in syllaba natura longa. / Non in penult. nisi ultima brevi.

Acutus { Non præponitur antepenultimæ. / Non in antepenultima nisi ultima brevi.

* Nisi in Ion. in prima Simplicium, ut Αἰνείας, Αἰνείω. Et Atticis in reliquis, ut πόλις, πόλεως.

CAP. II.

Accentuum Regulæ.

1. LOnga natura ante finalem brevem, si tonum habuerit, circumflectitur, ut σῶμα, μῦσα, αὖλαξ.

Nota, αι & οι finales pro brevibus habentur, ut μῦσαι, Αἰνεῖαι, ἄνθρωποι.

Nisi in { Contractis syllabis, ut Λητοῖ. / Pronomine οἷ *sibi*. / Optativis, ut ποιήσαι, εἶποι. / Adverbiis, ut οἴκοι, *domi*, οἷ, ποῖ, *ubi* &c.

Nota, syllaba sola positione producta, in accentuum ratione pro brevi habetur, ut αὖλαξ, τύπλε, χρόμμα.

2. Vox

2. Vox cum enclitica composita in accentuum ratione pro duabus habetur; ut ὥστε, ἥνπερ· Sic οὗτινος, ᾧτινι, ὧντινων: contra regulas.

3. Omnis acutus finalis, præter τίς interrogativum, in orationis contextu, nisi sequente enclitica, vertitur in gravem; ut, ἀγαθὸς ἀνήρ. sed ἀγαθός ἐστι.

4. Omnis dictio oxytona Apostrophum passa.
- In indeclinabilibus amittit accentum; ut, κατ' αὐτόν· id est, κατά.
- In declinabilibus retrahit tonum; ut δείν' ἔπαθε· id est, δεινά.

Sed enclitica inclinant & monosyllaba amittunt, ut τ' ἄλλα.

5. Dictio paroxytona in flectendo facta impar.
- ultima
  - Brevi, erit proparoxyt. ut τύπτων, τύπτοντος, ἕλλην, ἕλληνος.
  - Longa, manet; ut τυπτόντων.

* Excipe duntaxat, μήτηρ, θυγάτηρ, εἰνάτηρ, δημήτηρ, quæ penultimam notant.

6. Dictio proparoxytona in flectendo facta par vel impar.
- ultima
  - Brevi, manet; ut τύπτομαι, τυπτόμεθα. εὔχαρις, εὐχάριτος.
  - Longa, erit paroxyt. εὔχαρις, εὐχαρίτων. Nota, tonus promovetur, salva lege quarta.

7. Longa ante longam, & brevis ante brevem vel longam, si tonum habuerit, erit acutus; ut λόγος, λόγου, δούλου.

8. ΕΝ & Ν finales, si tonum habeant, circumflectuntur, præter ἰδοὺ ecce, & ἰού.

9. Dictio properisp. in flectendo facta.
- Impar, ultima brevi, erit properoxytona, ut σῶμα, σώματος.
- Par vel impar, ultima longa, erit paroxytona, ut σπουδαῖος, σπουδαίου.

10. Dictio polysyllaba oxytona vel perispomena in flectendo facta impar, habet tonum in penultima: ut
- ποιμὴν, ποιμένος.
- ἀγὼν, ἀγῶνος.
- τιμὴς, τιμῆς.
- τυπῶς, τυπεῖτον.

Notà ad præcedentes leges & regulas.

1. Syllaba natura longa est quæ in se complectitur vel
- Diphthongum.
- Vocalem longam η, ω.
- Vocalem ancipitem productam, ut πᾶσα, πῖθι, κλῦθι.

2. Toni species in penult. pendet à syllabarum quantitate juxta regulam primam & septimam.

3. Syllabarum quantitas & incrementum multum conducit ad toni notitiam, tum quoad ejus speciem, & sedem: ut σῶμα, σώματος, σωμάτων· μέσα, μέσης.

CAP. III.

ACcentus recti singularis non potest certis regulis tradi, nisi singulis verbis adhibitis, quæ omnia recensere hic labor, hoc opus est; neque nobis, cum brevitati litaverimus, licet esse tam prolixis: cur enim quædam verba, quæ iisdem con-

constant syllabis, vocalibus, & consonantibus varium & diversum habeant tonum, nulla certa regula, aut ratione demonstrari potest: dic obsecro, cur μᾶλλον, πρᾶγμα, & πρᾶξις sunt properisp. cum ἄλλον, τάγμα, & τάξις sunt paroxyt.? cur ἐρανὸς sit oxytonon & πεδίον paroxytonon; cum κοίρανος & σάδιον sunt proparox.? Quæ porro major est varietas, quam in his tribus, αἰγιαλὸς, ἀμύλος, & ἄσυλος, licet eadem terminentur analogia? Quare cum usu & lectione assidua melius & facilius ediscimus, quam ullis præceptis comprehendi queant, nunc temporis, dedita opera, omissa facimus.

De tonis in recto singulari regulæ generaliores.

1. Verbalia in μα.
- Dissyllaba habent tonum in penultima, ut χρᾶμμα, πρᾶγμα.
- Polysyllaba sunt proparox. ut ποίημα.

2. Substantiva in εια.
- ab adjectivis oxytonis in ης sunt proparoxytona, ut ἀληθὴς, ἀλήθεια.
- à verbis in εύω sunt paroxyt. ut δουλεία à δουλεύω, βασιλεία à βασιλεύω.

3. Adjectiva comparativi & superlativi gradus in
- ος
  - Dissyllaba sunt properisp. ut πλεῖος.
  - Polysyllaba sunt proparox. ut σοφώτερος, σοφώταλος.
- ων Paroxytona sunt, ut ἀμείνων, βελτίων.

4. Nomina composita cum quolibet nomine à præteritis mediis ut à { κτείνω, τρέφω, τέμνω, τίκτω, λέγω, φέρω, } si capiantur { Active, sunt paroxytona: ut μητροκτόνος, *matricida*. θεολόγος, *theologus*. Passive, sunt proparoxytona: ut μητρόκτονος, *à matre occisus*.

5. Pronomina simplicia masculina, si { Sint hyperdissyllaba, sunt proparoxytona, ut σφέτερος *suus*. Non sint hyperdissyllaba, sunt oxytona, ut ἐγὼ, σὺ, αὐτός.

* Excipe { δεῖνα, ἐκεῖνος, οὗτος, } pro quo { κεῖνος, Ion. τῆνος, Dor.

Nota, composita sequuntur tonum simplicium, ut οὗτος, τοιοῦτος· αὐτὸν, σεαυτόν.

6. Adjectiva in κος aptitudinem vel potentiam significantia, sunt oxytona: ut κριτικὸς, φυλακτικός.

7. Composita à βάλλω, πολέω, χέω, cum { Præpositione, sunt proparoxytona: ut ἀμφίβολος, πρόχοος. Alia dictione, sunt paroxytona, ut ἑκηβόλος, οἰνοχόος.

8. Dissyllaba { Interrogativa primam notant: ut ποῖος, *qualis?* Indefinita ultimam: ut ποιὸς *qualiscunque*, ποσὸς *quantuscunque*: sed πόσος *quantus?*

Adje-

Adjectiva verbalia in έος ut & participia præteriti passivi sunt paroxytona, ut λεκτέος, γραπτέος, γεγραμμένος.

Nota de Participiis.

Æoles retrahunt accentum particip. { βεβλημένος, Æol. aphær. βλήμενος, τετυφὼς, Æol. τετύφων.

Compositio tonum participiorum non variat, ut εἰμὶ, ὢν, παρών· sic ἐλθὼν, εἰσελθών.

De tonis fœminini & neutrius generis Adjectivorum omnium trium terminationum in recto singulari.

Regula.

In Adjectivis (ut & Participiis & Pronominibus) tonus fœminini & neutrius generis quoad fieri potest, sequitur tonum masculini, ut καλὸς, καλὴ, καλόν· θεὶς, θεῖσα, θέν· πᾶς, πᾶσα, πᾶν· θῆλυς, θήλεια, θῆλυ. ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ. σπουδαῖος, σπουδαία, σπουδαῖον. ἅγιος, ἁγία, ἅγιον.

* Excipe duntaxat ἐλαχὺς, & λιγὺς, quæ in fœminino accentum retrahunt in antepenultimam, ut ἐλάχεια, λίγεια & unum χαρίεις, χάριεν.

Nota, adjectiva fœminina in recto singulari, à masculinis
- Parisyllabicis, ultimam producunt, ut ἅγιος, ἁγία: præter πότνια, & θεῖα.
- Imparisyllabicis, ultimam corripiunt, ut πᾶς, θεῖσα.

Adjectiva masculina paroxytona in ων
- Imparisyllabica, retrahunt tonum, ut ὁ καὶ ἡ ἀμείνων, καὶ τὸ ἄμεινον,
- Dissyllaba, penultimæ locum servant, ut ὁ καὶ ἡ πλείων, καὶ τὸ πλεῖον,

Adjectiva paroxyt. in ης in neutro sunt properoxytona, ut ὁ καὶ ἡ αὐτάρκης, καὶ τὸ αὐτάρκες oxytona servant tonum.

CAP. IV.

De tonis obliquorum parisyllabicorum.

In tribus prioribus declinationibus simplicium tonus in recto Oxytonus, in
- Genitivo & Dativo est Perispom. ubique, ut ποιητὴς, ποιητῇ: ὁδὸς, ὁδοῦ, ὁδῶν, ὁδοῖς: καλὸς, καλῷ.
- Reliquis casibus manet, ὁδὸν, ὁδός.

Tonus

Tonus in recto

- Paroxytonus, penultimæ locum tenet; ut τύχη, τύχης, τύχην· χώρα, χώρας, χῶραι.
- * Sed μία cum compositis in genitivo & dativo singulari ubique est perispomenon; ut μιᾶς, μιᾷ· μηδεμιᾶς, μηδεμιᾷ· οὐδεμιᾶς, οὐδεμιᾷ.
- Nota, adjectiva in recto plurali fœminina sequuntur tonum masculini; ut ἅγιοι, ἅγιαι, ἅγια· σπουδαῖοι, σπουδαῖαι, σπουδαῖα.
- Proparoxytona juxta regulam sextam, cap. 2.
- Properispomena juxta regulam nonam, cap. 2.

Ad præcedentem regulam nota generaliter.

1. Omnis genitivus pluralis in prima & secunda declinatione circumflectitur in ultima:
   - Substantiva omnia, ut
     - Αἰνείας, Αἰνειῶν.
     - μοῦσα, μουσῶν.
     - τιμὴ, τιμῶν.
     - Excipe
       - χλούνων.
       - χρήσων.
       - ἐτησίων.
       - Ἀφύων.
   - Adjectiva duntaxat
     - Parisyllabica oxytona omnia cujuscunque generis, ut καλὸς, καλῶν· καλὴ, καλῶν.
     - Imparisyllabica fœminina, ut ἡδὺς, ἡδέων· sed ἡδεῖα, ἡδειῶν· sic τυποῦσα, τυπουσῶν.

Nota secundo.

2. α finale in prima & secunda declinatione in duali, & dativo singulari producitur, ut ἡ χῶρα,

τῇ χώρᾳ, τὰ χώρᾳ. Sed in vocativo secundæ declinationis sequitur tonum recti, ut ἡ μῦσα, ὦ μῦσα· ἡ χώρᾳ, ὦ χώρᾳ.

ας finale in prima & secunda declinatione in singulari & plurali numero communiter producitur, ut ἡ χώρᾳ, τὰς χώρᾳς. Dorice corripitur: ut τὰς χῶρας, τὰς μῦσας.

αν finale in { Prima producitur, ut τὸν Αἰνείαν. Secunda sequitur quantitatẽ recti, ut ἡ χώραν τῷ χώραν· μῦσαν, μῦσαν.

Nota specialiter ad paroxytona.

3. Quatuor paroxytona primæ declinationis, ut δεσπότης, μητιέτης, ἀκακήτης, εὐρυόπης, in vocativo singulari fiunt proparoxytona, ut ὦ δέσποτα, μητίετα· quibus addi potest οἰκοδεσπότης, ὦ οἰκοδέσποτα.

Hæc & similia nomina { Appellativa formant vocativum in α brevem, ut ὦ βιβλιοπῶλα, κιμωκτῆς, ὦ κιμωκτᾶ. Propria α vocativi producunt, ut ὦ Αἰνεία, ὦ Θωμᾶ.

Regula quarta declinationis simplicium.

Tonus in recto singulari & in obliquis hujus declinationis idem est, τὸ εὔγεων, τὲ εὔγεω, τῷ εὔγεω, &c.

Sed si rectus sit oxytonus, genitivus pluralis & dativi omnes sunt perispomena, ut ὁ λαγὼς lepus, τῷ λαγῷ, τοῖν λαγῷν, τῶν λαγῶν, τοῖς λαγῷς.

Regula

Regula de casibus obliquis parisyllabicis non contractis primæ declinationis Contractorum.

Nomina substantiva & adjectiva polysyllaba in ης in recto, in vocativo fiunt proparoxytona, ut ὁ ἀλήθης, vocativo ὦ ἄληθες, αὐτάρκης, vocativo ὦ αὔταρκες. ὁ ἡρακλῆς, ὦ ἡράκλες, *Hercules*. Sic de tonis parisyllabicis. · Excipio duntaxat vocativ. quintæ declinationis, de quo in sequente capite.

CAP. V.

Declinatio quinta.

POlysyllaba hujus, aut cujuscunque declinationis imparisyllabica, quoad tonum in obliquis innotescunt per regulam 5. 6. 10. cap. 2.

Monosyllaba in recto, in genit. & dat. sing. & dativo plurali sunt oxytona, ut χεὶρ, χειρὸς, χειρὶ, χερσί· πᾶς, παντὸς, παντί· εἷς, ἑνὸς, ἑνί, cum compositis: ut οὐδείς, & μηδείς, οὐδενὸς, μηδενὸς, οὐδενὶ, μηδενί.

* Sed penultima dativi pluralis { In compositis ab εἷς acuitur, ut οὐδέσι, μηδέσι. τῦ πᾶς *omnis*, circumflectitur, ut πᾶσι.

Mono-

Monosyllaba in recto
- In accusativ. singul. nomin. accusat. & vocat. dual. & plurali penultim. Longam circumflectunt χεῖρ᾽ χεῖρε χεῖρες χεῖρας.
- Brevem acuunt, ut πῶς πόδα πόδες πόδας.
- In genitivo duali & plurali sunt perispomena, ut χεὶρ χειροῖν χειρῶν· πῶς ποδοῖν ποδῶν.

* Excipe duntaxat δμὼς, πρὼς, θὼς, φῶς, & φῶς, κρᾶς, δᾶς, λᾶς, παῖς, simul & δ῎ς, quæ in genitivo plurali contra regulam sunt paroxytona; ut ἡρώων, πάντων, παίδων, φώτων· & unum ὁ φὼς, in duali τοῖν φώτοιν· sic Canin.

Nota ad præcedentes regulas.

Τίς interrogativum, & pronomen δεῖν, ut & participia monosyllaba ubique penultimam notant: ut τίς τίν᾽ τίνι τίνα· θεὶς θέντ᾽ θέντι θέντα· σὰς σάντ᾽ σάντι σάντα· δεῖς δεῖν᾽ δεῖνι δεῖνα.

Regula.

Nomina hujus Declinationis Metathesin passa, & syncopata omnia, & hæc vox γυνὴ, quoad tonum in obliquis imitantur monosyllaba, ut ἀνὴρ ἀνδρὸς ἄνδρα· κύων κυνὸς κύνα· γυνὴ γυναικὸς γυναικὶ γυναῖκα· γόνυ γόνυ᾽ γόν᾽· δόρυ δόρυ᾽ δορός.

Nota,

Nota, ας finale { Communiter corripitur, ut τιτᾶνας. / Dorice producitur, ut τὰς τιτάνας.

De tonis obliquorum imparisyllabicorum obiter.

Paroxytona hyperdisſyllaba in ων in vocativo ſing. ſunt proparox. ut ἀμείνων ὦ ἄμεινον, Ἀγαμέμνων ὦ Ἀγάμεμνον.

*Excipe duntaxat Λακεδαίμων, Παλαίμων, Μαχάων, Ἰκετάων, Ἀρετάων, quæ penult. vocativi ſingularis circumflectunt, ut ὦ Λακεδαῖμον, Παλαῖμον, Μαχᾶον, &c. Quibus adde compoſita a φρὴν; quoties penultim. vocativi producunt, ut ταλαίφρων, ὦ ταλαῖφρον: at ταλαΐφρονα.

Hæc oxytona πατὴρ, γαστὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, γωὴ, & tria paroxytona, δημήτηρ, εἰνάτηρ, θυγάτηρ, in vocativo ſingulari tonum retrahunt, ut ὦ πάτερ, γάστερ, ἄνερ, δάερ, σῶτερ, γύνη, δήμητερ, εἰνάτερ, θύγατερ.

CAP. VI.

Accentuum ratio in Contractione.

IN Contractione ex gravi & acuto fit acutus, ut ποιεόμεθα, ποιούμεθα.

Ex acuto & gravi fit circumflexus, ut ποιέομαι ποιοῦμαι.

Nota,

Nota, in verborum contractione verum est.

* In nominibus excipe duntaxat
- Nom. & vocat. dual. secundæ & tertiæ declinat. simpl. ut τὼ νόω νώ, μνάα μνά.
- Genit. plur. εὐηθέων, συνηθέων, ἀσυνηθέων, τριηρέων, quæ tonum retrahunt, ut εὐήθων, τριήρων, ab εὐήθης & τριήρης, &c.
- Accusativum singul. quartæ declinationis contract. si terminatio recti sit ώ, ut ἡλητώ, τλὼ λητόα λητώ.

Syllaba tono affecta, in quam non cadit contractio, vendicat tonum, ut τίμαε τίμα, τείχεϑ τείχος.

* Excipe duntaxat quædam adjectiva in εϑ proparoxytona materiam aut colorem significantia, quæ promovendo accentum, post contractionem fiunt perispom. ut χρύσεϑ *aureus* χρυσοῦς, ἀργύρεϑ *argenteus* ἀργυροῦς, χάλκεϑ χαλκοῦς. sic ἐρέεϑ, λίνεϑ, πορφύρεϑ, κεράμεϑ. Quibus adde ἀδελφίδεϑ, ϑυγατρίδεϑ, quæ εϑ in οῦς contractum mutant.

Contracta omnino producuntur, ut ὁ καὶ ἡ νῆσις· sed τὰς καὶ τὰς νήσιας νήσις· ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς· sed τὰς καὶ τὰς ἀδάκρυας ἀδάκρυς.

CAP.

CAP. VII.

De tonis verborum compositorum & simplicium, cujuscunque vocis, modi, numeri, aut personæ, juxta sequentes sex tabellas.

Tabella modi Infinitivi.

Verba in Indicat.
- perispom.
  - In voce activa, manent in Infinitivo, ut στερῶ, στερεῖν· τυπῶ, τυπεῖν· & aoriſt. ς ut ἔτυπον, τυπεῖν.
- proparox.
  - In voce paſſiva & media, manent in Infinitivo, ut τύπτομαι τύπτεσθαι, τυπήσομαι, τυπήσεσθαι. * Quibus adde aoriſt. α. mediæ vocis, ut ἐτυψάμην, τύψασθαι.

Reliqua tempora modi infinitivi, cujuscunque vocis habent tonum in penultima, ut ποιῆσαι, τύπῆναι, τετυφέναι, ἑστάναι, ἰέναι, εἶναι, θεῖναι.

Regula.

Idem eſt tonus modi infinitivi in verbis ſimplicibus, & compoſitis, ut ἔχειν, παρέχειν· ἐλθεῖν, εἰσελθεῖν, εἶναι, παρεῖναι.

Tabella modi Infinitivi extra communem Dialectum.

Communiter tonus in ultima, si
- Numerus syllabarum servetur, manet, ut τυπεῖν, Dor. τυπέν. ποιεῖν, Æol. ποιῆν, ποιῆς.
- Paulum augeatur, erit in penultima, ut τυπεῖν, τυπέμμεν.

Communiter tonus in penultima, si
- Numerus syllabarum non augeatur, manet, ut τύπτειν. Dor. τύπτεν, Æol. τύπτην: sic τυπῆναι, Ion. τυπῆμμεν & τυπέμμεν. δῦναι, Ion. δόμμεν.
- Augeatur syllaba, est proparox.

Finita in άμμεναι, έμμεναι, ήμμεναι, & όμμεναι, cujuscunque dialecti, sunt proparoxyt. ut δῦναι, δόμεναι, θεῖναι, θέμεναι.

Tabella verborum simplicium, indicans tonum secundæ personæ singularis Imperativi, & primæ in reliquis modis cujuscunque vocis aut temporis.

Verba monosyllaba
- Brevia, sunt oxytona, ut θὲς *pone.* δὸς *da.*
- Longa circumflectuntur, ut θῶ, δῶ, ἦν.

Dis-

Dissyllaba ultima
- Brevi, habent tonum in penult. ut τύπτε, σῶσαι. * sed εὖγε, bene, ἐλθὲ, veni, εἰπὲ, dic. Attice sunt oxyt.
- Longa vel sunt
  - paroxytona, ut τύπτω,
  - perispomena, ut τυπτῆ, τυπῶ.

Polysyll. ultima
- Brevi sunt proparox. ut τέτυφα, ἔχθαιρε, ἴσασι, ἄκουσα. * Sed tempora optativi modi activi ab Indicat. perispom. ut τυπῶ, τυποῖμι, σωζῶ, σωζοῖμι.
- Longa vel
  - parox. ut λαμβάνω.
  - perisp. ut ἀκουῦ.

Regula.

Aoristus secundus mediæ vocis in secunda persona sing. Imperativi modi est perispom. ut τυπτοῦ, σωζοῦ. * Præter unum πρᾶθι.

Tabella verborum simplicium, indicans tonum in reliquis personis, cujuscunque numeri, temporis, aut vocis, per tonum primi singularis.

Tonus perispom. in prima persona, in reliquis personis si numerus syllabarum
- Servetur, manet, ut θῶ, θῇς, τυπτῶ, τυπτῇς, τυπτῇ.
- Paulum augeatur, ut in regula decima, cap. 2.

Properispom. in prima, in reliquis personis si numerus syllabarum
- Augeatur, fit juxta regulam nonam, cap. 2.
- Non augeatur, ult.
  - Brevi, manet, ut τυπτόμαι, τυπτεῖ).
  - Longa, erit parox.
- Minuatur, fit perispomen. ut τυπτόμαι, τυπτῇ.

)( )(Paro-

Paroxyt. in prima, in reliquis personis si syllab. numerus
- Augeatur, fit juxta regulam quintam cap. 2.
- Non augeatur, ultima
  - Brevi
    - In polysyll. erit proparox. ut τύπτοιο.
    - In dissyll. erit properisp. ut πάϊμι, πάϊο.
  - Longa, manet, ut τύπτῃς.

Proparoxyt. in prima singulari, in reliquis personis ejusdem temporis si numerus syllabarum
- Augeatur, fit juxta regulam sext. cap. 2.
- Non augeatur,
  - Ult. brevi, manet, ut τύπτομαι, τύπτεται.
  - Ultima longa, erit paroxyt. ut τύπτηθι, τυπτήτω, τυπτήτων.
- Minuatur, erit paroxytona, ut τύπτομαι, τύπτῃ.

Nota ad paroxyt. in præcedente tabella.

Paroxyt. in αίμην, & αιμεν, duntaxat in verbis in μι si numerus syllabarum.
- Augeatur, fit juxta regulam quintam cap. 2.
- Non augeatur ult.
  - Brevi, properisp. ut ἰσταίμην, ἰσταῖο, θείμην, θεῖο.
  - Longa, manent.

Quibus addi possunt futur. α in quinta, & futur. β in reliquis conjugationibus Barytonorum in voce media, & modo optativo, ut αποδοίμην, αποδοῖο, αποδοῖτο, τυπτοίμην, τυπτοῖο, τυπτοῖτο.

Reliqua

Reliqua autem in αίμην & οίμην sequuntur tonum parox. sicut in tabella, ut τυψαίμην, τύψαιο· τυπησοίμην, τυπήσοιο.

Tabella verborum compositorum duntaxat in secunda persona sing. modi imperativi.

Monosyllaba post compositionem sunt paroxytona, ut ἕς, ἄφες, *remitte*, δὸς, ἀπόδος, *redde*.

Dissyllaba, ultima:
- Brevi, post compositionem sunt proparoxytona, ut ἐλθὲ, εἴσελθε· μάθε, κατάμαθε· τεῖνον, ἔκτεινον. Item polysyllaba, ut ἔγειρον, συνέγειρον.
- Longa servant tonum, ut αἱρῦ, ἀφαιρῦ.

* Hæc duo tamen excipiuntur, λαθῦ, ἐπιλάθυ, *obliviscere*: ἱκῦ, ἐφίκυ, *veni*.

Tabella verborum compositorum in prima persona singulari per omnes modos.

post compositionem ultima:
- Monosyllaba simplicia: Longa, servant tonum simplicium, ut δῶ, ἀποδῶ. præter unum σχῶ, κατάσχω.
- Dissyllaba simplicia: Longa servant tonum simplicium, ut σταθῶ, καταστάθω. Brevi, sunt proparox. ut εἰμὶ, ἄπειμι.
- Hyperdissyllaba simplicia: Brevi, servant tonum, ut ὤρυξα, ἐξώρυξα.

* Excipiuntur à dissyllabis aorist. & præterita dissyllaba properispomena, ut εἶδον, εἶλκον, εἶχον, ἦκα, quæ in compositione servant tonum simplicium, ut καθεῖδον, καθεῖχον, σωῆκα.

1. Nota, nisi servata vocali præpositionis, tum quidem sunt proparoxytona, ut ὑπόῃχον, ὑπόῃξα.

2. Nota, οἶδα, & κεῖμαι in compositione retrahunt tonum, ut κατοίδα, σωύοιδα, προκεῖμαι.

Regula.

Dissyllaba simplicia in μὶ, à diphthongo vel vocali longa incipientia, post compositionem modo non augeantur in principio, ultima brevi sunt properispom. ut καθῆμαι, καθῆσο, καθῆτο, ab ἧμαι sedeo: at ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο: sic ἐνώρμην, ἐνῶρσο, ἐνῶρτο, ab ὄρομαι concitor. Tonus in reliquis personis sequitur tonum simplicium, ut in simplicium tabulis declaravimus.

Nota obiter de ultimis verborum syllabis.

Cujuscunque modi, personæ, temporis, aut numeri, (nisi in contractis)
- in α, ε, ο, ι, finita, corripiuntur, ut ἔτυψα, τύπτεσι, ἐτύπτετο.
- in ας, αν, ον, & ιν finita, corripiuntur, ut ἔτυψας, ἔτυψαν, ἔτυπτον, τύπτεσιν.

In ω & υς finita, producuntur, ut ἐζεύγνυ, ἐζεύγνυς.

CAP.

CAP. VIII.

Regulæ Adverbiorum & Præpositionum.

ADverbia à genitivo adjectivorum orta, sequuntur tonum originls, ut σοφῶς à σοφῶν.

* Excipe duntaxat αὐτάρκως *sufficienter*, ab αὐταρκῶν, & κακοήθως à κακοηθῶν.

Adjectiva adverbiascentia servant tonum originis, ut ἡδὺ *suaviter*, τάχιστα *celeriter*.

Adverbia interrogativa.
- Monosyllaba circumflect. ut πῶς, *quomodo*.
- Dissyllaba parox. ut πότε *quando*.

Præpositiones omnes, modo tonum habeant, sunt oxyt.

Præpositiones suo casui immediate postpositæ, retrahunt tonum, ut εἰρήνης πέρι.

* Excipe ἀνὰ & Διὰ, ut differant à Δία *Jovem*, ἄνα *o rex*.

Adverbia in
- δα & ζε sunt paroxytona, ut θύραζε· præter unum χαμάζε.
- δῆν sunt paroxytona, ut κρύβδην.
- δον & στι sunt oxytona, ut ἑλληνιστί.

CAP. IX.

De dictionibus Encliticis.

ENclitica dictio est quæ proprium accentum inclinat, id est, transfert in præcedentis dictionis finalem syllabam in eadem clausula, modo sit capax, eam acuens, ut σῶμά μου.

Dictiones encliticæ.

In Nominibus τὶς *quidam*, per omnes casus: item τεῦ, πῷ, Dor. τῆ Attic. pro τινὸς, τινί· sic τεω & τεων, cum articulo subjunctivo ὁ, ut ὅτεω, ὅτεων, Sed τίς interrogativum non inclinat.

In Pronominibus, μοῦ μοὶ μέ· ζοῦ σοὶ σέ· οὗ οἷ ἕ. ζφὲ, ζφισὶ, ζφᾶς, extra communem dialectum: sing. σέο, σεῦ, τεῦ, τοὶ, τὶν, τὺ, ἕο, μὶν, νίν· dual. ζφωέ, ζφώ· plural. ζφὶ, ζφὶν, ζφέας, ζφὲ, μὶν, νίν· post præpositiones tamen & ἕνεκα, & ἢ non inclinant.

In verbis, εἰμὶ, εἶς, ἐζὶ, dual. ἐζὸν, ἐζὸν, plur. ἐσμὲν, ἐζὲ, εἰσί. Poet. & Dor. ἐσὶ, & ἐντί. φημὶ, φησὶ, dual. φατὸν, φατὸι, plur. φαμὲν, φατὲ, φασί.

In adverbiis, ποῖ, πῶ, ποθὶ, ποτὲ, πῆ, Dor. πόκα, πᾶ, πῶς, πῦ, Ion. κῶς, κῦ, si non interrogent.

In conjunctionibus, τὲ, κὲ, Dor. κὰ, κέν· expletivæ innumeræ, τὺ, νυ, θὴν, θὲν, πέρ, τοὶ, ῥᾳ, γέ.

Inclinant post
- Proparoxytona, ut ἄνθρωπός τις,
- Paroxyt. trochaica - υ { φύλλά τε, λάμπέ τε, ἄνδρά μοι,
- Properispom. σῶμά μυ.
- Dictionem nudam, ἐ, ὅτι.

Amittunt post
- Oxytona, ut θεός μυ, θεόν τινα.
- Parox.
  - Perichia υ υ λόγῳ τε — duntaxat monosyllaba, Dissyl. retinent, ut λόγον τινά.
  - Spondaica - - χώρα τε — duntaxat monosyllaba, Dissyl. retinent, ut λόγον τινά.
  - Jambica υ - λόγω τε — duntaxat monosyllaba, Dissyl. retinent, ut λόγον τινά.
- Perispomena, ut ἐρῶ σε.

Verbum

Habet acutum in prima, quoties est initium orationis, vel immediate postponitur his particulis, οὐκ, ὡς, εἰ, καὶ, ἀλλ' & τοῦτ' pro τοῦτο, ut, οὐκ ἔστι, ἀλλ' ἔστι, τοῦτ' ἔστι.

Verbum ἐστὶ
- Amittit accentum post
  - Oxytona, ut καλός ἐστι.
  - Perispom. ut ἑρμῆς ἐστι.
- Inclinat accentum post
  - Proparox. ut ἄνθρωπός ἐστι.
  - Properispom. ut σῶμά ἐστι.
- Retinet post paroxyt. ut λόγος ἐστὶ, χώρα ἐστί.

Nota, dictio polysyllaba finalis à duplici consona, non est capax inclinationis, ut φοίνιξ ἐστί.

Δὲ, θὲ, & ἓν peculiarem habent inclinationem.

Δὲ inclinat
- Quando articulo præpositivo junctum, ponitur pro demonstrativo pronomine, ut ὅδε & ὅδ' id, ὅτος hic & ille: sic ἥδε, τῆδε, τόνδε, ubique per obliquos.
- Quando accusativis nominum secundæ vel tertiæ declinationis adjungitur, vel vice præpositionis εἰς fungitur, ut οἰκόνδε domum, ἀγορᾶσδε ad forum.

Δὲ ad τοῖος, τόσος, τηλίκος tantus, τῆμος tum, ἔνθα hic, ἔνθεν illic, ὑφὲν junctum facit, ut sint quasi oxyt. ut τοιόσδε, τοσόσδε, τηλικόσδε, τημόσδε, ἐνθάδε, ἐνθένδε.

τοιόσδε· sic in obliquis se habent more oxytonorum, ut τοιοῖσδε, τοσοῖσδε, τηλικοῖσδε, sic ubique.

Nota, δε in δὶ versum, Attici utcunque acuunt, ut τοιοσδὶ· τοιαδὶ· ἐνθαδὶ· ὁδε· at ἐδὶ.

Θε inclinat in com- ϛει, ut εἴθε.
positione cum ϛαι, ut αἴθε.

Ξε inclinat in compositione cum ἄν quoties negat, & non interrogat. ἐκεῖνον *non*, at ἐκεῖνον *num?* non inclinat.

Regula.

Nulla dictio duplici, nisi sequente enclitica, notatur accentu, γραμμή, ἄνθρωπός τις.

Omnis dictio sua natura aliquo notatur accentu, nisi viginti sequentia vocabula.

Nullo accentu notantur ὁ, ἡ, οἱ, αἱ (ἁ Dor. pro ἡ τὰ.) * nisi ce juncta, ὅδε ut supra, vel pro ἔτος, αὕτη, ἕτοι, αὗται usurpantur. Hom. ἀλλ' ἦλθε θυὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν· ὁ, id est, ἔτος, *hic venit*, &c.

Nota, ὅ acutitonum quatuor significat;

- *Hoc*, sic est neutrum genus articuli præpositivi, per Aphær. pro τό.
- *Quod*, sic est neutrum genus articuli subjunctivi.
- *Qui*, sic est masculinum articuli subjunctivi per Apocop. pro ὅς.
- *Quia*, sic conjunctio pro, ὅτι per Apocopen.

Nullo

Nullo accentu notantur
- Præpositiones εἰς, ἐς, ἐν, εἰν, ἐκ, ἐξ.
- Conjunctiones εἰ, Dor. αἰ.
- Adverbia οὐκ, οὐ, οὐχ, ὡς, *ut*, ποι *alicubi*.

Nota, Adverbia hæc puncto immediate præpositæ plerumque acuuntur, πῶς γὰρ οὔ, ; sic in Iliad. γ'. ὄρνιθες ὥς.

Item ἐξ in fine membri aut periodi, & ὣς pro οὕτως *sic*, tono pinguntur, ut ὣς εἰπὼν ὤτρυνε, &c. Hom. *sic locutus, &c.*

Synencliticæ dictiones omnes, excepta ultima, acuuntur, ut τίς σέ μοί φησί ποτε. ubi μοί post σέ inclinat, &c.

Nota, cum multæ dictiones encliticæ simul conveniunt, dicuntur synencliticæ, ut supra in exemplis.

Nota: Inclinatio post Apostrophum.

Dictio utcunque oxytona si patiatur Apostrophum, sequente enclitica, rejicit tonum in suum locum, ut καί τινά ἐστι, καί τιν' ἐστί· δεινά ἐστι, δείν' ἐστί· πάντά ἐστι, πάντ' ἐστί· πρᾶγμά ἐστι, πρᾶγμ' ἐστί· οὔγέ ἐστι, οὔγ' ἐστί.

* Præter ἀλλ' & τοῦτ' ut ἀλλ' ἔστι, τοῦτ' ἔστι.

In aliis dictionibus apostrophus non variat accentum, ut χώρα ἐστὶ, χώρ' ἐστί.

Nota ad encliticas non inclinantes.

Encliticæ dictiones servant tonum post dictio-

nem inclinationis capacem, præcipue verò Pronomina, idque quoties sumuntur emphaticè, ἤκουσά σου, *audivi te*, te, non alium: sed in hisce minutiis non faceſſo negotium tironibus: hæc itaque dedita opera omissa facimus.

CAP. X.

Accentuum ratio inter figuras dictionis.

Prosthesis.

VErborum tonus post Prosthesin mutatur & retrahitur, ut εἶπα, ἔειπα, *dixi*: κλῦθι, κέκλυθι.

* Modo patiatur lex accentuum, unde ἤπιον *erant duo*, ἐήπιον non ἔηπιον, salva lege quinta: sic ἤνδανον, ἐωνδανον, non ἔωνδανον, salva lege quarta.

Oxytona post Prosthesin servant tonum, ut πεζαγὼν, τεζαγών· ὀρτὴ, ἐορτή.

Aphæresis.

Dictio per Aphæresin facta monosyll. { Longa circumflectitur, ut ἔδη, βᾶ. * præter unum ἔχθη, χθή. Brevis acuitur, ut ἔδων, βάν.

Dictio polysyllaba tonum per Aphæresin ablatum transfert in proximam syllabam, ut ἔθηκε, θῆκε.

θῆκε· ἔδωκα, δῶπα· ἔτυψε, τύψε· βέβλησαι, βλῆται.

Syncope.

Accentus super diphthongum, quæ non tota per Syncopen tollitur, servat suam sedem, ut κρείσσων Sync. κρέσσων· ἐγείρεται Sync. ἐγέρται.

Nota, mutatur tonus pro syllabarum quantitate, ut εὑρέα, εὐρέα, non εὑρεῖα, salva lege secunda.

Tonus supra vocalem non syncopatam
- In dissyllabis manet, ut ἤλυθον, ἦλθον· παρέπιθών, παρπιθών.
- In proparoxytonis retrahitur, ut ἐκοσμήθησαν, κόσμηθεν.

Epenthesis.

Tonus, Epenthesi facta, servat suam vocalem vel diphthongum, quam prius habuit, ut ἀγεῖν, ἀγαγεῖν.

Nota, si fieri potest juxta leges accentuum, unde ἦγον, εἶθα, Attica Epenth. ἤγαγον, εἴωθα, mutatur toni species salva lege prima.

Apocope.

Voces per Apocopen factæ monosyllabæ sunt vel
- Perispom. ut δῶ pro δῶμα.
- Acutitonæ, ut ῥᾰ pro ῥᾴδιον, παὲ pro παρά.

Nota,

Nota, tonus ſupra vocalem Apocopen paſſam mutatur & retrahitur pro ſyllabarum quantitate, ut βειθὺ βεῖ, παρὰ πάρ'.

Regula.

Tonus ſupra vocalem non Apocopen paſſam, manet, ut δάκρυον, δάκρυ· ποσειδῶνα, ποσειδῶ· ὄτασε, ὄτα· ſalva lege prima.

Regula.

Particula σθα Æolica Paragoge addita non mutat dictionis tonum, ut ἦς *eras*, ἦσθα· κλαίοις, κλαίοισθα· at οἶδα, οἴδαστα· ſalva lege prima. Sic ἔδειρας, ἐδείρασθα· ſalva lege quarta.

Dictio Apocopen paſſa, ſi una cum voce ſequente in unum coaleſcit, tonum ſuum amittit, ut ἐγὼ οἶδα, ἐγῷδα κατὰ τοῦτο, καττοῦτο, ſic τοῦτ' ἔστι, τουτέστι.

Nota obiter, cum multæ dictiones in unam coaleſcunt omnes, excepto ultimo, tonos amittunt, ut τοπαραπολὺ, ſeorſim τὸ παρὰ πολύ.

Accentuum ratio in dictionibus ſyllabicis θι, θεν, σε, φι, φιν. *Paragogice additis.*

Hæ dictiones nominibus appoſitæ, non mutant tonum à ſua vocali, aut vocalis ſede.

θι,

θι, { οὐρανὸς, οὐρανόθι·
θεν, { πᾶν, πάντθεν· ἄνω, ἄνωθεν. ἀρχὴ ἀχῆθεν·
πῦ, πόθεν.
σε, { οὐρανὸς, οὐρανόσε.
φι, { ἀγέλη, ἀγέληφι· ἐξ εὐνῆς, ἐξ εὐνῆφι.
φιν, στῆθος, στήθεσφιν· ἄκανθα, ἀκάνθαφιν.

Nota ad φι & φιν. ο ante φι vel φιν, ſemper vendicat tonum, ut πόντος, ποντόφι.

In his & ſimilibus (id quod toties inculcavimus) accentum variari tum quoad ſpeciem, tum ſedem pro ſyllabarum quantitate & numero juxta leges & regulas nemo non norit.

CAP. XI.

Tabella Æol. Ion. Dor. Dialecti in tribus prioribus declinationibus ſimplicium per tonum communem in ultima.

Communiter obliquus par, Æol. Ion. Dor. factus impar habet tonum in penult.

ποιητὴς,	Com.	οὐ, ῇ, ῶ, ὦν, αῖς, άς.
	Ion.	έυ, έα, έων, ῇσι, έας.
	Æol.	άο. άων, αῖσι Dor.
τιμὴ,	Com.	---- ῶν, αῖς.
	Ion.	----- έων, ῇσι.
	Æol.	----- άων, αῖσι.
ὁδὸς,	Com.	οῦ, ---- οῖς.
	Ion.	οῖο, ---- οῖσι.

Re-

Regula.

Utcunque se habet rectus, genit. pluralis Æol. in prima, ut & Æol. & Ion. in secunda declinatione semper est paroxyt. ut Αἰνείας, Αἰνειάων· μοῦσα, μουσέων, & μουσάων. Sic τράπεζα, τιμὴ, in έων & άων. Sed genitivus Æol. sing. Ion. sing. & plur. innotescit per tonum communem, ut in tabella.

Per tonum communem in penultima.

Communiter obliquus par, Æol. Ion. Dor. factus impar, habet tonum in antepenult.	Αἰνείας	Com.	νείου, νείαν, νείαις, νειῶν.
		Æol.	νείαο,
		Ion.	νείεω, νείεα, νείῃσι, νείεων.
	μοῦσα	Com.	----- μούσαις.
		Ion.	----- μούσῃσι.
	λόγος	Com.	λόγου, --- λόγοις.
		Ion.	λόγοιο, --- λόγοισι.

Nota, parisyllabica sequuntur tonum communem, ut Com. μουσῶν, Dor. μουσᾶν.

Nota, adjectiva per omnia quoad tonum sequuntur ductum substantivorum, ut καλὸς, καλοῦ, Ion. καλοῖο· ἡμέτερος, ἡμετέρου, ἡμετέροιο.

Reg.

Reg. obiter.

Ἰῶτα Atticum finale vendicat tonum oxyton. utcunque, ut οὗτος, οὗτοσί· τουτωί· ναυί· τοιαδί· ταυτί.

Reg. de Dat. duali Poët. cujuscunque declinationis.

Dativus in οῖν communiter perispom. Poëtice erit properispom. ut ὁδὸς, ὁδοῖν, Poët. ὁδοῖϊν· χειροῖν, χειροῖϊν.

Reg. de Dat. plur. Poët. cujuscunque declinationis.

Dativus pluralis Poët. in εσι vel εσσι, sit proparoxyt. ut ἔπος, ἔπεος, ἐπέεσσι· τρὼς, τρωὸς, τρώεσι.

Reg. de Casu Attico cujuscunque declinationis.

Casus Attici habent accentum in antepenult. quamvis ultima sit longa, ut πόλις, πόλεως· πέλεκυς, πελέκεως· μηνέλεως, μηνέλεω. * Nisi rectus sit oxytonus, ut βασιλεὺς, βασιλέως.

μὴ νεμέσα βαιοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.

FINIS.

DE PRÆCIPUIS GRÆCÆ DICTIONIS IDIOTISMIS.

CAPUT I.

De articulo præpositivo.

Regula I.

ARTICULUS præpositivus Nomen sæpe ac Participium involvit, tametsi neutrum exprimatur, ut τὰ Ἀσίας πρὸς τὰς ἀνατολάς, id est, *pars Asiæ quæ ad Orientem spectat*; ubi subauditur μέρις, *pars*, vel πλάγια, *latus*, & Participium κεῖται, vel στρεφομένη, *conversa*, vel aliud simile. Ita neutrum τὸ usurpari

Nomen ac Participium involvit.

pari possit, intelligendo μέρος cum Participio ejusdem generis.

II.

Eodem sensu geminatur.

Eodem sensu hic Articulus eleganter geminatur, ut ἔχεσθαι τῆ ὁδοῦ, τῆ πρὸς τὴν σωτηρίαν, *salutis viam insistere*, ubi subauditur Participium φερούσης, vel ἀγούσης.

III.

Cum adverbio, & præpositione.

Eodem quoque modo cum Adverbio, aut Præpositione jungi solet; tumque Adverbium & Præpositio vice Nominis funguntur: ut ὁ βασιλεὺς, ὁ τῶν βασιλέων πάντων, subauditur ὤν, *Rex regum maximus*: οἱ καθ' ἡμᾶς, subauditur ὄντες, *nostri temporis homines*. Quo in genere usurpantur maxime Adverbia loci, ut ἄνω, *sursum*, κάτω, *deorsum*: temporis, ut πάλαι, *olim*: quantitatis, ut ἄγαν, ὑπεράγαν, id est, *nimium*, *excellenter*, *supra modum*. v. c. ἡ ἄνω βασιλεία, *cœleste regnum*, οἱ πάλαι ἄνθρωποι, *prisci homines*.

IV.

ὁ μέν, ὁ δέ.

Quod Latini dicunt, *alter quidem*, *alter vero*: Græci, ὁ μέν, ὁ δέ, per omnes casus: ut τῶν ἡμῖν συμμαχόντων, οἱ μὲν ῥᾳθυμοῦσιν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, *ex sociis nostris alii torpent*, *alii deficiunt animo*. Quo sensu, nonnunquam genitivus partitionis transit in casum articuli: ut in exemplo alla-

allato, οἱ συμμαχοῦντες, pro τῶν συμμαχούντων. Recte tamen dicitur, εἷς μὲν, ἕτερος δὲ, id est, *alter quidem, alter vero*; gallice, *l'vn, l'autre*. Demosth. pro Cor. δύο δὲ τὰ μεγάλα, ἐν μὲν, ὅτι περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι, ἕτερον δὲ, &c. id est, *tum duo præsertim, quæ sane magna sunt; alterum, quod non æqualibus de rebus contendam, alterum*, &c. εἷς μὲν; ἕτερος δὲ.

V.

Idem Articulus in omni genere, cum præpositione κατὰ, elegantes habet significatus, ut τὰ καθ' ἡμᾶς, *res nostri temporis*: τὸ καθ' ὅλον, *in universum*, vel *quicquid universe fit*: οἱ καθ' ἕνα *un à un*; ut οἱ καθ' ἕνα πορευόμενοι στρατῶται, *milites sigillatim incedentes*: αἱ κατὰ μίαν, *une à une*: οἱ καθ' ἕκαστον, *singuli*. Cum præpos. κατά.

VI.

Adverbium νῦν, & Participium neutrum ἔχον, cum præpositivo neutro, vel uno verbo τοὐνῦν ἔχον, significat *nunc*: ut τοὐνῦν ἔχον ἐν ἀγαθαῖς μνῶμαι ταῖς ἐλπίσι, *nunc quidem optima spe vivo*. τοὐνῦν ἔχον.

VII.

Ὅδε, ἥδε, τόδε, repetito præpositivo articulo, Attice pro οὗτος usurpatur: ut ὅδε ὁ ἄνθρωπος, *hic homo*: nec unquam nisi utcumque demonstrando. Sæpe autem δί acutum, pro δὲ enclitico usurpatur; ὅδε, ἥδε, τόδε.

patur; at fere cum masculino tantum, ὁ, vel neutro τὸ, quod tunc accentu caret: sic ὁδὶ pro ὅδε, & τοδὶ pro τόδε. vix autem, ἡδὶ pro ἥδε. Demosth. pro Cor. διόπερ ταῦτ' ἔγραφεν ὁδὶ περὶ ἐμοῦ, *Quare hæc ille scripsit, vel decrevit mea causa.*

VIII.

τῇδε. Τῇδε id est ἐν τουτῳὶ τῷ τόπῳ, *hoc in loco*, vel *hac* adverbialiter: opponitur autem τῷ κἀκεῖσε, *illuc*, vel *illic*: nam τῇδε κἀκεῖσε στρέφεσθαι, *huc illucque volvi* significat.

IX.

τόδετι. Τόδετι apud Philosophos, *rei substantiam essentiamque* significat, quam Aristoteles vocat, τὸ τί ἦν εἶναι, *quod quid est esse.*

X.

τὸ διὰ τί. Τὸ διὰ τί apud eosdem, *causa est propter quam aliquid fit.*

XI.

τὴν πρώτην. Τὴν cum numerali πρώτην, id est, *ab initio*: τὴν ταχίστην, id est, *celerrime*: ut τὴν ταχίστην ὅτι πορρωτάτω προϋχώρησεν, *longissime summa cum celeritate provectus est.*

XII.

Articulus hic præpositivus, cum gignendi casu nominis proprii, vel involvit substantivum υἱὸς, aut παῖς, *filius*;

ὁ pro παῖς.

vel

vel pro illo sumitur. Nam ὁ τῦ Δημοσθένης, est *filius Demosthenis*. Ita Virgil. 6. Æn. *Deiphobe Glauci*, Δηϊφόβη ἡ τῦ Γλαύκυ. Sæpe tamen articulus etiam subintelligitur. Demosth. pro Corona Κτησιφῶν Λεωσθένης, *Ctesiphon Leosthenis filius*: Et paulo post, Δημοσθένης Δημοσθένυς, *Demosthenes Demosthenis filius*.

(Ut ὁ in singulari numero pro παῖς οἱ *pro* aut υἱὸς, sic οἱ in plurali pro παῖδες vel παῖδες υἱοὶ usurpatur. Plutarchus ἀφὶ παίδων *vel* υἱοί. ἀγωγῆς: μεγαλαυχίας ἐμπίμπλαν) ϗ φρυάγμαλ@ οἱ γονέων διαστήμων, scilicet παῖδες vel υἱοὶ, qui ἐλλειπτικῶς subintelliguntur.)

XIII.

Τὸ cum neutro adjectivo, ac fere superlativi gradus, ponitur eleganter pro subjunctivo ὃ, *quod*, maxime, cum recensitis levioribus, ad id quod gravissimum sit, devenitur: ut τὰς μὲν φίλυς πεφενάκικε, τὴν δ' οἰκίαν διέφθειρε: τὸ δὲ μιαρώταλον, ϗ τ πατέρα ἠκίσατο, *amicos ludificatus est, domum pessundedit, quodque scelestissimum est, patrem verberavit*. τὸ *pro* ὅ.

XIV.

Ἐπὶ τάδε, significat proprie *cis*, cum genitivo loci, atque ut plurimum fluvii vel montis: ut, ἐπὶ τάδε τ ὀρῶν, *cis* ἐπὶ τάδε.

montes; ἐπὶ τάδε τῦ ποταμῦ, *cis fluvium*. Opponitur πρὸ ἐπέκεινα *trans*, *ultra*: ut ἡ ἐπέκεινα τῆ Ἀλπέων Κελτικὴ, id est, *Gallia Transalpina*: at ἡ ἐπὶ τάδε τῆ Ἀλπεων *Cisalpina*. Simili fere sensu dicitur, ἐπὶ θάτερα μὲ, ἐπὶ θάτερα δὲ, *ex hac quidem parte, ex altera vero.*

XV.

τὸ ὄν. Τὸ ὂν singulari modo significat τὸ μέρος, *partem*, ut apud Aristidem in Panath. τῆ χώρας, τὸ μὲ ὂν πρὸς ἄρκλον ἐσὶ, τὸ δὲ ὂν πρὸς μεσημβρίαν, *regionis pars altera Septentrionalis est, altera Meridionalis.*

XVI.

τὸ μὲν, τὸ δέ. Τὸ μὲν, τὸ δὲ vel τὸ μέν π, τὸ δέ π, significant, *partim quidem, partim vero*, ut τὸ μὲν ὑπ' ἐλπίδος, τὸ δὲ ὑπὸ δέους, *partim spe, partim metu.* Eodem sensu dicunt, τὰ μὲν, τὰ δὲ, & τῦτο μὲν, τῦτο δέ: quæ voces nonnunquam usurpantur in principiis periodorum, maxime disjunctarum, præsertim ubi res pluribus, aut testimoniis, aut exemplis illustratur.

XVII.

τὸ λεγόμενον. Τὸ λεγόμενον, verbat. *dictum*, id est, *ut est in proverbio, quod ajunt.* Plato in Gorgia, Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *an vero post festum, quod ajunt, advenimus?*

XVIII.

XVIII.

Neutrum τὸ in singulari, non solum cum infinitivo conjungitur per omnes casus, si vocantem excipias; ut τὸ ποιεῖν, *facere*, τῷ ποιεῖν, *faciendi*, εἰς τὸ ποιεῖν, *ad faciendum*, ἐν τῷ ποιεῖν, *faciendo*; sed etiam aliis quibusdam modis observatione dignis. Primus est, in dandi casu, qui fere per *quod*, vel *quoniam*, vel *cum*, resolvi debeat. Demosth. pro Cor. τὰς βλασφημίας (ὧπερ) συκοφαντίας ὅσας ἐπιδείξω, μὴ μόνον τῷ ψευδεῖς εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ (εἰ τὰ μάλιστα ἦσαν ἀληθεῖς) ὅπως ὡς ἐγὼ πέπραγμαι, τοῖς πράγμασι συμφέρειν χρήσασθαι. *Ejus maledicta, sycophantæ criminationes esse ostendam, non modo quod falsa sint, sed etiam quod, ut verissima essent, ita tamen gerendæ res fuerint, ut ego gessi.* Secundus est, in accusandi casu, cum voce, alterius cujuscumque casus, materialiter, (ut loquuntur) posita, sequente verbo activo. Demosth. ibid. ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, id est, *vos Athenienses; vos autem cum dico:* ubi τὸ est accusat. casus, ὑμεῖς autem, nominat. Tertius est, cum aliis etiam orationis partibus, maximeque adverbio, quod tamen verbum sequitur. Demosthen. ibid. μὴ δ' ἀντὶ-

τὸ cum infinit.

ἐντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι, περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ, id est, *ne ab adversario consilium petatis, quemadmodum audire me debeatis.*

XIX.

Articulus & nomen diversi casus.

Sæpe apud Oratores præsertim, præpositivus articulus ita præmittitur, ut casus nominis sequentis ob verbum adjunctum mutetur; ubi dubium est, quo ex pluribus nomine res appellanda sit. Demosth. pro Corona, ἢ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, εἴτε χρὴ κακίαν, εἴτε ἄγνοιαν, εἴτε χὴ ταῦτα ἀμφότερα εἰπεῖν, id est, *aliorum Græcorum, sive oportet improbitatem, sive ignorantiam, sive hoc utrumque dicere:* pro χὴ τῶν Ἑλλήνων, εἴτε κακία, εἴτε ἄγνοια, εἴτε χὴ ἀμφότερα, *aliorum Græcorum, vel improbitas, vel ignorantia, vel utrumque.*

(*Nomen appellativum* articulo præpositivo vestitum, per Synecd. generis 1. Proprium sæpe designat. 2. Certi aliquid & definiti ἐμφατικῶς χὴ καθ' ἑξοχὴν demonstrat: & 3. cognomenti loco, Proprium nonnunquam immediate sequitur.

Artic. cum Appellativo Proprium designat.

1. *Proprium designat:* Præter vulgaria, alia nonnulla exempla subjiciam, non cuivis fortasse obvia & quæ tyronibus aliquoties negotium facessunt; qualia

lia sunt, ὁ Δειπνοσοφιστὴς, *Athenæus*: ὁ γεωγράφος, *Strabo*: ὁ περιηγητὴς, *Dionysius*, cujus poema inscribitur, περιήγησις ἡ οἰκουμένης: ὁ ἐθνικογράφος, sive ὁ ἐθνογράφος, *Stephanus Byzantinus* qui lib. περὶ πόλεων καὶ δήμων scripsit. Ὁ παραβάτης, *Julianus Imperator*, qui vulgo ἀποστάτης dicitur; ὁ τῶν σοφιστῶν ἐξηγητὴς, *Hermogenes Rhetor*: ὁ τεχνικὸς, *Herodianus Grammaticus*: ὁ τεχνικὸς γεωμέτρης, *Charoboscus*: ὁ πορθμεὺς, *Charon*: ὁ πονηρὸς, *Diabolus*: ὁ βουκόλος, *Theocritus*: ὁ συγγραφεὺς, *Thucydides apud Aphthon*: ὁ χρυσορρήμων, *Joan. Chrysostomus*: ὁ θεολόγος, *Gregorius Nazianzenus*: ὁ ποιητὴς, *Homerus*: ὁ ῥήτωρ, *Demosthenes*.

Idem *valet participium, Hebræorum more, nominis loco positum cum articulo*: *E. g.* ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, *Stephanus*, qui supra dicitur ἐθνικογράφος: ὁ ποιήσας τὰ Διονυσιακὰ, *Nonnus Panopolitanus*, cujus libb. 48. *Dionysiacôn* titulo Græce extant: Ἀλεξανδρεὺς ῥήτωρ ὁ τὰ ἐρωτικὰ παίξας, *Achilles Tatius*, qui 8. libb. *lusit de Clitophontis & Leucippes amoribus*: ὁ τὰ βουκολικὰ γράψας, *Theocritus*: ὁ τὰ Κύπρια γράψας (scilicet ἔπη, vel ποιήματα) Stasimus; ὁ τῷ παιδὶ Κύριος: ὁ πιράζων *Diabolus*. *Et cum participio.*

2. *Certi aliquid* ὁρισικῶς *vel* δεικτικῶς *demonstrat*: ut Matth. 2. 2. ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς *Artic. præpositivus certi ali-*

quid δεικτικῶς demonstrat.

χθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; *ubi est ille, qui natus est Rex Judæorum? non de quovis Rege, sed* κατ' ἐξοχὴν *de illo, qui expectabatur humani generis redemptor*, v. 10. οἱ μάγοι ἰδόντες τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν, καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸ παιδίον: hic *certa* stella, *certa* domus, & *certus* puerulus ἐμφατικῶς καὶ ὁριστικῶς indicatur. plurima ejusdem farinæ exempla ubique obvia.

Cognomenti loco proprium sequitur.

3. *Cognomenti loco, Proprium nonnunquam immediate sequitur*, ut: Ἀπολλώνιος ὁ δύσκολος: Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινός. Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής.

Interdum v. cognomentum apponitur, omisso articulo: unde Antiphon dr. λογομάγειρος. *Apion Grammaticus* πλειστονίκης & μόχθος *ob sedulitatem. Cleanthes* φιλόπονος & φρεάντλης: *Crassus* ἀγέλαστος: *Didymus* χαλκέντερος: *Euripides* μισογύνης: *Hercules* ἀλεξίκακος: *Hermes* τρισμέγιστος: *Timon* μισάνθρωπος: &c.

Articulus geminatus.

Articulus geminatus rem exponit, & distinguit: ut ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός: Jo. 10. 11. Ego sum pastor *ille* bonus κατ' ἐξοχήν.)

CAPUT.

CAPUT II.

De subjunctivo articulo.

REGULA I.

Ὅς μέν, ὃς δέ, non tantum apud Poëtas, sed interdum apud Oratores, pro ὁ μέν, ὁ δέ. sic καὶ ὃς verbatim, *& qui:* id est, *tum ille*, supple, *ita loqui cœpit, vel perrexit*: pro καὶ ὁ, vel αὐτός. sic ἦ δ' ὅς, *inquit ille*, pro αὐτὸς, Dialogistis frequentissimum est. Quibus in locis, ἦ pro ἔφη usurpatur, & δὲ abundat. Imo absolute ὃς pro ὁ nonnunquam usurpatur. Plutarch. Public. ὧν (λόγῳ καὶ πλούτῳ) τῷ μὲν ὀρθῶς ἀεὶ χρωμένῳ, ἀφ' οὗ δὲ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν: *quorum duorum altero recte semper utens, altero indigentibus abunde subveniens: ubi* ἀφ' οὗ, *pro* ἀπὸ τοῦ. ὃς μέν, ὃς δὲ *pro* ὅ.

II.

Ὅστις primo redditur *quis*, vel *quisnam*, sine interrogatione, ut οὐκ οἶδα ὅστις αὖ τοῦτο ποιήσειεν, *nescio quis hoc fecerit*; sic ὅπης, ὅ, π cum virgula post ὅ, (ut distinguatur a conjunctione ὅπ, *quod:*) *quænam, quodnam*, per omnes casus. Secundo, *quisquis*, ut ὅστις ἐντυγχάνῃ αὐτῷ, *quisquis in eum incidit.* Quo sensu non raro præcedit πᾶς, vel ὅστις, ὁστισοῦν sequi- ὅστις, *quis.* ὅστις, *quisquis.*

sequitur ἄν, quæ particula unicam vocem efficit cum ὅστις: sic ὁστισδήν, ὁτινοσδήν, οἱτινεσδήν, in omnibus numeris. At πᾶς tantum in singulari, ac fere in nominandi casu, πᾶς ὅστις, *quicunque*: In plurali autem πάντες ὅσοι, non πάντες οἵτινες, id est, *quotquot*. Sequi etiam possunt ἅν, vel κἀν, vel ποτε, vel utrumque simul, vel cum eadem particula ἄν: ut ὅ, τ' ἅν, ὅ, τ κἀν, ὅ, τ' ποτε, ὅ, τ κἀν ποτε, vel ὅ, πδήποτε unico verbo: vel ὁ, πδηποτοῦν una itidem voce, id est, *quicquid tandem*.

πάντες ὅσοι, non οἵτινες.

ὅ, πδηποτῶν.

III.

Falluntur qui putant, κε vel ἄν eodem plane modo addi posse, ita ut ὅστις ἄν, vel apud Poëtas ὅστις κε, aut κεν, simpliciter usurpentur, pro ὅστις: adhibentur enim istæ particulæ, ut conjungantur cum modis & temporibus sibi propriis, optativo, vel subjunctivo; imperfecto, vel aoristo indicativi, (ut fusius ostendetur cap. de Conjunctione, Sectione secunda:) non autem ut aliquid ad eam significationem conferant: alioqui diceretur ὅστις ἄν ποιεῖ, ut ὅστις ποιεῖ, *quicunque facit*; quod tamen falsum est: dicitur enim ὅστις ἄν, vel ὅστις κε ποιήσειεν, aut aliud simile, id est, *quicunque fecerit*. Ita ὅς κε, vel ἄν, simul,

ὅστις ἄν, κε, κεν.

simul, non significat *quis*; sed ὅς tantum.

IV.

Ὅπις, Poëtice eodem utroque sensu ponitur, quo ὅστις. Homerus sæpissime, ut Odyss. M. Αἳ ῥά τε πάντας

Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅπις σφέας εἰσαφίκηται,

Quæ quidem (Sirenes) cunctos homines demulcent, quisquis ad eas venerit; ubi tamen ὅπις non sumitur pro ὅτινες, ut nonnulli volunt, etiamsi pluralis præcedat; imo accusativus Poëticus, ὅπινα, pro ὅντινα, & ὅπινας, pro ὅστινας usitatus est, & ὅπινα in neutro plurali, pro ἅττινα. ὅπις, *Poëtice pro* ὅστις.

V.

Tertio ὅστις, est *qui quidem*, in omni genere, numero & casu: Poëtice, ὅς τε. male enim diceretur ὃς μέν. vide cap. de Conjunctione, Sectione octava, Regula prima. ὅστις, *qui quidem*

VI.

Amant etiam Oratores ὅτε, pro οὗ vel ᾧ πνθ: & ὅτῳ, pro ᾧ vel ᾧ πνι. non autem ὅτου, pro ὅν, vel ὅντινα. Ita sæpe, ἀνθ' ὅτε, id est, *cujus rei causa*, vel, quamobrem. Ἐφ' ὅτῳ, *Qua in re*: ubi non raro ἀφορμὴ τινα, id est, commoditatem, & occasionem aliquam ὅτου.

signi-

significant. Demosth. pro Cor. οὗτος ὑμῖν τοῖς προδιδοῦσι, τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε, περιποιεῖ, id est, *Efficit, ut vos proditores, aliquam semper munerum accipiendorum commoditatem habeatis* verbat. *in quo*, vel *pro munera capiatis.*

VII.

ὃς *pro* τίς.

Ὃς aliquando sumitur, rarius licet, pro τίς interrogativo, ac præsertim in neutro genere. Sic enim Oenomaus apud Eusebium, lib. 6. Præparation. p. 275. nov. edit. ὧν δὲ ἕνεκα, ταῦτα προσῴδεγκα τῷ λόγῳ; *quorsum autem ista dicenda persequutus sum?* Tu parce imitare.

VIII.

ᾗ *quatenus.*

Dativus fœmininus ᾗ, *quatenus*, aut *qua ex parte*, aut *quo modo*, sæpe significat, eique fere respondet ταύτῃ: ut ὁ ἄνθρωπος, ᾗ μὲν λογικός ἐστιν, ἐφίεται τῆς ἀρετῆς, ᾗ δὲ σαρκικὸς, ἔχεται τῶν γηΐνων: id est, *homo qua ratione præditus est, virtuti studet, qua vero corpore, ad res terrenas adhærescit.* Hac ratione conjungitur cum verbo ἐνδέχεται, id est, *qua licet*; & cum verbo παρήκει, *qua contingit, qua fert casus, utcunque*: sæpius tamen dicitur ὅπῃ ἂν παρήκῃ vel παρήκοι, ut dicetur infra.

ᾗ ἐνδέχεται.

IX.

IX.

Eodem fere ſenſu dici poteſt, καθ' ὃ, παρ' ὃ, vel καθ' ἃ, καθ' ὅτι: vel unica voce καθὸ, παρὸ, καθὰ, καθότι: ut καθ' ὃ τοῖς ὤμοις συνέχεται, *qua parte cum humeris conjungitur.* Aliquando tamen καθ' ὅ, τι ſignificat, *ut.* v. g. καθ' ὅ, τι φιλεῖ ἐκ πολλοῦ, id eſt, *ut jam pridem ſolet:* καθότι πόλις ἄριστα διοικηθήσεται, *quomodo civitas quam optime gubernari poſſit.* καθὸ, παρό.

X.

Idem fere ſignificant ἀνθ' ὅτου, ἀνθ' ὧν, ἐξ ὧν: quæ tamen ſæpius reddi debent, *quamobrem*: eſtque loquendi ratio perfamiliaris Aphthonio: frequentius tamen dicitur ἐφ' οἷς, vel ἐφ' ᾧ δὴ, ad ſignificandum, *quamobrem.* Sæpe tamen ἐφ' οἷς, & ἐφ' ᾧ, ſumuntur pro ἐπὶ τοῖς, ἐφ' οἷς, & ἐπὶ τῷ, ἐφ' ᾧ, id eſt, *propter illa, in quibus.* Demoſthenes pro Corona, αὐτὸς οὗτός μοι μαρτυρεῖ, ἐφ' οἷς οὐχ ὑπεύθυνος ὢν ἐστεφανῶσθαι, id eſt, *Ille ipſe teſtificatur, me propter ea, quorum rationibus reddendis obnoxius non eram, coronatum eſſe.* ἀνθ' ὅτου &c.

XI.

Idem fœmininum ᾗ in dativo, ſumitur interdum pro ὡς, ut ᾗ πᾶν ἄν σοι δόξειεν, *ut tibi videtur*: interdum pro ἐξ οὗ, ut ᾗ πᾶν φανερώτατον ἂν γένοιτο τ' ἀληθὲς, ᾗ pro ὡς.

ex

ex quo, vel, *qua ratione veritas clarissime intelligi possit.* Interdum pro ὅσον, tuncque jungitur comparativo; ut ἡ μακροτέρη ὁδὸς, ταύτη κὴ θᾶσσον ἔδρεμεν, *quo longior via, eo celerius excurrit.*

XII.

Subjunctivus cum verbis etiam activis.

Subjunctivus articulus, more Latinis ignoto, ita præpositivum aut nomen involvit, ut in eodem casu elegante ponatur, in quo præpositivus aut nomen poneretur, licet verbum sequens alium post se casum postulet: ut μηδένα ὧν, vel ὃν ὧν ἔπαθεν ὑπόλογον ποιεῖται, *nullam eorum quæ passus est rationem habet*; pro μηδένα περὶ τούτων, ἃ vel ὧν ἔπαθεν ὑπολ. &c. sic, οἷς ἔχῃ φίλοις πρόσεστιν τε κὴ φιλανθρώπως ἀεὶ προσφέρεται, *quos habet amicos, suaviter eos semper humaniterque tractat.*

XIII.

Subjunctivus art. præpositivus.

Græcis hoc cum Latinis commune est, ut subjunctivus Articulus Pronomen antecedat elegantius, quam sequatur. Demosth. pro Cor. ipso statim in limine. Εἶπεῖν, ὅπερ ἐστὶ μάλιστ' ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο βέλτιστον τὸν θεὸν ὑμῖν, id est, *Deinde, quod vestra maxime interest, id ut Dii vobis in animum inducant.* Est enim hic, βέλτιστον, *mentem injicere.*

XIV.

XIV.

Neutrum singulare ὃ, maxime apud Thucydid. aut iæpe vacat, aut idem est quod καθ' ὃ, *in quo*. Insignis est locus ille lib. 2. ubi ὃ, in duo membra sic tribuitur, ut per sese vel omnino pendeat, vel utrumque resolvatur in καθ' ὅ. Sic enim ait, ὃ τοῖς ἄλλοις, ἀμαθία μὲν πράσσω, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρῃ. *Quo quidem in genere, cæteris audaciam ignoratio, consideratio timiditatem affert.* ubi ὃ, duobus nominibus ἀμαθία, & λογισμὸς explicatur.

XV.

Neutrum plurale ἅ, cum particula πε, significat *utpote*, vel *quippe:* ut ἅτε ἐνεστῶτος πολέμου, ἅτε κάκιστος ὤν, μέγιστον ἐφοβήσατο φόβον, *propter imminens bellum, utpote ignaviissimus, summo timore perculsus est.* Dicunt etiam ἅτε δή, & οἷα δή, eodem sensu. ἅτε, *utpote.*

XVI.

Idem neutrum in dandi casu numeri utriusque, maximeque pluralis, cum opportuno verbo conjunctum, pro substantivo ejusdem significationis, ac verbum illud, usurpatur. Demosth. pro Corona. οἷς γὰρ δυσχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, (de Thebanis loquitur) ἃ μετείωσε ἐκέχλωτο: verbatim, *iis quibus felices in* ἅ *cum verbo, pro nomine.*

Leuctris fuerant; id est, τοῖς εὐτυχήμασι, *sua illa apud Leuctra felicitate minus moderate usi erant.* Ibid. ἐν οἷς ἡμάρτανον οἱ ἄλλοι, καὶ κακῶς ἐφρόνουν, αὐτὸς παρεσκευάζετο, pro τοῖς τῶν ἄλλων ἁμαρτήμασι, καὶ τοῖς ἄφροσι λογισμοῖς, *aliorum peccatis stolidisque consiliis instructior fiebat.*

XVII.

Hic articulus apud Atticos, nomen aliquod diverso in genere sequitur, ita ut sensus pendeat, ac necessario phrasis alias in voces resolvi debeat, ut explicari commode possit. Tale est illud Thucydid. ex lib. 2. in oratione Periclis, qua parentes eorum consolatur, qui pro patria occubuerant. Τὸ δ' εὐτυχὲς, inquit, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης: verbatim, *Felicitas autem, qui honestissimum sortiuntur, ut illi nunc exitum, vos vero dolorem.* Ubi articulus οἳ cum εὐτυχὲς, nullo modo construi potest; Ita ergo sententiam exple, τὸ δὲ εὐτυχὲς τούτοις ἂν παραγένοιτο, οἳ ἄν, &c. vel τὸ δ' εὐτυχὲς τότε ἂν γένοιτο, εἴ τινες ἂν τῆς εὐπρ. &c. aut alio simili modo: id est, *illis autem vere felicitas obvenit, qui honestissimum, vel ut illi exitum, vel ut vos ipsi, dolorem sortiantur.*

tur. vel, *In eo autem sita felicitas est, si qui*, &c.

XVIII.

Ἄπα spiritu aspero sæpe Attici, maxime Plato, pro πνὰ usurpant, partim interrogative, partim indefinite. Interrogative quidem, ut Demosthenes, πῶς, ἢ ἄπα διελέχθη; *quomodo & quænam locutus est?* Indefinite vero, ut Plato secundo de Rep. εἴ τις ἐρωτῴη αὐτὰ ἄπα ἐστίν, *si quæsierit quispiam, quænam ista sint.* ἄπα, *pro* πνά.

XIX.

Ἄπα spiritu leni, aliquando significat *nonnulla, quædam*: ut ἀλλ' ἄπα, *alia quædam*: ὀλίγα ἄπα, *pauca quædam.* Alibi vero, ornatus causa tantum adhibetur: ut πολλὰ ἄπα μάτην διὰ σπουδῆς ἔσχεν, *multa studiose frustra curavit.* Aliquando idem valet, quod particula expletiva, *nam*, apud Latinos; maxime cum πόσα, vel ποῖα: ut ποῖα ἄπα διεπεράνατο; *quænam perfecit?* πόσα ἄπα; *quotnam?* ἄπα; πνά. ἄπα, *nam*

XX.

Eadem vox est κολακευτική, id est, adulantis atque blandientis, qua minor majorem blande appellat: quo sensu a veteribus quoque Romanis usurpata ἄπα; *blandientis est.*

pata est, authore Festo; ut πάππα, amici minores, seniores appellando, dicere soliti erant.

CAPUT III.

De nomine.

SECTIO I.

De Nomine in universum: ac primum de Substantivo.

REGULA I.

Casuum, numerorum, generumq; mutatio.

NOTANDUM est apud Atticos, maximeque Plat. creberrimas esse casuum & numerorum mutationes; imo etiam aliquando generum: quæ sæpissime fallent, nisi caute ac diligenter attendantur; quasque tyrones facile imitari non oportebit. Demost. pro Cor. cum dixisset, λέγειν ἃ δεῖ πρεσβεῖναι πρὸ δημοτικῷ, ὥσπερ ἀνδριάντα ἐκδεδωκὼς τῇ συγγραφῇ: id est, *ea commemoras, quæ in homine popolari esse debeant, perinde ac si statuam aliquam elaborandam ex syngrapha locasses*: Addit. ἢ λόγῳ τὸν δημοτικὸν, ἀλλ' ἐν τοῖς πράγμασι γινωσκόμενον, in accusativo, cum præcedentia in nominat. dixisset:

xisset : id est, *aut quasi populares homines, verbis, non rebus ipsis agnoscerentur.* ὥσπερ enim cum accusat. construi potest.

II.

Substantiva membrum eleganter aut periodum terminant, præmisso adjectivo, & verbo interposito: ut τῆς κατὰ τὴν Ἑλλάδα κυριολεξίας μετὰ πάσης ἔχεσθαι τῆς φιλοπονίας, *omni studio Græcæ dictionis proprietatem sectari:* sic, πάσαις δεξιώσασθαι ταῖς φιλοφροσύναις, *omnibus humanitatis officiis colere.*

Substantivum in fine.

III.

Substantiva quædam, ac præsertim ὁδὸς, *via*, γραμμὴ, *linea*, μερὶς, *pars*, vel *portio*, μέρος, *idem:* eleganter subaudiuntur: ut τῆς εὐθείας ἐκτραπῆναι, vel ἐξεστηκέναι, vel διαμαρτεῖν, subauditur ὁδοῦ, *a recta via aberrasse:* sic, τὴν ἐπὶ πολυμαθίαν ἰέναι, supple ὁδὸν, *rectam ad eruditionem viam insistere.* Quod etiam uno verbo εὐθυωρεῖν, vel εὐθυπορεῖν dicitur. Sic apud eos creberrimum est, ἐναντίαν ἰέναι, vel ἐπ' ἐναντίας φέρεσθαι, subintellecto substantivo μερὶς, vel ὁδὸς, id est, *contraria via ferri:* ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, id est, *ad mortem rapi.*

Substantiva quæ subaudiuntur.

ὁδός.

IV.

δίκη. Subauditur etiam δίκη, in rebus forensibus, ut δι' ἀδείας, vel καθ' ἀδείαν ἀνταγωνίζεσθαι, *candide, sincere, cum adversario, & quasi recto pede contendere*; quod etiam dicitur ἀδικίᾳ χρῆσασθαι, vel ἀδικεῖν. sic κρίνεσθαι τῷ ὀφλὰ θανάτῳ, sub. δίκῃ ὄσαν, id est, *capitis causam dicere.*

V.

ἡμέρα. Subauditur etiam ἡμέρᾳ, *dies*: nam τῇ πρωτεραίᾳ, id est, *pridie*, quod Plutarchus in Theseo dixit, μιᾷ πρότερον ἡμέρᾳ, cum gignendi casu, τῶν Θησείων, id est, *pridie festi in Thesei honorem instituti*: & τῇ ὑστεραίᾳ, id est, *postridie*, cum gignendi etiam casu, quod forte dici non possit μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ.

Substantiva quædam per ellipsin subaudita. [Exemplis reg. hisce subjectis, adde, si lubet, sequentia, quæ frequenter etiam per ellipsin subintelliguntur: qualia sunt, Ἀποφθέγματα, Γωνία, Γνώμη, Διάστημα, Δόμος vel οἶκος, Ἐνδύματα vel ἱμάτια, Εἶς, Ἑορτάσιμοι Ἡμέραι, Ἡλικία, Μοῖρα, ὄντες, ὄρος, πράγματα vel ὄντα, συγγράμματα, τέχνη, πυρία, τράπεζα, τεῖχος, ὕδωρ, ὕπνος, ὑπόδοια vel ὑπόληψις, χεὶρ, χρόνος.

Τὸ

Τὸ τὰ Σόλωνος, sc. ἀπόφθεγμα, *Solonis dictum.* Ἀπόφθεγμα.

Πρὸς ὀρθὴν, sc. γωνίαν: *ad rectum angulum.* Γωνία.

Τὴν ἐμὴν συνῆκας, supple γνώμην: *meam intellexisti sententiam.* Γνώμη.

Διὰ τοσούτου, sc. διαστήματος, *tanto intervallo. Vid. cap. 9. sect. 2. reg. 6.* Διάστημα

Εἰς ᾅδου, suppl. δόμον vel οἶκον, *ad inferos.* Δόμος vel οἶκος.

Οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, sc. ἱμάτια vel ἐνδύματα, *qui mollia vestimenta gestant.* Matth. 11. 8. Ἱμάτια.

Ὁ Πλάτων εἷς τῶν σοφῶν, sc. εἷς. *Plato erat sapientum unus.* Εἷς.

Ἐν τοῖς Διονύσου, sc. ἑορτασίμοις. *in Bacchi festis diebus.* Demosthen. orat. de pace. vid. cap. 9. sect. 3. r. 6. Ἑορτάσιμος ἡμέρα.

Τὴν ἀρετὴν ἐκ νέας ἄσκει: sc. ἡλικίας. *virtutem a pueritia exerce.* Synes. Ἡλικία.

Ἐσύλησε τὴν Κελτικὴν τὴν πρὸς τὰς ἀνατολάς. *spoliavit Galliæ partem, quæ spectat ad ortum.* Μοῖρα.

Οἱ ἐν τῷ τέλει, suppl. ὄντες: τετάχθαι ἐν τῇ ἀρχῇ. Ὄντες.

Lysias pro Erat. ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς πάθῃ, *vide sis, cave sis, ne quisquam hæc audiat:* ἔλλειψις Attica: deest n. ὄντος. vid. cap. 7. sect. 10. reg. 6. Ὄντος.

πρᾶγματα vel ὄντα. Τὰ τῶν φίλων κοινά : *amicorum omnia communia* : sc. πράγματα vel ὄντα.

συγγράμματα. Τὰ τοῦ Ἡροδότου : sc. συγγράμματα. *Herodoti scripta.*

τέχνη. Γραμματικῷ ἔμαθε, supple τέχνῃ

τιμωρία. Ἀξίαν ἔτισεν. sc. τιμωρίαν : *dignam pœnam solvere.*

τράπεζα. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς στείβοι, *ejusdem mensæ cibis uti*, supple τραπέζης.

Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος.
αἱ νεόπλεες,
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀθρανέες.

τρίχες. *Epigr. græc. lib. 1. cap. 13.*

ὕδωρ. Ποτήριον ψυχροῦ : scil. ὕδατος : *poculum frigidæ.* sc. *aquæ.* Mat. 10. 42.

ὕπνος. Lucian. in Dialog. *Cyclop. & Neptuni*, ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης ὦ τέκνον : *ut alte dormiviſti fili.* sub. ὕπνον.

ὑπόνοια. vel ὑπόληψις. Μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν φόβους : *infinitos alios metus nobis ipſis temere fingebamus.* Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 6. ubi ſubaudiri videtur ὑπονοίας vel ὑπολήψεως, vel al. ſimil. quod *ſuſpicionem* ſignificet. vid. c. 9. ſect. 2. reg. 3.

χείρ. Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ πῦρ. *Una manu aquam, altera ignem ferebat.*

χρόνος. Matth. 9. 15. ἐφ' ὅσον : sc. χρόνον.

Item

Item apud Latinos substantiva sæpe per ellipsin istam subaudiuntur: ut

Aqua deest in his formulis, *calida* lavari: *frigidam* bibere. — *Aqua.*

Ars vel scientia vel facultas in *Grammatica*, *Rhetorica*, *Musica*, ut Græcis τέχνη *ars*, δύναμις *facultas*, vel simile. — *Ars.*

Arvum in *Novale*. *Caro* in *agnina*, *bubula*, &c. — *Arvum.* *Caro.*

Dies in *prima* & *novissima*. Ovid. 1. fast. — *Dies.*

Bruma novi prima est, veterisque novissima solis: sic Græci τὴ πρωτερείᾳ, τῆ ὑστερείᾳ, sive τῆ ὑπάτῃ.

Febris in *tertiana*, *quartana*, *quotidiana*. — *Febris.*

Festa in *Agonalia*, *Saturnalia*, *Terminalia*, & similibus. *Finis* in *hactenus*, *quatenus*: nam integre fit, *hac fine tenus*. *Frater* in *Germanus*. *Homo in adolescens*, *amicus*, *familiaris*, &c. *Manus* in *dextra*, *sinistra*. *Nummus* in *quinarius*, *denarius*. *Ventus* in *Favonius*, *subsolanus*, *Africus*. Sic Græcis ἐπετείοι quasi dicas *anniversarii*, puta ἄνεμοι *venti*, *flatus*. *Verba* in istis, *paucis* te volo, quid opus est *multis*? *Homeri illud*, ut Græcis Ὀμηρικὸν ἐκεῖνο, nempe ἔπος *verbum*. *Vestes* in *Serica*, *Coa*, *Bombycina*. *Vinum* — *Festa.* *Finis.* *Frater.* *Homo.* *Manus.* *Nummus* *Ventus.* *Verba.* *Vestes.*

num in mustum, *merum*, *Falernum*, *Massicum*. Cl. Vossius plura enumerat, sed hæc usitatiora.

ἡμέρα. Ἥμερος *mansuetus*. ἡμέρα non est vocabulum per se, sed subauditur, inquit Eustathius, φάσις vel κατάστασις τοῦ ἀέρος. *illuminatio mitis*, *aut placida aëris constitutio*. Dies ἡμέροις ζώοις *mansuetis animalibus*, h. e. *hominibus*, *nox feris opportunior*. Ab eodem argumento Latini dicunt *mane* & *immanis*. Varro lib. 5. ling. Lat. *mane*, quod tum *manat dies ab oriente*: nisi potius, quod *bonum* dicebant antiqui *manum* Ad cujusmodi religionem Græci quoque cum *lumen adfertur*, solent dicere φῶς ἀγαθόν.

Ἐπειδὴ ἦν πρὸς ἡμέραν, *quum lucesceret*.

----ἑσπέραν, *quum advesperasceret*.]

VI.

Satis dici non potest, quodnam substantivum intelligatur in hoc Plutarchi exemplo, in Fabii Maximi vi-
ὁδός. ta, τὴν ἧτταν ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος, ἀπ' εὐ-
φωνή. θείας οὐκ ἔφρασεν, id est, *acceptam cla-*
λέξις. *dem*, *nuncius*, *uti res erat*, *aperte ingenueque non retulit*: videtur tamen subintelligi ὁδοῦ, ut tota phrasis sit metaphorica; vel φωνῆς, λέξεως, διηγήσεως.

VII. In

VII.

In dandi casu singulari οὐδετέρᾳ, id est, *neutra*, subauditur etiam aliquid, ut χείρι, μερίδι, aut aliud simile, cum verbali ληπτός, *capiendus*, est enim ἄνθρωπος οὐδετέρᾳ ληπτὸς, *homo tam solers ac providus, ut neutra parte; aut potius nulla, vel* (quod melius) *nulla ratione capi possit.* Themistius or. 10. καίτοιγε πρόφρουν εἶχον οὐδετέρᾳ ληπτὸν, *tametsi patronum habebant, qui nullo modo capi posset*, id est, *omni ex parte tutum, ac tectum.* Huic aliquatenus opponitur θατέρᾳ ληπτὸς, id est, *altera ex parte captu facilis.* Eusebius Demonstrat. l. 4. c. 9. de Dæmone loquens, δυνὰ δὲ κατ' ἔθνων ἁπάντων ἀπειλήσας θατέρᾳ ληπτὸς τοῖς πρόσθεν ἀνθρώποις ἦν, id est, *at gentibus omnibus gravia minatus cum esset, alia ratione suis ipse venabulis captu faciles homines reperit.* Intelligit autem voluptatis illecebram, de qua ibid. οὐδετέρᾳ ληπτός.

VIII.

Nomina quædam neutra multitudinis numero, fere ἑλληνικῶς usurpantur; ac potissimum cum sequentibus verbis junguntur, ἑορτάζειν, *festum celebrare*, πανηγυρίζειν, *conventu publico aliquid celebrare*, & θύειν, *sacrificare.* Hujusmodi *Neutra defective posita.*

modi sunt, τὰ σωτήρια, id est, *ea quæ pro salute recuperanda, vel recuperata fiunt*: τὰ χαριστήρια, *quæ in gratiarum actionem*: τὰ μειλίχια, & τὰ ἱλαστήρια, *quæ valent ad placandum & conciliandum Numen*: τὰ διαβατήρια, *ad*, vel *ob felicem transitum*: τὰ ὀπτήρια, *ob victoriam*: τὰ εἰσιτήρια θύειν, *ob felicem, Athenis, ingressum in ordinem Senatorium, sacrificium persolvere*: τὰ δαφνήλια, *quæ ob felicem nuntium*: τὰ γενέθλια, *quæ in natalis diei memoriam*; τὰ γαμήλια, *quæ ob lætiorem nuptiarum diem*: τὰ κατοικήσια, *ob sedem aliquam primum ac feliciter occupatam*: τὰ ἐτήσια, *anniversaria*: τὰ κουρεῶτα, *quæ in ejus diei memoriam, quo inter juvenes olim Athenienses pueri censebantur*. Quæ postrema quinque conjungit B. Gregorius Nazianz. orationis 4 initio. Dicunt ergo δαφνήλια θύειν, id est, *victimam ob lætum nuncium immolare*: τὰ σωτήρια πανηγυρίζειν, *recuparatam, aut conservatam salutem, publica solennique lætitia celebrare*, &c. similiter.

IX.

Genit. cum verbo activo. Genitivus etiam interdum apud Atticos, præcipueque Demosthenem & Xenophontem, cum verbo activo conjungitur accusativi loco. Demosthenes

nes 1. Olynth. λαμβάνειν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, *aliquid ex regionis fructibus decerpere.* Xenoph. in Oratione de Agesilao, τῶν κατὰ κράτος ἀναλώτων τειχέων, τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρα ἐποιεῖτο, pro τὰ τῶν τειχέων ἀνάλωτα: quod affine est gallico idiotismo, *il prenoit des villes par sa courtoisie:* nam particula *des*, genitivi nota est. Idem, καὶ καταδύειν οὐκ εἴα στρογγύλων πλοίων, *il ne permettoit pas qu'on enfonçast des nauires rondes.* Idem, ἐς δὲ τῶν μειζόνων ἐμβαίνειν, ait, pro εἰς τὰ μείζονα, *monter en de grands vaisseaux.* Idem lib. 3. hist. οἱ δὲ ἔπεμψαν τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἱππευσάντων, id est, *illi autem miserunt ex iis, qui sub triginta viris equites fuerant.* Demosth. 2. Olynth. μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων φαίνεσθαι προϊεμένους, *non tantum urbes & loca illa palam negligere, ac perdere.*

SECTIO II.

De Adjectivo, Comparativo, Superlativo, Numerali.

REGULA I.

ADJECTIVUM neutrum sumitur eleganter pro substantivo fœminino, ut τὸ σοφὸν, καὶ τὸ ἀπτι- *Adject. pro substant.*

ἀττικὸν τῆς ἑλλάδος, id est, *dignitas & elegantia linguæ Græcæ*, sic, τὸ δεινὸν τῆς φράσεως *vis dictionis*.

II.

Adject. & substant. diversi generis.

Aliquando adjectivum diversi generis est a substantivo, cum significationis potius, quam vocis, ratio haberi debet: ut κόριον καλλίστη, pro κάλλιστον, *puella pulcherrima*. Ita Synesius μειράκια εὐτυχεῖς, dixit, pro εὐτυχῆ, id est, *beatos adolescentes*. Quanquam interdum tota significationis ratio negligitur; ut apud Xenoph. τούτω τὼ ἡμέρα, pro ταύτα τὰ ἡμέρα, *hi duo dies*. At hoc parce tirones imitentur.

Anabaptistarum error notatus.

(Huic regulæ unum tantum exemplum subjungam, idque a sacris literis petitum, Anabaptistarum errori oppositum. Hi enim ex verbis Servatoris nostri, Matth. 28. 19. πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς, &c. satis fidenter asserunt relativum αὐτοὺς referri debere ad nomen μαθητὰς in τῷ μαθητεύσατε subintellectum; & nullo modo referri posse ad antecedens ἔθνη: rationem addunt, quod scilicet τὸ αὐτοὺς sit masculini generis, & τὸ ἔθνη neutrius. vid. librum Anglicano idiomate scriptum, qui inscribitur *Pædobaptismi vanitas*.

Lin-

Linguæ vero Græcæ imperiti non animadvertunt usitatissimam esse in verbis istis enallagen sive heterosin, in qua attenditur solum τὸ σημαινόμενον (ut loquuntur Græci) non τὸ ῥητόν. τὸ αὐτὸς vero referri ad suum antecedens ἔθνη, ἀναπρῴπτως docent verba B. Pauli Rom. 2. 14. ὅταν γὰρ τὰ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος. ubi τὸ οὗτοι manifeste cum τὰ ἔθνη per hanc heterosin sive enallagen concordat sensu, etiamsi genere non concordet. Apud Hom. sæpissime usurpatur φίλε τέκνον: idem etiam legitur apud Dionys. Halicarnass. solutæ orationis authorem, περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, in ipso principio; Δῶρόν τοι ἐγὼ τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι, &c. ubi φίλε est masculini generis, τέκνον neutrius, & tamen bene concordant κατὰ τὸ σημαινόμενον.

Textus Matth. 28. 19. clarissime expositus.

Præterea, si Anabaptistarum in hunc locum interpretatio admitti debeat, sequeretur hoc absurdi, integræ scilicet ætatis viros (masculinum solum genus) ad baptismum & doctrinam admitti oportere, & penitus excludi sexum fæmineum & infantes; cum τὸ αὐτὸς, secundum illos, sit tantum masculini generis:

neris : hoc autem est ἐχάτως ἄτοπον, impium, & sacris literis contrarium.

τὸ ἔθνη comprehendit infantes.

Τὸ ἔθνη, vero, cum sit nomen σεμνὸν, non solum comprehendit utrumque sexum, sed & omnem ætatem, etiam *infantes*; quod satis appareat ex Gen. 25. 23. ubi *infantes* adhuc in utero luctantes diserte vocat Dominus Gentes, & per τὸ ἔθνη οἱ ὁ interpp. reddunt.)

III.

Adject. sine verbo substant.

Adjectivum neutrum, intellecto fere verbo substantivo, eleganter cum omni genere numeroque conjungitur; ut χρησιμώτατον ἡ νηστεία πρὸς τὴν σωφροσύνην, id est, *jejunium ad conservandam temperantiæ virtutem potentissimum est.* sic, ἐνεργητικώτατον αἱ πρὸς θεὸν εὐχαὶ, *nuncupatæ Deo preces potentissimæ sunt*, pro χρησιμωτάτη, & ἐνεργητικώταται).

IV.

Genit. plural. pro nominat. singul.

Genitivus, præsertim adjectivorum neutrorum in plurali, pro nominativo singulari neutro, Attice usurpari solet. Demosthenes 2. Olynth. ὡς ἔστι τὰ αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τὰ αἰσχίστων, *turpe enim est, seu potius turpissimum*: verbatim, *est rerum turpium*, subaudiendo, τί: sic ἔστι δὴ τὰ πάνυ θαυμαστῶν, ἐς τοσοῦτον προχωρῆσαι τὴν παιδείαν, id est, *summa dignum est admira-*

miratione, tantos in doctrina feciſſe progreſſus.

V.

Quædam Comparativa laudem ſignificantia, genus aliquod involvunt excellentiæ vel difficultatis, ad quam id, quod gignendi caſu conjuncto ſignificatur, aſpirare non poteſt: ut τῷ λόγῳ κρείττων, *oratione melior*; id eſt, *excellentior, quam ut oratione celebrari pro dignitate poſſit*: κρείττων ὀργῆς, vel ὀπτυμίας, *iracundia* vel *cupiditate melior*, id eſt, *moderator, quam ut vel cupiditate, vel iracundia vinci poſſit*: κρείττων ἀπειλῶν, ἢ λόγῳ τερρότερος, id eſt, *conſtantior, quam ut minis terreri, aut verbis decipi queat.* *Comparat. excell.*

VI.

Aliquando tamen Comparativum laudem ſonans, probro vertitur: ut apud Ariſtot. κρείττων ἢ παιδείας, *erudition melior*, id eſt, *in ſcelere conſtantior, quam ut præceptis ullis inde abduci poſſit.* *Comparat. laudis, in probrum.*

VII.

Contrario ſenſu uſurpatur ἥττων, & ἐλάττων: dicitur enim ἥττων πάθους, *calamitate minor*, qui ab ea vincitur. Plut. Pompejo, τοιαῦτα λέγουσες, ἄνδρα δόξης ἥττονα, ἢ φίλους αἰδοῦς ἢ *Comparat. infirmitatis.*

Πομπήϊον ἐξιάσασιν: *hac illi oratione Pompejum, qui hominum de se opinioni, suoque erga familiares, ac necessarios pudori facile succumberet, pepulerunt.*

VIII.

Comparat. cum præpos. Cæterum ea Comparativa, aliquando loco genitivi, cum accusativo junguntur, & præpositione χῆ, vel πρός: ut ἐλάττω, ἢ πρὸς τὸ καλόν δοκοῦμα, νομίζων εἶναι μᾶλλον δόξαν: pro τῆ καλοδοξίᾳ, *gloriam facinore minorem existimans.* χαλεπώτερον ἢ χῆ, vel πρὸς ἄνθρωπον, *difficilius, quam ut humanis viribus ferri, vel obtineri possit.* quo sensu male diceretur, ἀνθρώπῳ χαλεπώτερον, recte τῇ ἀνθρωπίνῃ δυνάμεως, *humana facultate.*

IX.

Comparat. cum ἢ & infinitivo. Aliquando idem genitivus, per infinitivum resolvitur: ut ὡς ἔγνωσαν κρείττους ὄντας τοὺς πολεμίους, ἢ ἁλῶναι, pro τῆ ἁλώσεως, id est, *ut cognoverunt fortiores esse hostes, quam ut vinci capive possent.*

X.

Alius est Comparativi usus, a quo Latini prorsus abhorrent, cum genitivus Comparativum sequitur, licet alius casus præcesserit: ut πᾶς τις μᾶλλον τῷ φρονεῖν διαφερόντως, ἁπλαῖς φάσεσι πρὸς-

ἔχειν

ἔχειν δεῖ, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων, ait Aristot. pro ἢ ταῖς ἀποδείξεσιν: id est, *nihilo minus est nudis Sapientum dictis, quam evidentissimis argumentis adhibenda fides.* sic δικαιότερον εὖ ποιεῖν τοὺς οἰκείους, τῶν ὀθνείων, pro ἢ τοὺς ὀθνείους, id est, *æquius est domesticis beneficia conferre, quam alienis.* in his & similibus ne Genitivus occurrens, etsi a Comparativo paulum aliquando remotior, sensum perturbet; videndum an præcedat Comparativum aliquod, tumque Genitivus ille reddendus erit per *quam*, & eum casum, quem verbum Latinum postulabit, ut patet ex superioribus exemplis.

XI.

Accidit non raro, maximeque apud Atticos, ut Genitivus ille nonnihil a Comparativo remotior, obscuriorem sensum efficiat. Ubi ergo talis Genitivus occurret, qui dubitationis aliquid afferat, vide continuo, num Comparativum aliquod, aut etiam Superlativum præcedat, quo referri possit. Demosth. pro Cor. ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος, ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις, καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς, τῆς νῦν εἰρήνης. ubi τῆς εἰρήνης regitur a Comparat. ἀφθονωτέροις,

& εὐωνοτέροις: id est, *Bellum enim quod tum incumbebat præterquam quod* (id enim valet ἄνευ) *illustrem gloriam afferebat, in majore nos rerum ad vitam pertinentium abundantia, & annonæ vilitate, quam præsens ista pax, constituebat.*

XII.

Superlativus etiam usum habet Latinis ignotum, & cum pronomine reciproco jungitur, ideoque per superandi verbum Latine reddi solet: ut κατ' ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν ἑαυτοῦ ἐλλογιμώτατος ἐγένετο, id est, *in eo argumento tractando, seipsum eloquentia superavit*: id quod etiam per adverbium superlativi gradus, in α desinens, eleganter exprimitur: ut αὑτοῦ τάχιστα ἔδραμεν, id est, *seipsum cursus velocitate superavit.*

XIII.

De numeralibus sex præcipue notanda sunt. Primum est, ἐλλείψει quadam Attica, Genitivum absolute usurpari, alio nomine subintellecto, ut ἓν, vel θάτερον. Thucydid. lib. 1. p. 25. μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. Verbatim, *nec duorum occupare errent*, id est, *ne altero e duobus excidant*; ubi

δυοῖν,

δυοῖν, pro δυοῖν δεύτερον ponitur, *neu calamitate nos afficiant, neu seipsos tutiores efficiant.*

Secundum est, quod Latini exprimunt per *unde*, & *duode*, id a Græcis per participium verbi δέω, cum eo numero qui deest, significari. v. c. undeviginti annos natus, Græce duobus modis exprimi potest; uno quidem per Genitivum absol. ἔτη γεγονὼς εἴκοσι, ἑνὸς δέοντος, id est, *an.* 20. *natus uno deficiente*, pro *undeviginti annos*; altero per participium cum nomine conveniens, a quo Genitivus regatur numeri, qui deest: ut ἔτη γεγονὼς εἴκοσι ἑνὸς δέοντα.

XIV.

Tertium est, Latinum *semi*, quod numeros integros sequitur, Græce per numerum integrum exprimi, sequente nomine pecuniam significante, & cum ἥμι ἐν τῷ ἥμισυ, ἐποκοπῇ, composito: v. c. *duo talenta cum dimidio*; Græce, τρίτον ἡμιτάλαντον, quod verbatim sonat, *tertium semi talentum*: sic, *quatuor drachmæ cum dimidia*, πέμπτον ἡμίδραχμον, *quinta semidrachma.* *Semi*, ἥμι *in comp.*

XV.

Quartum est, numeralia in αῖος, usurpari solita ad significandum dierum inter- *Numeralia in* αῖος.

intervallum, quo quis aliquid fecerit; ut ἀπὸ τῶ Παεισίων ὁρμηθεὶς, ἐς τὸ Ροτόμαγον τριταῖος ἀφίκετο, *Parisiis profectus triduo Rotomagum pervenit.*

XVI.

Numerale involvens adverb. ante.

Quintum est, rarius quidem, aliquando tamen, vocem numeralem secum involvere significationem adverbii *ante*, seu *prius*, quam res aliqua adveniat. Plutarch. in Alexandr. Αὐτὸς ἡμέρᾳ τρίτῃ, πρὶ τὸν ὕπνον εἶδεν ὄψιν ἄτοπον, *ipsimet Alexandro, die tertio*, id est triduo, *antequam ab eo Clitus interficeretur, in somnis fœda species oblata erat.*

XVII.

Sextum est, spatium temporis, seu numerum dierum, mensium, annorum, quo aliquid fiat, in gignendi casu poni solitum. Demosthenes pro Corona. ἐξὸν ἡμερῶν δέκα, μᾶλλον δὲ τριῶν ἢ τεττάρων, εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ἀφῖχθαι, id est, *cum liceat dierum decem, imo trium quatuorve spatio, ad Hellespontum pervenire. Ibid.* ἀκούσεσθε δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν, id est, *audietis intra duos treſve dies.* Ubi etiam obiter notandum est, dualem in numeralibus istis cum plurali posse conjungi. v. c. δυοῖν cum ἡμερῶν.

SECTIO

SECTIO III.

De nominibus ἀποφράς, ἄνθρωπος, ἀρετή, ἀρχὴ, αὐτόφωρος.

REGULA I.

FASTI Romanorum dies, a Græcis *Fasti & nefasti* διημέρμοι & ἔνδικοι; nefasti vero *fasti dies,* ἄδικοι, & ἀποφράδες vocabantur, voce composita ab ἀπὸ, *sine*, vel, *procul*, & φράζω, *loquor*, (quasi procul a verbis semoti,) quibus causæ non disceptabantur. Lucianus eosdem vocat ἀπραγμόνας, *quibus agitur nihil*; ἐπαράτους, quasi *execrandos*, μιαρὰς *sceleratos*, ἀπαισίους, *infaustos*.

II.

Ἀποφράδες etiam ἄνδρωποι nuncupabantur, id est, *scelerati*, qui & μιάσορες, παλαμναῖοι, ἀλιτήριοι, ἀλάστορες, κατάρατοι, ἐναγεῖς, ἐξάγιστοι, ἀποτρόπαιοι, qui a Latinis *sacrilegi* plerumque nuncupabantur. Cæterum vox ἀλιτήριος ἀλιτήριος, cum gignendi casu jungitur, ejus, aut Numinis cujus sacer aliquis erat, aut rei cujus pestis esset: ut ἀλιτήριος τοῦ Διὸς, *Jovi sacer*: ἀλιτήριος τῆς

ἀποφράδες, *scelerati.*

ἀλιτήριος

τῆς πόλεως, *reipublicæ pestis*: ὦ τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριε, *o Græciæ pestis*.

(De hac voce ἀποφρὰς, vide Luciani pseudologistam, sive περὶ τῆς ἀποφράδος.

ἄνθρωπος fœmina. De dictione ἄνθρωπος observandum, quod aliquando significet *fœminam*, licet rarius: Dionys. Halicarnass. περὶ σαυθέσεως ὀνομάτων. γυμνὴν τὴν ἄνθρωπον ἰδεῖν: *nudam videre hominem*, id est, *fœminam*: *scilicet Candaulis uxorem*.

Vir, id est maritus. Aliquando de *viro* κατ' ἐξοχὴν dicitur, & opponitur fœminæ, non quidem adverse, sed relate: ut Æschines, ἄνθρωπος καὶ γυνή: vir & fœmina, sic Matth. 19. 10. λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς οὐ συμφέρει γαμῆσαι: hic ἄνθρωπος ponitur pro *viro*, quem ἄνδρα Græci κυριολέκτως nuncupant.

Quidam. Interdum ἄνθρωπος vertitur *quidam*: ut Marc. 12. 1. ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος: quidam vineam plantavit.)

III.

Ἀρετὴ, apud Thucydid. maxime, usus aliquot observandos habet. Primo, sumitur pro *benignitate*, *beneficentia*, *liberalitate*, ut lib. 2. καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν, ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς, id est, *præ-*

præterea, benignitatem quod attinet, alia longe noſtra, quam vulgi hominum, ratio eſt. Sequitur enim, οὐ γὰρ πάροντες ἦν, ἀλλὰ φροῦντες, κλώμεθα τοὺς φίλους, id eſt, *nec enim accipiendis, ſed dandis ultro beneficiis, amicos paramus.*

Et paulo poſt clarius, ὁ δ' ἀντοφείλων, ἀμβλύτερος· εἰδὼς οὐκ εἰς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων, id eſt, *At referendæ gratiæ debitor, minus alacer eſt, quod ſciat, eam ſe beneficentiam rependere, non cui habendæ gratiæ ſint, ſed qua contractum nomen diſſolvat.*

IV.

Secundo, affini admodum acceptione, humanitatem cum pietate conjunctam ſignificat, qua laborantibus ultro ſuccurrimus. Idem eodem lib. ubi diram luem, quæ Athenis incubuerat, luculente deſcribit. καὶ μάλιστα (ſup. διεφθείροντο) οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι· αἰσχύνη γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, id eſt, *maxime vero* (ſub. *interibant*) *qui humanitatis ac pietatis ſenſu ducebantur: eos enim ſibi parcere ſuppudebat.* Sic lib. 4. Braſidas, Acanthios ab Athenienſibus abducere dum conatur, metum illis omnem amittendæ libertatis

tis eximit: alioqui enim, αὐτοὶ ἂν, inquit, φανοίμεθα ἐχθίονα, (sup. ἀρχὴν) ἢ ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετὴν, καταπαύμενοι, id est, *infestius palam imperium nobis pararemus, quam qui nullam omnino virtutem* (id est, *nullum in conservanda, vel asserenda Græcorum libertate studium*) *ostenderunt.* Profitebantur enim Lacedæmonii, se Græciam ab Athenienſium tyrannide liberare velle.

V.

Tertio, nominis celebritatem & gloriam ſignificat. Idem lib. 1. ubi Corcyræi Athenienſium opem efflagitant, cujus ea ſit opportunitas, ἥ φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετὴν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε, χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχὺν, id est, *quæ cum apud homines gloriam conciliet, tum etiam eos, quorum defenſionem ſuſcipietis, obſtringat beneficio, vobis denique novam potentiam novasque vires adjungat.*

VI.

Quarto, quod minus rarum est, de bonitate cujusque rei propria dicitur, ut de bonitate ſoli. Thucydid. initio lib. 1. διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς, αἱ δυνάμεις ποτὲ μείζους ἐγενόμεναι, τάσεις ἐνεποίουν, id est, *nam propter ſoli bonitatem, opes*

pes nonnullorum auctæ, seditiones excitarunt. Plut. de legib. ἀρετὴ τῆς χώρας: *soli bonitas, fœcunditas.*

VII.

Quinto, virtutis omnis & honestatis officium significat: ut apud eund. lib. 3. Mitylenæi Lacedæmoniorum societatem expetentes, περὶ γὰρ τῶν δικαίων, καὶ τῆς ἀρετῆς πρῶτον τοὺς λόγους ποιησόμεθα. *Primum enim de æqui, & honesti officiis dicemus.* Hoc modo proprium cujusque officium, viri, mulieris, senis, adolescentis, magistratus, privati, ἀρετὴ optime dicitur. Sic idem Thucydid. lib. 2. εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας ἀρετῆς, ὅσαι νυῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, id est, *quod si de mulierum officio, quæ viduæ nunc futuræ sunt, mentionem fieri abs me oporteat*: ubi etiam notandum, ὅσαι perinde ut αἱ, sequi post γυναικείας ἀρετῆς, ac si præcessisset γυναικῶν, ut paulo ante observatum est in appendice 3. ad articulum subjunctivum.

VIII.

Τῷ ἀρχῷ, & τὸ καταρχὰς, significat *initio.* Quod etiam rarius dicitur, ἀρχῷ, sine art. Xenoph. 7. expedit. ὅσῳ γὰρ χαλεπώτερον, ἐν πλυσίᾳ πένητα γηύεσθαι, ἢ ἀρχῷ μὴ πλυτῆσαι· καὶ ὅσῳ λυπη- τὴν ἀρχήν.

λυπηρότερον, ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι. *Quo gravius est, ex divite pauperem fieri, quam ab initio divitem non fuisse: quantoque molestius, ex Rege privatum fieri, quam Regem fuisse nunquam.*

IX.

ἐπ' αὐτοφώρῳ.

In flagranti delicto deprehensus, dicitur, ἑαλωκὼς ἐπ' αὐτοφώρῳ, vel simpliciter αὐτόφωρος, vel πρόφωρος, vel εὐπρόφωρος, a verbo Græco φορᾶν, quod est *luce palam deprehendere.* Conjunguntur autem tria ista cum verbo εἶναι, vel γίνεσθαι: ut ὁ φεύγων ἐπ' αὐτοφώρῳ γενόμενος, id est, *reus in flagranti delicto deprehensus:* dicunt etiam ἁλίσκειν παρ' αὐτὸ τὸ ἀδίκημα.

Φὼρ, ὁ κλέπτης. φωρίον, τὸ κλέμμα. φωρῶ, τὸ κλέπτοντα καταλαμβάνω· ἀφ' οὗ τὸ ἐπαυτοφώρῳ, ἤγουν ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ. Μοχοποῦλος περὶ σχεδῶν. Usurpatur igitur hoc vocabulum proprie de iis, qui in ipso furto sunt deprehensi, habentes in manibus, τὰ φωρία, quæ furati sunt, a seipsis proditi. Transfertur postea etiam ad alia facinora & scelera, in quibus quis deprehenditur. *Joh.* 8. 4. ἐπαυτοφώρῳ, in ipso facto. *i. e.* adulterio.

SE-

SECTIO IV.

De nominibus ἀφορμὴ, δείλη, δῆλος, δίαιτα, δίκαιος, ἐξέλης, ἐπίδοξος, ἔργον, ἔπος, ἔπιμος.

REGULA I.

DE hac voce ἀφορμὴ notanda quæ sequuntur. Primum enim significat vim naturæ quandam ad pernicioſa fugienda; quemadmodum ὁρμὴ utilium appetentia eſt. Beatus Damaſcenus, ait Chriſtum oſtendiſſe, ἐν τοῖς συσπικοῖς τῆ φύσεως, τὴν ὁρμὴν, ἐν δὲ τοῖς φθαρτικοῖς, τὴν ἀφορμὴν, id eſt, *in iis quæ ad naturæ conſervationem pertinent, vim appetendi, in iis quæ eandem perimunt, vim averſandi.* ἀφορμὴ vis, *adverſa fugiendi*

II.

Secundo apud Atticos idem eſt quod res familiaris, & domeſtica: imo & ars quælibet tolerandæ vitæ idonea, quam alii paſſim Græci, maximeque recentiores, περιβολὴν εἰς τὸ ζῆν vocant: ut μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχει τῷ βίῳ, id eſt, quod vulgo dicitur, *il n'a aucun moyen de vivre.* Hinc pro opibus, ſubſidiis, ἀφορμὴ, *res familiaris.*

&c

& commoditatibus sumitur. Cicero, *Amicitia*, inquit, *plurimas & maximas commoditates habet*, ἡ φιλία πλείστας ἔχει καὶ μεγίστας ἀφορμάς. Itemque pro occasione rei gerendæ, quæ inter præcipuas commoditates numerari solet: ut τοιαύτας λαβὼν τὰς ἀφορμὰς τοῦ τ' αὐτίδικου ῥᾳδίως κατασκελίσω, *ejusmodi nactus supplantandi adversarii occasiones*. Huc pertinet illud Demosth. Olynth. 2. πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς, εἰς τὸ τὴν παρὰ θεῶν εὔνοιαν ἔχειν, ὁρῶ ὑμῖν ἐνοῦσας, ἢ ἐκείνῳ, *que vous avez beaucoup plus de moyens que luy, d'obtinir la bienveillance des Dieux.*

ἀφορμὴ, *commoditas, occasio.*

III.

Tertio, iisdem Atticis, pecunia erat quæ ad mensam dabatur, vel inde sumebatur, unde, quod Galli dicunt, *mettre de l'argent à la banque*, Græci ἀφορμὴν αὐτῷ προβαλλάζειν πρὸς τὴν τραπέζην: quam Græci recentiores ἐνθήκην vocare solent; tametsi apud illos ἐνθήκη sit etiam id omne quod reponitur, ac reconditur; ut sunt τὰ κειμήλια, *lautior, pretiosiorque supellex, & carior.*

ἀφορμὴ, *pecunia Trapezitarum.* ἐνθήκη, *pro* ἀφορμή.

IV.

Quarto, idem penitus est quod ὁρμὴ, ut cum Plutarchus Homerum ait, πάν-

ἀφορμὴ *conditio.*

πάντων ζώων ἀφορμὰς ἢ διαθέσεις ἐπιγράψαι, id est, *omnium animantium affectiones & proprias conditiones expressisse.*

Quinto, Budæus existimat significare argumenta, cujuscunque disputationis: sed meo judicio, ex locis iis, quæ profert, intelligere quivis poterit, significare potius ejusdem argumenti, quas Græci Rhetores περιστάσεις, Latini *adjuncta* nominant, v. c. cum Dionys. Halicarn. ait de Lysia Rhetore, ὅταν δὲ μηδεμίαν ἀφορμὴν παρὰ τῶν πραγμάτων τοιαύτην λάβῃ: sensus videtur hic, *Ubi vero nullam ejusmodi ansam ex rebus ipsis arripere potest.* Plutarchus in Homero etiam clarius, πάσης δὲ διηγήσεως ἀφορμαὶ γίνονται, πρόσωπον, αἰτία, τόπος, χρόνος, &c. id est, *omnes autem narrationis circumstantiæ, sunt, persona, causa, locus, tempus, &c.* verum tamen est ex illis adjunctis Rhetores novas argumenta cudendi occasiones arripere. ἀφορμὴ, *circumstantia.*

V.

Δείλη absolute quidem tempus significat, quo lux, aut decrescit, aut paulo ante desiit, aut nondum cœpit: ideoque pro crepusculo sumitur, tam matutino, quam vespertino. Sæpe tamen Δείλη, *mane, vesperi, meridie.*

tamen jungitur cum nominibus, varias temporis differentias significantibus: nam δείλης ἑώας, est, *summo mane*, quod etiam ἀρχομένης ἑώας dicitur: Contra δείλης ὀψίας, id est, *sero*, vel *sub vesperum*: δείλης μεσημβρίας, *sub meridiem*.

VI.

Δῆλος, φανερὸς *cum participiis.*

Δῆλος, φανερὸς, & alia significationis ejusdem, cum Participiis cujuslibet temporis eleganter conjunguntur, tumque resolvuntur per accusativum, & infinitivum, aut particulam ὡς, vel ὅτι & indicativum: sic δῆλός ἐστι παρανομήσας, pro δῆλόν ἐστιν αὐτὸν παρανομῆσαι, *certum est eum contra leges fecisse.* Demosth. pro Corona, φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν, ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς, id est, *constabat omnibus, coactum eos iri ad vos confugere*: pro φανερὸν πᾶσιν ἦν αὐτοὺς ἀναγκασθήσεσθαι καταφ. &c. Sic compositum & privativum ἄδηλος, ut apud eund. Demosth. in Midiam, ἔστι δὲ οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, *dubium non est, quin dicturus sit*; pro οὐκ ἄδηλόν ἐστιν ὡς ἐρεῖ.

Δίαιτα *cubiculum.*

(Δίαιτα non solum est τρόπος τοῦ βίου, *vitæ degendæ ratio*; sed etiam τόπος, ἀνδρονῖτις, δίαιτα τῶν ἀνδρῶν, ut γυναικονῖτις, γυναικῶν. Sic Plutarchus τὰς τῶν θεραπόν-

γυναικῶν. Sic Plutarchus τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας famulorum cubicula dixit. Plin. epp. lib. 2. ep. 17. *hinc turris erigitur, sub qua diætæ duæ.* ἐνδιαίτημα a Lodg: Pontus est ἐνδιαίτημα τῶν ἰχθύων, στρατόπεδον castra, ἐνδιαίτημα τοῦ στρατοῦ. Schol. Æschyl.)

VII.

Δίκαιος, eodem fere modo usurpatur, quo δίκαιον, vel ἄξιόν ἐστιν: ut δίκαιος ἐστιν, εἰ κἂν ἅπαξ ἀντευεργετεῖν τόν σε πολλάκις εὐεργετήσαντα: pro δίκαιόν ἐστί σε, id est, *æquum est, cum tot ejus erga te meritis, unum saltem beneficium abs te compensari.* Demosthenes pro Cor. τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν. verbat. *Hujus causam hic est justus habere*, id est, *æquum est in istum hujus rei culpam omnem conferri.*

δίκαιός ἐστιν, *debet.*

VIII.

Δίκαιον κατηγορεῖν, Dem. in Leptinem, accipere videtur, pro τὸ ἄδικον ἐλέγχειν, *injustitiam coarguere*: sic enim ille; πάνυ ἀχθοίμην ἂν, εἰ τοῦτο μόνον δόξαιμι δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου, *ferrem admodum moleste si hoc uno legis hujus injustitiam coarguere posse viderer*, vel, *hoc solum jus adversus legem afferre*: nam τὰ δίκαια, sunt jura, & rationum

δίκαιον κατηγορεῖν.

atque argumentorum momenta, seu defensionum capita.

ἐγκύκλια παιδεύματα, *liberales artes.*

(Ἐγκύκλια παιδεύματα, *liberales artes.* Plutarchus in aureo isto libello περὶ παίδων ἀγωγῆς: δεῖ τοίνυν τὴν παῖδα τὴν ἐλευθέραν μηδενὸς μηδὲν τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων, μήτε ἀνήκοον, μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι, &c. *Oportet igitur ingenuum adolescentem nullam disciplinarum, quas vocant, liberalium, inauditam, incognitamque præterire:* ubi interpres ob vulgarem usum, ἐγκύκλια dici videtur asserere: vel idcirco fortasse, quod universim *totum artium κύκλον*, ab ovo, quod dicunt, ad mala, a Grammatica & Logicis, quas in scholis vocant, disciplinis, & deinceps Mathematicas complecterentur. Has simul connexas Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Fabius lib. 1. *orbem disciplinarum* vertit: Seneca ep. 88. ἐλευθερίους artes nominat. Hor. in arte poëtica.

Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem.

Per *orbem patulum* poëma κύκλῳ dictum intelligit, quod Cyclicus ille scriptor τὰ ἰλιακὰ κύκλῳ scripserit, quasi a gemino ovo, belli Trojani reliqua καθολικῶς universe complectens:

vilem

vilem vocat, quia projecti est animi κατὰ πλάτος καὶ παχυλῶς docere. Schottus.)

IX.

Primo, abſolute, in gignendi caſu plural. num. cum particip. ὄντων. Philo in Legat. διαγελάσας ὃν τὸ ὅπ νοσεῖ, φήμης, ἔτι πλοΐμων ὄντων, ἀρχὴ γὰρ μετοπώρου. id eſt, *itaque morbi ejus vulgata fama, cum adhuc tempus ad navigationem opportunum eſſet, autumni enim initium erat.* ſubaudiendo vel χωρίων, vel χρόνων. Thucyd. comparativum uſurpat lib. 1. p. 5. καὶ ἤδη πλοϊμωτέρων ὄντων, id eſt, *cumque jam tutior eſſet navigatio*: nullum enim ibi nomen exprimitur, quo genitivus iſte referatur.

Secundo πλόϊμόν ἐστι, dicitur; id eſt, *tuta*, vel *opportuna navigatio eſt*: & πλωϊμώτερ-

μώτερόν ἐστι, *tutior*, vel *opportunior*. Idem Thucyd. paulo post: κατασάντος δὲ τὸ Μίνω ναυτικὸν, πλοϊμώτερα ἐγίνετο παρ' ἀλλήλας. *At postquam a Minoë instructa classis esset, facilior deinceps ac tutior ultro citroque navigatio esse cœpit.*

VI.

Πολιτεία, non modo vel *rempublicam*, vel *certam reipubl. formam* significat; sed etiam certum aliquem modum, quo quis in gerenda repub. versetur. Demosth. pro Coron. ἐ μόνον τὸ πμᾶσθαι τὴν πόλιν ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ, ἀλλ' ἡ πολιτεία διεπράξατο, id est, *non tantum ut civitas in honore esset, institutum illud meum, ac propria gerendæ reipub. ratio in causa fuit.* πολιτεία.

VII.

Πολὺς, præter id quod annotatum est in nomine μέγας, Cap. 3. Sect. 7. Reg. 12. est aliquando idem, quod δυνάμει πολλῇ, id est, *cum ingentibus copiis*. Plutarch. de fortuna Romanor. Εὑρὼν δὲ τὸ Πομπήϊον ἄθρουν, ἀλλὰ πολὺ μὲν ἐν γῇ, πολὺ δὲ ἐν θαλάσσῃ, *ubi Pompejum inveniisset densis, & ingentibus copiis instructum, seu terrestribus, seu maritimis*. At Demosth. orat. de Chersonesso. Φίλιππος δυνάμει πολλῇ περὶ Ἑλλήσπονλον ὤν, *Philippus, qui circa* πολύς.

Helleſpontum cum ingentibus copiis verſabatur.

VIII.

οὐδὲν πρᾶγμα, *nil refert.*

De nominibus πρᾶγμα & πρᾶξις, hæc notatione digna & ſelectiora accipe: Primum quod Latini dicunt, *Nihil eſt moleſtiæ vel incommodi*, Græci, οὐδὲν πρᾶγμά ἐϛι, *nihil refert*, vulgo, *il ne m'en chaut*: ut cum Demoſth. ait, ὅτι αὐτῷ οὐδέν δεινόν ἐϛι πρᾶγμα πρὸς τὰς συνθήκας ταύτας, id eſt, *quod ejuſmodi pacta nihil jam ad eum pertineant*; Galli propius, *n'ayant plus que faire de ces pactes.* Plato in Sympoſio, ἐὰν δὲ ψευδῆ, οὐδὲν δὴ πρᾶγμα, *& encores qu'elles fuſſent fauſſes, il n'importeroit pas.*

IX.

πρᾶξις, *obligatio in ſolidum.*

Secundo, quæ a Juriſperitis *obligatio in ſolidum* vocatur, apud Græcos, πρᾶξις eſt e. g. quod Galli, *eſtre obligé un ſeul pour le tout*, Græci, πρᾶξιν εἶναι ἐξ ἑνὸς πρὸς ἀμφοῖν, verbatim *actionem eſſe ex uno & utroque*: id eſt, *duo ſimul, & utrumque ſeorſim integra obligatione teneri.*

X.

πρᾶξις, *practique, dolus.*

Tertio, πρᾶξις in malam partem ſumitur, ut apud nos, *practique*, id eſt, *verſutum fraudulentumque conſilium, quo adver-*

adversarius circumvenitur; quæ *calumnia* Ciceroni dicitur. Et aliquando pro ipsa proditione sumitur: unde πραξικοπεῖν τινα, *dolo aliquem circumvenire*. Quod tamen sæpius cum locis iis jungitur, quæ dolo capiuntur. Nam τὴν πόλιν πραξικοπῆσαι, est *urbem dolo & proditione capere*: quo pertinet Gallicus Idiotismus, *praclíquer*, de eo, qui vel in urbe, quam oppugnat, vel in negotio, quod gerit, proditores aut promissis aut muneribus comparat: quod Polybius dicit, πρᾶξιν συνίστασθαι, vel κατασκευάζειν. πραξικοπεῖν, *circumvenire*.

XI.

Quod Latini, *decus & ornamentum* dicunt, Græci fere πρόσχημα, quasi, πρόσεχον σχῆμα: sic τὴν βουλὴν πρόσχημα τῆς πόλεως, id est, *Senatum reipublicæ decus*, & τὴν πόλιν πρόσχημα βασιλείας, *urbem regni decus*, appellant. Plutarch. Alexand. ὥστε καὶ Σάρδεις, τὸ πρόσχημα τῆς ὅλης θαλάσσης τῆ βαρβάρων ἡγεμονίας πρωτεύειν: *ita ut ipsas quoque Sardeis, maritimi barbarorum Imperii metropolim, sedemque primariam, deditione acciperet*. πρόσχημα, *decus*.

XII.

Eadem vox *colorem* sæpe, ac *prætextum* significat: quam etiam Latini *speciem* πρόσχημα, *prætextus*.

ciem aliquando dicunt; ut τὸ ἀνδρεῖον τοῦ προπετοῦς πρόσχημα ποιήσασθαι, id est, *fortitudinis colorem temeritati prætendere*, Galli, *faire semblant*. Thucyd. l. I. p. 64. πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι, ὧν ἔπαθον, (id est, ὑπὲρ, vel ἀνθ' ὧν ἔπαθον) δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν, id est, *prætextus enim erat, quo ad vastandum Regis agrum utebantur, quasi acceptas a barbaris ulciscerentur injurias*.

XIII.

πρόσχημα μὲν, τὸ δ' ἀληθές.

Quo sensu ponitur etiam ἐλλειπτικῶς, id est, aliquid subaudiendo: tuncque fere duo membra sic inter se opponuntur, πρόσχημα μὲν τὸ δ' ἀληθὲς: ut, *specie quidem*, vel *per causam illi honorem exhibendi, re autem ipsa, ut eum omni spe honoris spoliaret*, πρόσχημα μὲν, ὡς τιμήσων αὐτὸν, τὸ δ' ἀληθὲς ἅπασαν τὴν αὐτοῦ τιμὴν καταστρέψων: ubi πρόσχημα μὲν, id est, πρόσχημα ποιούμενος vel κατὰ πρόσχημα: sequitur autem ὡς, id est, *quasi*.

XIV.

τὰ πρῶτα, *primus*.

Τὰ πρῶτα, in neutro plurali, id est, ὁ πρῶτος, ὁ πάνυ, ὁ παρευδοκιμῶν, *Princeps*. Lucianus in Timone, ubi Mercurius ad Timonem, ἴσθι τῶν Ἀθηναίων τὰ πρῶτα, *Esto Atheniensium Princeps*. Sic τῶν συμμαθητευόντων τὰ πρῶτα, *Princeps condiscipulorũ*.

SECTIO

SECTIO XI.

De nominibus σημεῖον, τεκμήριον, ἀπόδειξις, ῥαδιούργημα, τέλος, τίς.

Regula I.

ΣΗμεῖον, *indicium*, τεκμήριον, *conjectura*, ἀπόδειξις, *demonstratio*, sæpe initium dant periodis, idque ἐλλειπτικῶς, id est, *vocibus quibusdam subintellectis*: tuncque adjungitur particula δέ, & particula γάρ, membri sequentis initio adhibetur. Quod ergo Latini dicerent, *Cujus rei argumentum illud est, quod assidue cum improbis versetur*: Græci, τεκμήριον, vel σημεῖον δέ, ὅλως γάρ ἐστιν ἐν τῇ τῶν μοχθηρῶν συνουσίᾳ. Itaque subaudiri potest τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἑπόμενον, *ejus sit quod sequitur*, vel λεχθησόμενον, *quod dicetur*, aut aliquid simile. Sic, *Atque hoc certo inde constat*, Græce, ἀπόδειξις δέ. Eodem modo alia quoque substantiva usurpari possent: ut ῥαδιούργημα, ab Oenomao, apud Eusebium lib. 5. de Præparat Evang. p. 220. novæ edit. ubi carpens oraculum Cnidiis editum, Τὸ δὲ ῥαδιούργημα, inquit, ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἐν βέβαιῳ ἀποφυ-

σημεῖον, τεκμήριον, ἀπόδειξις.

ῥαδιούργημα.

γὰρ ὀρύξαι, id est, *Versutiæ autem ratio hæc fuit, quod cum ne suffosso quidem Isthmo, certum propterea receptum habituri essent.*

II.

τέλος, *magistratus.*

Τὸ τέλος, proprie *finis*, interdum *magistratum*, & *dignitatem* significat: unde οἱ ἐν τῷ τέλει, supple, ὄντες, id est, *qui magistratu funguntur, qui sunt in republica Principes.*

III.

ὁ τίς, *pro* τίς.

Τίς (quod ab aliis in nominum, ab aliis in pronominum classe reponitur:) sive interroget sive indefinite ponatur, varios usus habet. Ac primum quidem, cum interrogat, jungi potest cum Articulo præpositivo antecedente, ut σὺ μὲν δή νυν ἐπιχειρήσας τυτωί; ὁ τίς; ἢ ποῖος; ἢ πόθεν; *Tu id conatus sis? qui homo? qualis? unde?* tuncque accentum retinet, ac si solum esset.

IV.

τίς, *pro* ποῖος.

Interdum sumitur pro ποῖος, idque ἐλλειπτικῶς, ut τίς γὰρ ἐγὼ πρὸς τοσύτους, supple, ἂν ἐξεταθείς εἰμι; *quis sum ego, si cum tot ac tantis conferar?* Sic Latini, *quid enim unus inter tantos?* τίς γὰρ εἷς ἐν τοσύτοις;

Eidem

V.

Eidem interroganti sæpe additur ἄρα, ποτὲ, vel utrumque simul, ut τίς ἄρα ποτὲ σε οὕτω ἐξέδησεν? *quis tandem usque adeo te a solita morum integritate dimovit?* Aliquando alia vox interjicitur, ut τίς τέ ποτε κακῶς οὕτως ἐποίησεν; *quis te obsecro tam injuriose tractavit?* Quæ additio locum in omnibus casibus habere potest. Dicitur etiam τί δήποτε; & τί δῆτα; ut τί δῆτα παρὰ σαυτῷ μάτην ὀνειροπολεῖς; *quid tandem tecum ipse somnias?*

τίς ἄρα; ποτὲ; δῆτα;

VI.

Τί γάρ, vel τί δὲ ἄλλο ἤ; *quid enim aliud quam?* ponuntur ἐλλειπτικῶς: ut τί γὰρ ἄλλο ῥᾳθυμῶν, ἢ κινδυνεύεις ἄμεσος ὢν διατελεῖν; *quid enim aliud ex inertia tua expectare potes, nisi ut ignarus permaneas?* Quæ dicuntur pro, τί γὰρ ἂν ἄλλο πάθοις; vel trajectio verborum est: simplicius enim diceretur τί γὰρ ἂν ἄλλο ῥᾳθυμῶν κινδυνεύοις, ἢ ἄμεσος ὢν διατελεῖν;

τί γὰρ; τί δὲ ἄλλο ἤ;

Id ipsum aliquando fit cum particula ἄν, sine ἤ, in clausula periodorum: ut κινδυνεύεις ἀποθανεῖν ὑπὸ τοσαύτης ῥᾳθυμίας, τί γὰρ ἂν ἄλλο; *periculum est, ne te tua perdat audacia, quid enim aliud?* supple, γένοιτο, *accidere possit*, vel προσδοκήσειας, *expectes?*

Eodem

VII.

τί δὲ, τί γὰρ, εἰ μή; Eodem fere modo usurpari solet, τί δὲ, vel τί γὰρ, εἰ μή; ut τί γὰρ, εἰ μὴ ἐγέλων ἂν νηπιάζοντα ὁρῶν; pro τί γὰρ ἂν ἄλλο ἔπαρχον, εἰ μὴ, &c. *quid enim aliud agerem, nisi riderem, dum se coram puerilem in modum gereret?*

VIII.

ἄλλοτι ἤ. *interrogando.* At vero ἄλλοτι, unica voce (quod proprie *aliud quid* significat) sequente particula ἤ, apud Platonem maxime, interrogando passim usurpatur, pro *num*, & *nunquid*, quasi esset, τί ἄλλο ἤ; *quid aliud, quam?* Plato in Apolog. ἄλλοτι ἢ περὶ πλείστου ποιῇ, ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται, id est, *numquid hoc plurimi facis, quomodo juniores evadant quam optimi?* quasi esset, τί ἄλλ' ἢ περὶ πλείστου ποιῇ, *quid aliud, nisi plurimi facis.*

Sic Herodotus lib. 2. Ἄλλοτι ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι; id est, *Numquid Ægyptii partem istam incolentes fame laboraturi sunt?*

ἄλλοτι, *solum, interrogando.* Interdum ἄλλοτι sine ἢ eodem sensu; tuncque oratio converti non potest, dicendo τί ἄλλο. Idem Plato 1. de Rep. ἄλλοτι οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, οὐδὲ ἰατρὸς, καθ' ὅσον ἰατρὸς, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ, ἀλλὰ τῷ κάμνοντι; id est, *nunquid igitur, inquam, ne medi-*

medicus quidem, qua medicus est, spectat medici utilitatem, sed agroti?

IX.

Τί interrogativum, & τὶς indefinitum, simul Attice junguntur cum aliis vocibus necessariis, ad significandum, *o quote nomine appellemus?* Demosth. pro Coron. ὦ τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι; verbatim, *o quid dicens quis te recte appellet?*

o quote nomine appellem?

X.

Τί μὴν; aliquando significat *quidnam igitur*, etiam præcedente ἀλλὰ, ut neganti se causam aliquam rei cujusdam, aut facti habuisse; sic instabimus, ἀλλὰ τί μήν; id est, *quam igitur aliam?* ut τοῦτο, μὴ δία, τὸ αἴτιον ἀ' μὴ ἐγένετο, ἀ'λλὰ τί μήν; *ea tibi videlicet causa non fuit: quanam igitur?*

τί μὴν, *quidnam igitur?*

Aliquando voculæ istæ sunt concedentis, tuncque significant *quidni? plane, omnino*; sed tunc fere omittitur ἀ'λλά: ut quærenti, μῶν σὺ χαίρεις πλησιάζων τουτῳί; *ejusne tibi consuetudo placet?* respondeas, τί μήν; *plane omnino.* Plautus, *Quippeni.*

τί μήν, *quidni*; *plane.*

Quod etiam dicitur cum his particulis, τί δ' ἄν; vel πῶς δ' ἄν; De quo postea.

τί δ' ἄν; *quidni?*

Jam

XI.

πς, indefinite positum abundat.

Jam vero τις, cum indefinite ponitur, primo eleganter παρέλκει, additurque aliis vocibus ornamenti causa. Aliquando cum interrogatione, ut ποῖόν τινα παρὰ τ καιρὸν αὐτὸν ἀπέδειξεν; id est, *quem se tandem ea probavit occasione?* πῶς π δὶ ἐλπίδ' ἔχεις τὸ παράδοξον τοῦτ' γε; id est, *quomodo de re tam aliena spem ullam habere potuisti?* ubi πς, indefinite sumitur, & caret accentu.

Aliquando sine interrogatione μέγα π κὴ θεοειδέσιον τεχνήρημα, *ingens plane ac divinum opus.* Sic, οὐδὲν π πλέον ἔχειν, *nihil assecutus est emolumenti*: σμικρόν π ὑπο-χώρησον, *recede tantillum.*

XII.

π, etiam indefinite interrogat.

Τι, licet indefinite, aliquando tamen habet interrogationem. Demosthen. Philipp. 1. γένοιτο δ' ἄν τι χεῖρον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν; id est, *num vero aliquid magis novum fieri possit, quam ut Macedo Athenienses bello superet?* nisi dicamus esse novam trajectionem, pro; τί δ' ἄν γένοιτο, &c.

XIII.

πς Gallicon.

Idem nomen, cum optandi aut sub-

jun-

jungendi modo, & particula ἄν, particulam Gallicam (*on*) commode exprimit: quam fere Latini per ſecundam optativi, vel ſubjunctivi perſonam enunciant: ut *on pourroit reſpondre cela fort juſtement*, τοῦτο δή τις ἀποκρίναιτ' ἄν, καὶ μάλα γε εἰκότως: Latine, *hoc juſte reſponderis*. Quo ſenſu negationem ſæpe adjunctam habet, tuncque idem eſt quod nemo, ut οὐκ ἄν τις τοῦτο φήσειε, *nemo id unquam dixerit*.

Jungitur etiam cum imperfecto, & aoriſto indicativi modi, ut δικαίως οὐκ ἄν τις ἐκατηγόρει, vel ἐκατηγόρησε μοῦ τότε: *nemo tunc me jure accuſaret, vel accuſaſſet*.

XIV.

Πᾶς τις, id eſt, ἕκαστος, *quivis, quilibet, nemo non*. Julianus Apoſtata, ad Jamblichum ſcribens; Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἠχοῦντι πᾶς τις ἐκστάιη, *Pani argutum aliquid modulanti nemo non cedat*. Quod etiam dicitur, πᾶς ἕκαστος, vel ἕκαστος πᾶς. Baſilius ad Domitianum, ἐπεὶ ἔλυσα τὴν ἐπιστολὴν καὶ πάνθ' ἕκαστα ἐπεξῆλθον, *ubi epiſtolam reſignavi, ſingulaque perlegi*. Item, αὐτὸς ἕκαστος, dicitur: Pauſanias in Meſſenic. αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος ἔσπευδεν ἄρξαι μάχης, id eſt, *quiſque pugnam inchoare geſtiebat*. Imo, τις ſolum, pro ἕκαστος: Plutarch. in

πᾶς τις, *quivis*.

πᾶς ἕκαστος, *idem*.

αὐτὸς ἕκαστος, *idem*.

τις *pro* ἕκαστος.

in Fabio, νῦν τις, ὦ στρατιῶται, Μαρκίου Μινουκίου μεμνημένος, ἐπειγέσθω, *nunc agite milites: quisque Marci Minutii memor festinet*, vel *excitetur*.

SECTIO XII.

De nominibus τοσοῦτον, φθόνος, χείρ, χρεών.

REGULA I.

τοσοῦτον. Τοσοῦτον, interdum Attice, idem est, quod τόδε μόνον, *hoc duntaxat unum*. Demosthen. passim, τοσοῦτον ὑφαιρῶν, id est, *si hoc unum addidero*. Herodot. lib. 2. τοσόνδε, eodem fere modo usurpavit, pag. 111. ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο ὀπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, id est, *at unum id quod sequitur, fuse admodum commemorantes audivi*. Quod minus assecuti videntur Interpretes. vid. cap. 5. Sect. 2. Reg. 7.

II.

ἑκὼν φθόνῳ, *libenter*. Οὐδεὶς φθόνῳ, *nulla invidia*, id est, *libenter vero*, ac fere præcedente ἀλλά, in dialogismis: ut obsecranti, ὦ πρὸς τῆς πάλαι φιλίας μὴ φθονήσῃς καὶν τοῦτο, *per antiquam ami-*

amicitiam, ne hoc etiam invideas: continuo respondeas, ἀλλ' ἐδεὶς φθόνος, id est, *ego vero perlibenter ejus copiam fecerim*: posset etiam verti, *hoc enim liberaliter fieri decet*: ut, σοὶ μὲν ἔγωγε μετακοινωνήσω τῦ πράγματος. ἐδεὶς γὰρ φθόνος πρὸς τὰ γνησίως φιλῦντα, id est, *rem equidem tecum libenter communicabo; id enim cum amico fieri liberaliter decet.*

III.

Χεὶρ aliquot elegantes habet significatus: primum enim, ἐκ χειρὸς, vel χειρῶν μάχεσθαι, *cominus pugnare* est, vulgo, *combattre main à main*: unde, ἢ ἐκ χειρὸς μάχη, vel ἢ συστάδην, vel ἐκ συστάσεως, vel χεῖρ σύστασιν, Poëtis αὐτοχειρὶ, & χερὶ: apud quos, οἱ ἀγχέμαχοι, sunt *cominus pugnantes*. ἐκ χειρὸς, *cominus.*

IV.

Secundo, ἐκ χειρὸς, *coram*, vel *continuo*. Polybius lib. 5. τὰ κοινολογίας ἐκ χειρὸς γιγνόμενα, id est, *coram habito colloquio*: sic ἐκ χειρὸς ἄγειν τὸ πραγμένων, *continuo rem urgere.* ἐκ χειρὸς, *coram, statim.*

V.

Tertio, χειρῶν νόμος (*lex manuum*) est proprie, *manuum consertio, ardorque certaminis*: unde, ἐν χειρῶν νόμῳ γενέσθαι χειρῶν νόμος.

idem est, quod ἐν λαβαῖς, Gallice, *venir aux mains, aux prises.* quod etiam dicunt, εἰς χεῖρων νόμον ἐλθεῖν, vel ἀφικέσθαι, vel εἰς χεῖρας ἰέναι. Plutarch. in Pomp. ταῖς χερσὶν ἐμφῦναι, καὶ συμπλακῆναι, quasi *mutuis manibus implicari.* Ergo χειρῶν νόμος, est quasi *manuum lex*, quod in manibus vis certaminis posita sit: unde dicebant, ἐν χειρῶν νόμῳ ἀμύνεσθαι, verbatim, *in manuum lege propulsare*, (*ulciscì*,) *estre au fort du combat*, vel ἐκκλεῖναι, *tuer sur le champ.* Idem in Theseo, εἰς χεῖρας ἀφεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις, *manus cum adversariis conserere.*

ἐν χερσὶν, eod. sensu.

VI.

Quarto, eodem fere sensu dicitur, ἐν χερσίν. ut τὰς πολεμίας, τὰς μὲν ἐν χερσὶν ἀπέκλεισαν, τὰς δὲ ζώντας ἔλαβον, *hostes partim in acie ceciderunt*, (Gallice, *sur la place,*) *partim vivos ceperunt.*

χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι.

VII.

Quinto, χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι, verbatim, *injustarum manuum incipere*, id est, *injuriæ auctorem esse, lacessere, rixam movere*; ut ὁπότερος ἂν χειρῶν ἀδίκων ἄρξῃ, αὐτὸν τοῦτον ἀειφυγίαν καταψηφίζεται, id est, *qui prior injuriam fecerit, eum perpetuo multare exilio.*

Deni-

Denique εἰς χεῖρας ἰέναι, non tantum de *congressu bellico*, sed etiam de *amico* dicitur, ut idem sit, quod εἰς ὁμιλίαν καὶ ἀξίωσιν ἰέναι, apud Thucyd.

VIII.

Quas Latini *novas tabulas*, id est, *æris alieni remissiones*, Græci, χρεῶν ἀποκοπὰς, quasi *debitorum excisiones*, vulgo dicunt. Attici uno verbo ὀφειλάχθειαν, quasi dicas *oneris excussionem, mitiori quadam & ἀποκοπικῇ voce*, atque id ex instituto Solonis, teste Plutarcho, in ejus vita. Χρεωκοπία etiam dicebatur, unde verbum χρεωκοπεῖν, debita remittere. χρεῶν ἀποκοπὰ, *novæ tabulæ.*

SECTIO XIII.

De nominibus χρῆμα, χρυσὸς, χώρα, ὥρα.

Regula I.

Substantivum, τὸ χρῆμα, fere usurpatur ad significandum *excessum alicujus*, tam in bonam, quam in malam partem; sic μέγα τι χρῆμα, *ingens quiddam:* quo sensu Tullius ad Atticum, de Antonio loquens, *Teucris illa,* χρῆμα, *excessus.*

illa, inquit, *lentum sane negotium*, id est, *tardus admodum est*. Græce, βραδύ τι χρῆμα.

II.

χρῆμα, *cum genitivo singulari.*

Sæpe cum Genitivo singulari jungitur, ut ὑπερβάλλον τι χρῆμα τοῦ ἵππου, id est, *equus eximius*, ἐξαίρετον χρῆμα τοῦ νεανίου, *egregius adolescens*: θεσπέσιόν τι χρῆμα τῆς ἀξυνοίας, τῆς δ' φύσεως, id est, *divinum ingenium, divina indoles*. Aliquando per appositionem usurpatur, ut ἑώρακα τὸν βασιλέα, θαυμάσιόν τι χρῆμα τὸν ἄρχοντος, *Regem vidi, eximium sane principis exemplar ac specimen*.

III.

Cum genit. plurali.

Rarius, sed tamen aliquando cum Genitivo plurali copulatur. Eusebius lib. 1. Præparation. Evangel. ipso statim initio, πρὸ δέ σοι, (nempe ἀπόδειξιν Εὐαγγελικὴν) θεῖον Ἐπισκόπων χρῆμα, σοὶ ἐυχαῖς ἐπεφώνησα. *Eandem tibi*, (*demonstrationem Evangelicam*) *qui Sacrum Episcoporum decus & ornamentum es, adjunctis etiam precibus consecravi*. Aristophan. in Nubib. Actu 1. Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νυκτῶν, ὅσον ἀπέρχεται! *O Jupiter Rex, quid istuc noctis est, quamque infinitum*! Idem in Ranis, Actu ς. τὸ

τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον! *quanta laborum moles!*

IV.

Aliquando reddi Latine debet, *ut qui maxime*, vel *minime*, per omnia genera, cum particulis ὡς & ὡδέν. Plato in Phœdone, ubi Socrates ineptum se esse ait ad Physica: ὅτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταυτὶ σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς ὡδὲν χρῆμα, *ita mihi visus sum ad hoc studii genus ineptus, ut qui maxime.* verbatim, *ut nulla res.*

V.

Pecunia fœnore occupata, vulgo, *argent mis en rente*, ἐνεργὰ χρήματα, quasi *operantes pecuniæ*: quemadmodum *otiosam pecuniam*, ἀργὰ χρήματα nominabant. Lucrum autem ex fœnore proveniens, ἔργον, id est, *opus*, vel ἐργασία, quasi *operatio* dicebatur; quanquam ἐργασία latius patebat, ac fere genus omne quæstus ex mercatura, aliisque rebus profectum complectebatur. Sors autem, vulgo, *Le principal*, Græce, τὸ ἀρχαῖον, vel τὰ ἀρχαῖα, vel ἀρχαῖον δάνεον, quasi *antiquum mutuum*, vel ἀρχαῖον κεφάλαιον, quasi *antiquum caput*, vel κεφάλαιον solum vocabatur. Usura vero, Gallice,

χρήματα ἐνεργὰ, *rentes.*

Le principal.

Les intereſts. les intereſts, Græce οἱ τόκοι. Denique quod ultra ſummam excurrit, vulgo, *le ſurplus*, Græce, τὸ περισσὸν, vel τὸ περὲς, ut διχίλιαι δραχμαὶ, καὶ τὸ περισσὸν, vel τὸ περὲς, id eſt, *duo drachmarum millia & quod ultra excurrit.*

VI.

χρήματα ἐπίτιμα. Χρήματα ἐπίτιμα, bona eorum dicebantur, qui crimine aliquo tenebantur, legum tamen adhuc munita præſidio, quæque proinde occupare nemini liceret: ut ἐπίτιμος ἀνὴρ, *qui integra adhuc erat conditionis & famæ*; & ἐπιτιμία, *ſtatus illius & conditionis integritas.* contra vero ἄτιμα χρήματα, *quæ impune cuivis diripere licuiſſet*; ἄτιμος, *notatus infamia.*

VII.

Aurum ſignatum, χρυσὸς ἐν νομίσματι, (verbatim, *aurum in nummo*,) vel ὡς νόμισμα, (*ut nummus*) vel ἐπίσημος. *rude* autem, ἄσημος. *Aurum factum*, χρυσὸς ἐν κατασκευαῖς, quaſi *aurum in ſupellectili. Aurum infectum*, χρυσὸς ἐν ὕλῃ, vel ὡς ὕλη, id eſt, *in materia*, vel *ut materia*: Gallice, *en maſſe, en lingots.*

Aurea vaſa, χρυσὸς ὡς πρόσωμα, ad *paſtum.* Quod autem de auro dicitur, de argento dici poteſt; Plutarch. in Pompejo,

pejo, Ἀναφέρεται εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον, ἐν νομίσμαλι ἢ κατασκευαῖς, ἀργυρίᾳ ἢ χρυσῇ δισμύρια τάλαντα, id est, *Referuntur in publicum erarium, argenti & auri, tam signati, quam facti, talenta viginti millia.* Philo de Legatione ad Cajum: Ἄργυρον, ἢ χρυσὸν, ἢ μὴ ὡς ὕλιν, ἢ ὡς νόμισμα, ἢ ὡς πεσβόσκημα, δι' ἐκπωμάτων καὶ πινῶν ἑτέρων, *Argentum, & aurum, partim infectum, partim signatum, partim ad esum & potum, poculis & aliis quibusdam comprehensum.* Idem lib. de Providentia, ἀργύριον, ἢ χρυσὸν distinguit in duo genera, ἄσημον, & δόσιμον, quæ licet proprie, *rude, signatumque* sonent, tamen latius pro *infecto*, *factoque* sumi videntur; cum & *rude* in *infecto*, & *signatum* in *facto* censeri possit.

Falli autem eos puto, qui *argentum factum*, ἔργα ἀργύρια, vel ρια, dici volunt; sunt enim potius *argenti fodinæ*, ut supra ostendimus in nomine ἔργα. Cap. 3. Sect. 4. Reg. 12.

VIII.

Χώρᾳ in dandi casu, sumitur pro τῷ μέρει, de quo supra, id est, *loco, vice*, ac fere cum particula ἐν, ut ἐν χώρᾳ τῶ ἐνεδρεύοντι & ἁλῶναι, *insidiatoris loco captum esse:* quod etiam dicitur per accus. cum χώρᾳ.

verbo ἔχω, ut τὰ ἐν παρέργῳ αὐτοσχεδιασθέντα, τῶν οὐκ ὄντων ἔχουσι χώραν, id est, *quæ tumultuarie facta sunt, perinde ac si nulla sint, haberi solent.*

IX.

Secundo, ἐν χώρᾳ κεῖσθαι, est, *suo loco & ordine, sine ulla perturbatione consistere:* cui opponitur, ὅπου ἔτυχε, *passim, ac temere, promiscue.*

X.

κατὰ χώραν, *suo loco.*

Tertio, κατὰ χώραν ἔχειν, vel μένειν, vel ἀτρεμεῖν, *suo loco manere constanter, & immotum*; quod etiam Isocrat. & alidixerunt, ἀραρότως. Transfertur ea quoque significatio ad dignitatis gradum, unde ἐᾶν τινα κατὰ χώραν, id est, *loco aliquem non movere, vel dignitatem ei suam defendere:* verbatim, *sinere aliquem secundum locum.*

XI.

ὥρα, *tempus est.*

Ὥρα per sese, ac sine verbo substantivo, significat *tempus est, decet, juvat:* ut ὥρα δὴ νῦν καὶ πρὸς ἕτερον τραπέσθαι λόγον, *alteram nunc disputationem instituere juvat.* Quo sensu reddi quoque potest per Idioma Gallicum, *je peux bien, tu peux bien,* v. g. *tu t'en peux bien aller main-*

maintenant: ὥρα σε νῦν ἀπιέναι, vel καιρός. Ἐν ὥρᾳ & καθ' ὥραν, *en ſa ſaiſon*, Latine, *ſuo tempore*; ut παρ' ὥραν, *hors de ſaiſon*: ſic ἐν ὥρᾳ γυναῖκα dicuntur *puellæ nubiles*.

XII.

Ὧραι denique in plurali, *tempeſtatem*, vel *anni tempus* ſignificant: ut *ad amicum ſuæ quemque tempeſtatis fructum mittere*, πέμπειν πρὸς τὸν φίλον ὅσα φέρουσιν ὧραι, *quæ ferunt tempora*.

CAPUT IV.

De Pronomine.

REGULA I.

PRONOMINA ἐγώ, *ego*; ἡμέτερος, *noſter*; ὑμέτερος, *veſter*; ὅστις, *hic*; præ cæteris eleganter ac numeroſe periodos terminare ſolent: ut πάντα παλαιόδοξα ὥσπερ ποιεῖν τε καὶ παθεῖν ἐξ ἀρχῆς εἰλόμην ἐγώ, *omnia ab initio reipublicæ cauſa facere, ferreque conſtitui*. Sic, μηδὲν ἂν ἀποδυσάμην, τῆς πρὸς ἐμὲ διαθέσεως ἕνεκα τῆς ὑμετέρας, *nihil unquam recuſarim, ob veſtram erga me benevolen-* *Pronomen periodum claudens.*

tiam. Demosth. pro Coron. οἶμαι δ', ὑμᾶς ἂν ὁμολογῆσαι, κοινὸν εἶναι τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἐμοί τε καὶ Κτησιφῶντι, καὶ οὐδὲν ἐλάττονος ἄξιον πράγματος ἐμοί. *Vos autem confessuros existimo, causam hanc esse mihi cum Ctesiphonte communem, nihiloque minore mihi studio defendendam.* Ibid. ἵνα μηδεὶς ὑμῶν, τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος, ἀλλοτριώτερον τοῦ ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίου ἀκούσῃ μου, *ut nemo vestrum alienis abductus verbis, me accusationi huic defensionis meæ jura opponentem, alieniore animo audiat.* Ibidem, οὐχ ὑπῆρχον οἱ ταῦτα ἐροῦντες ἔτοι; *N'estoit ce pas eux, qui tenoient ces discours?* Sic ἔτοι apud Demosthenem sæpius, cum præsertim insectandi causa adhibetur, ut ὁ μισθωτὸς καὶ προδότης ἔτοι, id est, *mercenarius iste, ac proditor.*

II.

μοὶ, & σοὶ, *abundant.*

Dativus μοὶ, & σοὶ, quemadmodum apud Hebræos, Latinos, & Gallos, sæpe παρέλκουσιν, ut σφοδρῶς ἁπλοῦ μοι τοῦ πράγματος, *rem mihi alacriter suscipe.* Sic, ἔργόν σοι κἂν δυσχερές τε δοκῇ, δι' ὀλίγων ἔγωγε ἀποτελῶ τῶν ἡμερῶν, id est, *opus hoc tibi, difficile licet videatur, paucis ego diebus absolvam.*

III.

σὸς, id est, *meus.*

Possessivum pronomen σὸς, σὴ, σὸν, novo

novo more significat potius, *aliquid tui erga alterum, quam alterius erga te.* Sic Plato in Gorgia, καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, δι' ἃ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, id est, *at vide ne tu mihi succenseas, id enim dicam pro mea erga te benevolentia*: cave enim vertas, *pro tua erga me.* Sic apud Homer. Ὀδυσ. λ. Anticlea Ulyssi filio,

Ἀλλά με σὸς τε πόθος, inquit, καὶ μήδεα, φάσθαι Ὀδυσσῆ.

ubi σὸς πόθος significat *desiderium*, non *tuum*, sed *tui meum.* Hoc imitatus est Cicero Philipp. 10. *Pro tua*, inquit, *amicitia jure doleo*, id est, *pro ea, quæ mihi tecum est, amicitia.* Græce dici posset, εἰκότως ἔγωγε δυσχεραίνω, τῆς φιλίας εἵνεκα τῆς σῆς.

IV.

Solet etiam possessivum, maxime Poëtice, conjungi cum eo substantivo, cui minus quam alteri convenire videtur. Sic Euripides in Phœnissis, τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, verbatim, *meum partus dolorem*, id est, *partus mei dolores*: ubi ἐμὸν jungitur cum πόνον, licet melius ἐμῶν in genit. plurali cum ὠδίνων conveniret. *Possessivum cum alieno nomine.*

V. Idem

V.

Possessivum cum genitivo.

Idem possessivum jungitur cum Genitivo personæ, ad quam ipsum pertinet: ut ὅλος δὴ τἀμὰ ἔσται διαρπάσεται, τῶ κακοδαίμονος, *res ergo meas hominis infelicissimi penitus isti diripient*: ubi τἀμὰ cum genitivo κακοδαίμονος jungitur. Hoc sensu frequens est Genitivus pronominis αὐτὸς, ut apud Latinos pronominis *ipse*.

VI.

αὐτὸς, de alio, & de se.

Αὐτὸς spiritu leni, promiscue significat, vel *aliquem alium*, vel *seipsum*: ut *cum impetum in se populi animadverteret*, ὁρῶν πῶ τῶ δήμω ὁρμὼ, ἐπ' αὐτὸν φερομένω, pro ἐφ' ἑαυτόν, Euseb. lib. 6. Præparat. Evang. ἵνα ἐν οἷς ἂν τῶ μέλλοντος ὑποπίπτοι, καταφυγὼ αὐτῷ τῶ ἀλογίας πῶ εἱμαρμένω πορίζοιτο, i. e. *ut si res aliter, quam prædictum ab eo foret, eveniret, ad fatum continuo perfugium sibi ac receptum pararet*: ubi αὐτῷ, pro ἑαυτῷ, vel ἄυτῳ. Vicissim ὅς, ὅι, ἑ, & ἑαυτὸς, pro aliis non reciprocis passim usurpantur, licet aliquanto cautius: ut apud Latinos, maximeque Tullium, *sui*, *se*, & similia, pro *illius*, *illum*, & similibus. Hac enim in distinctione, superstitiosus nimium fuit apud Latinos Valla, Gaza apud Græcos, Demosthen. adversus

versus Androtionem, εἰθ' ὡς ὁπῃν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, *deinde, quasi liceret ei quidvis agere*: ubi ἑαυτῷ manifeste, pro αὐτῷ. Alibi passim.

VII.

Imo, quod mirabilius videri possit, ἑαυτοῦ & reliqui casus ejusdem pronominis, qui proprie *seipsum* sonant, ad primam quoque secundamque personam referuntur. Xenophon. hist. 2. οὕτω παιδεύεις τοὺς ἑαυτῶν φίλους; *sic amicos tuos instituis?* ubi ἑαυτῶν, pro σοὺς vel σῶν usurpatur. Isocrates in Busiride, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἑαυτοῦ, *nihil ostendens rerum mearum*: ubi frustra nonnulli reponunt ἐμαυτοῦ. *ἑαυτοῦ de 1. 2. & 3. persona.*

VIII.

Pronomen αὐτὸς, cum nomine ἕκαστος, idem penitus est, quod ἕκαστος per se solum. Demosth. περὶ συμμορ. ὅσα τὸ πρῶτον, inquit, αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσαιτο, *quæ sibi quisque primum expedire judicabat*: dicitur etiam una voce αὐτοέκαστος. *αὐτὸς ἕκαστος.*

IX.

Αὐτὸς cum præpositivo articulo præcedente, in omni casu & genere, significat *ὁ αὐτὸς, idem.*

ficat *idem*: nec vocem unicam Græci habent, qua Latinam exprimant. Ergo, ὁ αὐτὸς, *idem*, ἡ αὐτὴ, *eadem*, τὸ αὐτὸ, *idem*. Quæ sæpe conjunguntur cum dativo, ut ταὐτό σοι πάσχω, *idem quod tu, patior*, id est, *eodem modo affectus sum, quo tu*.

X.

αὐτῷ & αὐτοῖς, sine σύν.

Dativus uterque ejusdem pronominis eleganter ponitur subintellecta præpositione σὺν, μέγα μὲν τῶν πολεμίων πλῆθος αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν, *magnam partem hostium cum ipsis armis cepit*: sic αὐτοῖς ἀνδράσι, *cum ipsis viris*: αὐτῷ τῷ ἵππῳ καταποντίῳ, *cum ipso equo demersus est*.

XI.

αὐτὸς, substantivum involvens.

Interdum substantivum aliquod intelligitur, quod eidem pronomini respondeat. Cujusmodi autem illud esse debeat, ex adjuncto verbo conjiciendum est, Sic apud Synesium, ἀπὸ τῆς αὐτῆς τραπέζης, *ejusdem mensæ cibis uti*: subauditur enim τραπέζης.

XII.

αὐτὸς, in compositione.

Idem pronomen in compositione vocem unicam efficiens, usum elegantem habet, cujus aliquot hæc exempla sunto:

αὐτε-

αὐτεπάγγελος, id est, *qui sponte, nec vocatus, operam commodat suam*: qui etiam ἀυθάγγελος, & αὐτοκέλευστος dicitur. at αὐτοκέλευθος, *qui se ipsum in viam dat.* Aliquando αὐτεπάγγελος, cum participio ἐθέλων (*volens*) conjungitur. Demosth. pro Coron. ὥστε τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθέλοντας παρέχωρησαν Φιλίππῳ: id est, *ut Philippo sponte Græcorum libertatem proderent.* Αὐτανδρος, idem quod αὐτοῖς ἀνδράσι, ut, ἡ ναῦς αὐτανδρος καθεπονήθη, *navis cum ipsis hominibus submersa est*: quod etiam dicitur αὐτανδρὶ adverbialiter. Sic αὐτόφορτος, *cum ipsis etiam oneribus*, ut ἵππος αὐτόφορτος κατακρημνίσθη, *equus cum clitellis & oneribus præceps actus est.* Αὐτεξούσιος, *qui sui juris est*; unde τὸ αὐτεξούσιον, *liberum est arbitrium*, quo quis sui dominus est. Αὐτήκοος, *testis auritus*, αὐτόπτης, *testis oculatus*: unde αὐτοψία, & adverbium αὐτοψεί. Αὐτόμολος *transfuga*; vel *qui sponte adveniat.* Αὐτονόμως, αὐτοτελῶς, & αὐτόδικος dicitur, *qui ne depend ny releve de personne.* Αὐτόδιος, *qui omnino recens ab itinere aliquid agit*, ut αὐτόδιος τοῖς πολεμίοις ἐπέβαλε, *statim ab itinere impetum in hostes fecit.* Αὐτόκλητος, proprie de *parasito* dicitur, *qui non vocatus in alienam se mensam intrudit.*

Αὐτο-

Αὐτοδίδακτος, *qui per se, ac nullius opera, doctrinam consecutus est.* Αὐλοφόνος, αὐτοθάνατος, αὐλοκτόνος, & αὐτόχειρ, *qui seipsum occidit:* αὐτόχειρ tamen, & αὐτοθάνατος, *qui alium etiam sua manu interfecit.* Αὐτοψόσωπος, *qui per se & coram aliquid agit, nemine prorsus interposito.* Adjungenda sunt etiam adverbia tria, αὐτόχρημα, id est, *re ipsa, plane, omnino:* αὐτοβοεὶ *primo impetu, du premier assaut:* quasi *clamore ipso,* ut αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν εἷλεν, *urbem primo impetu cepit:* αὐτόθεν, id est, *per se,* vel *e re nata,* ut αὐτόθεν ἔχει τὸ πρᾶγμα φθέγγεται φωνὴν ἀφιέν, *res per sese loquitur.* De quo in Adverbio pluribus.

XIII.

ὅπ post τοῦτο.

Creberrimum est, maxime apud Demosthenem, ut ὅπ, post τοῦτο consequatur; quæ dictio Latinis barbara videretur, v. g. *nostis quippe, nostis, me vivo, frustra illum furere,* ἴστε γὰρ δήπου, ἴστε τοῦθ', ὅπ μάτην, ἐμοῦ γε ζῶντος, μαίνεται ὅποσι, verbatim, *nostis hoc, quod frustra;* quæ locutio a Latinis auribus repudiaretur. Demosthen. Olynth. 1. ἐκ ἀγνοῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅπ πολλάκις ὑμεῖς, ὐ τὰς αἰτίας, ἀλλὰ τὰς ὑστάτας περὶ τ πραγμάτων εἰπόντας ἐν ἀρχῇ ποιεῖσθε. *Equidem non sum*

sum nescius, Athenienses, vos sæpenumero, non malorum auctoribus, sed iis, qui de rebus postremi dixerint, succensere solitos. Interdum vero, inter τοῦτο & ὅπ, aliquid interponitur. Idem Philipp. 1. ἀλλ' οἶδε τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅπ πᾶσα μέν ἐστιν ἅπασα τὰ χωρία, ἄθλα τοῦ πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ, *At ille nimirum probè norat, loca hæc omnia, tanquam belli præmia, in medio posita esse.*

XIV.

Insignius etiam est, quod sequitur, τοῦτο παρὰ τοῦτο eleganter, aliquando παρέλκειν, id est, *abundare*; unde obscuritatis aliquid suboriri videatur. Demosth. pro Coron. Καί τοι κἂν τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι, *Enimvero etiam hoc, Athenienses, equidem convicium hoc ab accusatione differre arbitror.* ubi sane τοῦτο solius ornamenti causa positum est. Nisi dicamus, ἐλλειπτικὸν esse, pro eo ac vulgo diceretur, *Il y a encor cecy, que je crois. &c.* sed prior sensus facilior est. τοῦτο παρέλκει, id est, *abundat.*

XV.

Pronomen aliquando loco movetur.

Aliquando, sed rarius (quod ideo parce imitandum:) pronomen, ac præsertim ὅστις loco movetur suo, cum aliqua

qua orationis obscuritate. Plato in Apolog. Socrat. non longe ab initio, Ἐπχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ: ubi ordo esse debuisset, Ἐπχειρ. ὑμ. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ταύτην ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, id est, *conandum est, tam brevi tempore, hanc vobis calumniam excutere, quæ jamdiu vestris insedit animis.* Credo Socrates μάλα ἁπλῶς, χύδην, καὶ ὡς ἔτυχεν, id est, *simpliciter, ac sine cura ulla* dicere videri cupiebat.

XVI.

καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, *ac de his hactenus.*

Neutrum plurale ταῦτα geminatum, sic tamen ut inter utrumque, μὲν δὴ inseratur, significat idem quod Latini dicunt, *Ac de his hactenus*, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα: cum aliqua disputatio, vel pars orationis paulo longior concluditur. Exempla passim apud Demosth. & alios, ac præsertim Historicos, & Oratores occurrent.

CAP. V.

CAPUT V.

De Verbo,

SECTIO I.

De Verbo Activo, Passivo, & Neutro.

REGULA I.

ALIQUANDO vox activa, significationis passivæ est. Quo in genere præcipua sunt. ἁλίσκω, sed fere tantum in præterito perfecto ἑάλωκα, & Aorist. 2. ἥλων, vel ἑάλων, id est, *convictus sum, reus sum peractus*, unde ἁλῶναι τῆς ἐπὶ δημοσίων κλοπῆς, id est, *peculatus reum peractum esse.* ἁλίσκω, *capior.*

II.

Ἀνακάμπειν, pro ἀνακάμπτεσθαι, id est, *reflecti.* Aristot. 1. Metaph. τὰ δ' εἰς ἄλλα ἀνακάμπει, id est, *hæc vero in sese mutuo reflectuntur ac recidunt:* quo eodem modo usurpantur ἐπανακάμπειν, & ὑποκάμπειν, quod postremum tamen proprie est, *per ambages circumagi fallendi causa*, ut cum lepores crebris in orbem saltibus insequentes canes ludificantur. ἀνακάμπειν, *reflecti.*

III.

ἀναλαμβάνειν, recreari.

Ἀναλαμβάνειν, pro ἀναλαμβάνεσθαι, præsertim cum significat, *recreari ac refici.* Theophrast. lib. 5. ὅταν τὰ κακοθρέπτα ἀναλάβῃ πάλιν, καὶ ἐνθρέψῃ, id est, *ubi quæ alimenti penuria laborant, recreata ac confirmata fuerint:* quod longe crebrius cum accusativo in activa significatione, dicitur ἀναλαβεῖν, & ἀναφέρειν ἑαυτὸν, id est, ῥᾴζειν, *convalescere.*

IV.

ἀνταποδίδωμι, vicissim respondeo.

Ἀνταποδίδωμι, pro ἀνταποδίδομαι, id est, *vicissim respondeo*, & quasi *respondeo in vicem alterius.* Plato in Phœdone, εἰ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕπεσθαι τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, id est, *nisi per mutuam generationem, sequentia priorum in locum sufficerentur*: sic χάρις dici potest ἀνταποδόναι, pro ἀνταποδοθῶαι, id est, *rependi beneficium.*

V.

Ἀπαλλάττειν, liberari.

Ἀπαλλάπειν, pro ἀπαλλάπεσθαι, *liberari seu defungi:* idque per omnia tempora, tametsi rarius in Aorist. 2. Aristoteles Problem. Sect. 5. διὰ τί τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων, κάμνῃ τε πολλάκις, καὶ ἀπαλλάπει ῥᾷον; pro ἀπαλλάπεται, id est, *quare quæ melius temperata corpora sunt, & laborant sæpius, & facilius morbis*

bis defunguntur? sic ἀπηλλαχέναι τοῦ καθήκοντος, i. e. officio defungi: ἀπηλλαχέναι τῆς ἀρχῆς, magistratu defunctum esse.

VI.

ἵστημι, in prater. & Aorist.

Ἵστημι, in Aorist. 2. & præterito activo, ac præsertim in compositis, ut καθίστηναι εἰς ἀρχὴν, apud Isocrat. passim, in magistratu constitui: τὰ καθεστηκότα, vel καθεστῶτα, sæpe, id est, τὰ νενομισμένα, status, vel instituta reipubl. aut absolute, quæcunque de re quapiam constituta sunt. Ita συστῆναι πόλεμον, id est, συῤῥαγῆναι, (a verbo συῤῥήγνυμαι,) & συγκροτεῖσθαι, conflatum esse bellum: & κατεστῶσα ὁ κόσμος, id est, mundus conditus dicitur. Ita ἀνεστῶσα, adductum esse. Demosthen. Olynth. 1. εἰς τοῦτο περιέστη τὰ πράγματα Φιλίππου, Philippi res eo redactæ sunt: ubi notandum elegantius Φιλίππου dictum esse, quam Φιλίππου.

VII.

μεταβάλλειν, mutari.

Μεταβάλλειν, creberrimum est, pro μεταβάλλεσθαι, mutari. Philo de Leg. ad Cajum, ἀρχόμενοι μεταβάλλειν πρὸς τὸ σώφρονον καὶ ὁμοδίαιτον, cum ad vitæ genus transferri inciperent, legum communione, ac mutua societate conjunctum. At in voce passiva, sæpius est, transfugarum more ad hostem αὐτομολεῖν, deficere.

Plutarch. Alexand. τοῖς μεταβαλλομένοις πρὸς αὐτὸν, ἄδειαν ἐκήρυττεν, id est, *iis, qui ad se deficerent, impunitatem præconis voce promittebat*, & alia passim.

VIII.

παρακινεῖν, *indecore moveri.*

Παρακινεῖν, non tantum *labefactare ac pervertere*, sed etiam *indecore moveri, & furore præcipitem agi* significat. Aristophanes in Ranis, ἰδὲ σκόπει ἢν με παρακινήσαντα ἴδῃς, pro παρακινούμενον, *aspice, num tibi videar indecore moveri.* Xenoph. 4. Memorab. πολλοὶ μὲν ὑπὸ παρακεκινηκότων διαφθείρονται, pro παρακεκινημένων, *multi ab hominibus furore percitis occiduntur.* Sic παρακινητικῶς ἔχειν, Plutarcho in Solone significat, ἐξεστηκέναι τοῦ νοῦ, *mente dejectum esse.* Nec alienum verbum παροινεῖν, id est, *insanire, ut ebrij* solent.

IX.

στρέφειν, *converti.*

Στρέφειν, maxime in Aorist. 1. id est, *conversus sum*, aut *converti*: unde ἐπαναστρέφειν, quod idem est, ac ἐπανακάμπτειν, de quo paulo ante Reg. 2. & ὑποστρέφειν, *redire*: quod etiam verbum militare est, significans, *repente a fuga in hostem con-*

converti: quod etiam dicunt, ἐξ ὑποστροφῆς μάχεσθαι.

Apud Rhetores autem est, *reflecti ad id quod postremo dictum est, oratione per quandam parenthesin interrupta*: ut cum Demosthenes pro Corona dixisset, τοῦ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, id est, *conflato Phocensi bello*, subjungit, οὐ δι' ἐμέ, οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πώποτε, *non mea profecto culpa, qui ad Rempubl. nondum accesseram*: hæc verba καθ' ὑποστροφὴν inserta esse, & oratorem ὑποστρέψαι, id est, in ea quæ de conflato bello dixerat, *se reflexisse*, docet Hermogenes. quam etiam ὑποστροφὴν, ἐπεμβολὴν, idem appellat, quasi *intercalationem quandam*. ὑποστροφὴ *oratoria*.

X.

Στείχειν, pro στείχεσθαι militare vocabulum est, & significat, κατὰ στοίχους τάττεσθαι, id est, *aciem in varios ordines, & quasi versus distribui*; unde συστοιχεῖν, *ejusdem ordinis esse*, ἀντιστοιχεῖν, *adversis opponi ordinibus*. στείχειν, *ordinari*.

XI.

Συνάπτω, id est, *firmiter adhæresco, & quasi colligatus sum*: ut cum Theophrastus ait, τὰ τῶν φυτῶν ἐν λίμναις, οὐ συνάπτω, *hæreo*.

σωάπτειν τῇ γῇ, id est, *plantæ, quæ in paludibus seruntur, terræ non admodum firmiter adhæreſcunt.*

σωάπτειν, *confligere.* Significat etiam *confligere*, seu *committi*, ut in prælio fieri solet; idque cum dandi casu, ut τοῖς πολεμίοις σωάπτειν: vel cum accusandi casu, & præpositione εἰς, adhibito tamen, vel intellecto personam significante dativo, ut apud Polyb. σωάπτειν εἰς τὰς χεῖρας, Galli, *venir aux mains.* Eodem fere modo usurpatur verbum πρόσμιξαι, id est, *propius admoveri hostibus, muris, urbi:* quæ πρόσμιξις, Gallice non minus proprie, *la meslée.*

XII.

τελεῖν, *censeri.* Τελεῖν, inter alia significata, sumitur pro τελεῖσθαι, id est, τάττεσθαι, ἐγκρίνεσθαι, *censeri*, vel *numerari.* Pausanias Ἠλιακῶν I. αἱ ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν τελοῦσαι πόλεις, id est, τῇ Ἀχαΐᾳ προσνεμόμεναι, *urbes Achaiæ contributæ.* Sic τελεῖν εἰς ἄνδρας, *viris accenseri*; quod Romani dicebant, *virilem togam sumere.* Sic πόλεις εἰς τὸ Ῥώμῃ συντελοῦσαι, *Romanorum municipia* dici potuerunt.

XIII.

Aoristæ, maxime prima, verborum in

in ομαι, quæ vocem activam non habent, active ut plurimum significant, atque interdum etiam passive, ut a verbo διαλέγομαι, διελέχθην, id est, *disserui*; ab ἰάομαι, ἰαθεὶς, id est, *curans*, vel *curatus*; a παραδέχομαι, παραδεχθεὶς, *qui excepit, vel exceptus est*; a θεάομαι, ἐθεάθην, *contemplatus sum*, vel *lustratus ab alio*. *Aorista in θην active signific.*

Quæ observatio, Præteritis etiam perfectis eorundem verborum accommodari potest. Dicunt enim διείλεγμαι, pro *disputavi*: imo quibusdam præterea, quorum in usu activum est, ut ἐνδέδειγμαι, pro ἐνδέδειχα, id est, *ostendi*, a δείκνυμαι, apud Demosthen. pro Corona, & alibi passim: πεποίημαι, pro πεποίηκα, sæpissime: ἠυτρέπισμαι, pro ἠυτρέπικα, *instruxi*, ab εὐτρεπίζομαι. *Præter. pass. act. signific.*

XIV.

Verbum activum, maximeque *sensum*, aut *affectum* significans, cum suo casu jungitur, licet casum alium more Latino postularet: ut θαυμάζω σε, ὅτι, vel εἰ ὁ αὐτὸς ὢν σαυτῷ ἀεὶ διατελεῖς, pro θαυμάζω ὅτι σὺ, id est, *miror te tui semper similem esse*. Sic apud Xenoph. 4. Memorabilium, γῆν, ὁπόση ἐστὶν, εἰδέναι, *Verbum act. cum suo casu.*

νει, verbatim, *terram, quanta est, nosse*; Latine vero melius, *nosse, quanta terra sit.* οἶδά σε, ὅπ μήποτε ἡσυχάσεις, verbatim, *novi te, quod nunquam quiescas*, id est, *novi te nunquam quieturum.* Ita μέμνημαί σε, ὅπως ἀπεκρίνω, verbatim, *memini tui, quomodo responderes.*

XV.

Verba interrogandi & respond.

Verba interrogationibus & responsionibus servientia, tum etiam cum illa a tertio quodam referuntur, eodem plane modo cum sequentibus ordinantur, quasi interrogatio & responsio fieret potius, quam narraretur. Plutarch. in Alexandro, ἐπερωτῶντος Φιλίππου, πῶς ἔχουσιν ὁμονοίας πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἕλληνες; pro πῶς ἂν ἔχοιεν; verbatim, *quærente Philippo, quam bene Græcis inter se convenit?* id est, *conveniret.*

Sic dum narrant, quid nuncius dixerit, eodem modo loquentem illum inducunt, quo Dominus rem ipsi mandaverat: ut in Evangelio, cum se illi a Pharisæis ad Joannem missos esse dicerent, ut ex eo quærerent, *Tu quis es?* Græce, σὺ τίς εἶ; id est, ὅστις ἂν αὐτὸς εἴη; *quinam ille tandem esset?*

In

In responsionibus similiter, ut de eodem B. Joanne dicitur, respondit, *quia non sum ego Christus*, ὅτι οὐκ ἐμὶ ἐγὼ Χριστὸς, pro ὅτι οὐκ ἰῶ Χριστός. id est, *se non esse Christum*. Quo loco verba sonare videntur, responsum a Joanne fuisse, nuncium ipsum, aut Evangelistam non esse Christum: proindeque hæc loquendi ratio, ad tollendam sensus ambiguitatem diligenter observanda erit.

XVI.

Digna hoc in genere sunt, quæ observentur ex Demosthene exempla duo, orat. pro Coron. Καὶ νυῦν εἶπέ τις λέγων, ὁ τὴν Ἀλεξάνδρου ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοί. verbatim, *Et nunc dicebat, qui Alexandri hospitium exprobrabat mihi.* id est, *Et vero jamjam dicebat, sibi abs me Alexandri hospitium crimini dari.* Nam ὁ τὴν, &c. ipsissima verba sunt, quibus Æschines adversus Demosth. usus erat. Ibid. Philippi literas explicans, Ἀκούετε, ὡς σαφῶς δηλοῖ, καὶ διομολογεῖται, ὅτι ταῦτα ἐγὼ πεποίηκα ἀκόντων Ἀθηναίων. verbatim, *Auditis, ut aperte declarat, ac profitetur, quod hæc ego feci, invitis Athenienſibus*, id est, *hæc abs sese facta esse:* alioqui sensus esset rerum illarum

De-

ὅτι in his exempl. παρέλκει.

Demosthenem ipsum auctorem fuisse. Quo in exemplo, aliisque similibus, nota etiam, conjunctionem ὅτι omnino παρέλκειν, hoc est, *abundare*.

XVII.

Singularis pro plurali.

Singularis numerus a Poëtis, nonnunquam pro plurali usurpatur; quod tamen non nisi sobrie admodum imitandum. Pindarus, μελιχάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro τέλλονται, id est, *melliti hymni posteriorum carminum principia sunt*. Quod interdum etiam a solutæ orationis auctoribus usurpatur. Aristot. οὐκ ἐνεξεφύετο τοῖς μὲν αἱ πτέρυγες, τοῖς δὲ τὰ πτερά, pro ἐνεξεφύοντο: *non innascebantur aliis pili, aliis pennæ*.

SECTIO II.

De idiotiſmis Indicativi, Imperativi, Optativi, & Subjunctivi propriis.

REGULA I.

INdicativus ſæpe pro ſubjunctivo & optativo uſurpatur, idque per omnia fere tempora, ubi ἂν δυνητικὴ particula commode adhibita fuiſſet. Ac primum quidem in præſenti. Xenophon. Hiſtor. 6. παρ' ἐμοὶ οὐδεὶς μισθοφόρος, ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοὶ, id eſt, *mercenarius apud me nemo eſt, qui non idoneus eſt*, pro, *qui non idoneus ſit, eadem facere, quæ abs me fiunt.* Quo loco verbum, ἐστὶ pro ἂν ᾖ, vel ἂν εἴη, poſitum eſt. Philo de Legat. ad Cajum, διαγγελείσης οὖν τῆς, ὅτι νοσεῖ, φήμης: verbatim, *nunciata igitur, quod ægrotat, fama*, id eſt, *vulgata de ipſius morbo fama*: ubi, ὅτι νοσεῖ, pro ὅτι, vel ὡς ἂν νοσοίη, poſitum eſt. *Indic. præſ. pro ſubj. vel optat.*

II.

In Imperfecto: Idem Xenophon 7. ejuſdem operis, οὐδὲν οὕτω βραχὺ ὅπλον ἑκάτεροι εἶχον, ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀλλήλων, id eſt, *nullum utriſque tam breve telum erat, quo non ſe mutuo attingebant*, id eſt, *Item imperfect.*

est, *attingerent*: ubi ἐξικνοῦντο, pro ἂν ἐξικνοῖντο sumitur.

III.

Item præteritum. In Præterito perfecto: Demosthen. Olynth. 2. οὐδείς ἐστιν, ὅν τινα οὐ πεφενάκικεν, *nemo est, quem non decepit*, pro *deceperit*, ubi πεφενάκικεν, pro ἂν φενακίσειεν, usurpavit.

IV.

Item Aoristum. In Aorist. Xenoph. ὑπομνημ. 2. οὐδὲν πώποτε ἀυτῇ οὔτε εἶπα, οὔτε ἐποίησα, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη, hoc est, *nihil unquam ei, vel dictum abs me, vel factum est, quo erubuit*, pro *erubuerit*. ubi ᾐσχύνθη posuit, pro ἂν αἰσχυνθείη.

V.

Item futurum. In Futuro sæpissime: Aristoteles 8. Histor. Animal. ἡ Κάμηλος, inquit, οὐ πὸ τῶν ποταμῶν οὐ πίνει πρότερον, ἢ συνταράξει, id est, *Camelus e fluviis non bibit, antequam eos conturbabit*; pro ἂν συνταράξειε, vel συνταράξῃ, *conturbarit*.

Id quod apud Atticos frequentissimum est, etiam præcedente εἰ, significante, *si quidem, si modo, si tamen*. Quæ loquendi ratio etiam Ciceroni mirum in modum placuit. Demosth. Olynth. 1. εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει τὸν νοῦν, *si quis vobis mentem adhibebit*: quæ locutio satis

tis obscura, clarior erit, si resolvatur hoc modo, εἰ μέλλει τις ὑμῖν προσέχειν τὸν νοῦν, id est, *si quis de vobis cogitaturus est*: quod idem est, ac si diceretur, εἴ περ ἂν βούλησθε τοὺς ἄλλους ὑμῖν προσέχειν τὸν νοῦν, id est, *si alios vobis studere volueritis.*

VI.

Imperativus apud Græcos nude usurpatur, ubi Latini præmittunt verbum, *noli*. Demosthen. passim, μὴ γὰρ οἴεσθε, *nec enim putatote*, id est, *nolite enim existimare*: ubi Græce Barbarus esset, qui diceret, μὴ γὰρ οἴεσθε βούλεσθε. *Imperativ. per se posit.*

VII.

Imperativo Poëtæ nonnunquam utuntur, maximeque in Aoristo, pro persona secunda futuri indicativi. Euripides, οἶσθ' οὖν ὃ δράσον, pro δράσεις, id est, *scis ergo quid fac*, pro *quid facturus sis*. *Imper. pro 2. pers. futuri indicat.*

[Et vice versa, secunda persona fut. indicativi sæpe pro imperativo usurpatur: ut Matth. 15, 21. οὐ φονεύσεις, &c. *non occides*, pro μὴ φόνευσον, *ne occidito*: sic apud Latinos, *valebis & salvebis, pro salve & vale*. Virg. Æneid. 2. *2. pers. fut. indic. pro imper.*

Referes ergo hæc, & nuncius *ibis* Pelidæ genitori.]

Imo

Imper. pro infinit.

Imo & pro infinitivo apud Oratores. Demosth. Philipp. 1. δεηθεὶς ὑμῶν τοσοῦτον, ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, μὴ πρότερον προλαμβάνετε, id est, *id a vobis unum precatus, ut auditis solum omnibus, judicium feratis, nullumque præjudicium afferatis.* ubi κρίνατε, pro κρίνειν, & προλαμβάνετε, id est, προλαμβάνειν.

VIII.

Optat. pro Indicativo.

Optativus Attice vicissim pro Indicativo passim usurpatur, quod præcipue Xenophonti placuit: ut 2. histor. Græc. Λύσανδρος ὁ Φιλοκλέα πρῶτον ἐρωτήσας, ὃς τοὺς Ἀνδρίους καὶ Κορινθίους κατακρημνίσειε, τί εἴη ἄξιος παθεῖν, &c. id est, *Lysander cum ex Philocle, qui Andrios & Corinthios præcipites egerat, quæsisset, qua pœna dignus esset?* &c. ubi κατακρημνίσειε, pro indicativi plusquamperfecto κατεκεκρημνίκει, posuit.

Sic Plato, in Protagora, ἔλεγες ὅτι Ζεὺς πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις, ubi πέμψειε, pro ἔπεμψε, id est, *a Jove dicebas immissam hominibus justitiam fuisse*: Atque hic usus crebrior est, præcedente una ex sequentibus particulis ὅς, ὅστερ, ὅστις, ὅσοι, ὅπ, ὁπ, & ὡς. Exempla passim obvia.

IX.

IX.

De Subjunctivo pauca hæc notanda. Primum est, ἄν in subjunctivo sæpius, quam in optat. prætermitti, ut οὐκ οἶδα, ὅ, τι τῷ λόγῳ χρήσωμαι, καὶ ποῖ τράπωμαι. *nescio, quid dicturus sim, aut quam in partem me conversurus.* Sic ὅστις βάλῃ, pro ἄν βληθείης, *quacunque volueris.* Prætermittitur tamen etiam cum optativo, ut reg. superiori, τί εἴη ἄξιον παθεῖν, pro τί ἄν εἴη. *Subjun. et opt. sine ἄν.*

X.

Secundo, ὅπως, vel ἵνα, vel ὡς non raro, subauditur in subjunct. Chrysost. 2. de Fato, ἑτέρως λυμήνηται, πειθὼν ἐπιχειρῶν, pro ὅπως ἄν λυμήνηται, id est, *aggressus ei suadere, ut alia quadam ratione noceret.* *Subjun. sine ὅπως, ἵνα, ὡς.*

XI.

Tertio, per sese aliquando sumitur, pro futuro indicativi, ut τί λέγω; pro λέξω, *quid dicam?* & βούλει εἴπω; *vis dicam?* *Subjun. pro futur. indic.*

SECTIO III.

De idiotismis Infinitivi, & temporum quorundam propriis.

REGULA I.

Cum accusat. pro al. casu.

DE Infinitivo plusçula sunt observatione digna. Primo, interdum a Genitivo ad Accusativum eo in modo transitus fit. Isocrates cum dixisset, δεόμεθα ὑμῶν μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι, addit, ἐνθυμηθέντας, pro ἐνθυμηθέντων, *vos obsecramus, ut cum benevolentia audiatis, cogitantes*, &c. Vide c. 3. de Nomine, Sect. 1. Reg. 1.

II.

Infinit. cum nomin. & accusat.

Secundo, nominativum in eodem modo, pro accusativo ab Atticis usurpari, etiam cum ὡς, &, ὥστε: Xenoph. de Socrate, ὥστε πάνυ μικρὰ κεκτημένῳ, πάνυ ῥᾳδίως ἔχειν ἀρκοῦντα, ubi κεκτημένῳ, pro κεκτημένον, id est, *cum valde pauca possideret, facile tamen iis contentus esset.* Demosthen. cum artic. neutro, nominativum etiam conjungit: ut pro Coron. σεμνύομαι, ὅτῳ

τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν, *glorior, non quod ab accusatione absolutus fuerim.*

Rarius etiam quod ibid. sequitur, cum eod. artic. τὸ μὲν μυριάκις μυρίους κεκηρύχθαι, παραλείπω, ἢ τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον, id est, *mitto infinitos centies proclamatos esse: ac me ipsum antea sæpius coronatum:* ubi licet accusativus μυρίους præcesserit, sequitur tamen τὸ αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι, pro τὸ ἐμαυτόν. Contra etiam accusativus pro nominativo eleganter ponitur, cum aliquem citamus, ac fere cum particula δὴ, vel γε, ut φάναι δὴ, vel γε τὸν Πλάτωνα, id est, φησὶ γάρ ὁ Πλάτων, *ut quidem ait Plato.*

III.

Tertio, usurpatur hic modus, ubi Latini supino activo utuntur; ut ἥκασιν ἀσπάζεσθαι, *veniunt salutatum*: Qui Gallorum etiam idiotismus est, *ils viennent salüer.* *Infinit. pro supin. act.*

IV.

Quarto, etiam pro supino passivo ponitur infinitivus activus, καλὸς ἰδεῖν, *pulcher videre*, id est *visu*; quod & Galli dicunt, *beau à voir: & beau* *Infinit. pro sup. pass.*

voir. Lucianus ait paludem βαθεῖαν τοῖς ποσὶ διαβαίνειν, verbatim, *profundam superare pedibus*, id est, *profundiorem, quam ut commode a pedite trajici posset.*

V.

Infinit. cum genit. artic. Quinto, cum gignendi casu articuli ponitur, præcedentibus, ἐν καλῷ, καλλίονι, δικαίῳ, δέοντι, προσήκοντι, & similibus: ut ἔστιν ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν, verbatim, *est in bono faciendi*, id est, *commodum fuerit hoc facere.* Sic *optimum factu id fuerit*, ἐν καλλίονι τοῦ ποιεῖν τοῦτ' ἂν ἡμῖν.

VI.

Infinit. pro part. imperson. Sexto, pro participiis impersonalibus, vel indicativo, cum ὡς aut simili: ut ἐμοὶ, vel ἔμοιγε δοκεῖν, pro ἐμοὶ δοκοῦν, vel ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, *ut mihi quidem videtur.*

VII.

Infinit. pro gerund. in dum. Septimo, usurpatur etiam pro gerundiis in *dum*, ut δίδωμί σοι χρήσασθαι τὸ βιβλίον, *librum tibi commodo*, verbatim, *do tibi uti librum.* Quod & Latini Poëtæ imitati sunt, ut Virgilius, cum ait, *magnum dat ferre talentum.*

VIII.

VIII.

Octavo, cum particula ὡς sumitur pro indicativo, tam præsenti, quam præterito: ut ὡς ἰδεῖν τὸν ἐχθρὸν, verbatim, *ut vidisse inimicum*, id est, ὡς εἶδεν, *ut vidit.* *Infinit. cum ὡς pro indicat.*

Nono, interdum subauditur, ex sola dictionis consequentia intelligendus. Demosth. Olynth. 3. οὔτε Φίλιππος ἐθάρρει τούτους, οὔθ' οἵτοι Φίλιππον, id est, *neque Philippus eos audebat, neque illi Philippum*; supp. *lacessere.* *Infinit. subauditur.*

IX.

Decimo, cum *mandata dantur*, vel *leges feruntur*, aut *a legibus præscripta denuntiantur*; infinitivus fere usurpatur pro subjunctivo, vel optativo cum ὅπως, vel ὡς, aut simili partic. Exempla passim. Demosthen. pro Coron. τὸ ψήφισμα τοῦτο γράφω πλεῖν ὅπου τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ᾖ Φίλιππος, id est, *hoc decretum edo, navigare ad ea loca*, (id est, *ut navigaretur*) *in quibus Philippus esset.* *Infinit. cum ὅπως, vel ὡς pro subjunct. vel optat.*

X.

Jam, ut de temporum aliquot Idiotismis dicamus: Primum quidem, Imperfectum, præter illud quod in *Imperf. pro Aoristo.*

conjunctione ἄν, infra monebimus, sæpe pro aoristo sumitur, & cum eo simul conjungitur. Demosth. passim, ut ἐχθρῶς τε προσεφέρετο πικρῶς, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτὸν ἐποίησεν : ubi προσεφέρετο, cum ἐποίησε conjungitur, id est, *acerbè inimico usus est, ac multis eum affecit calamitatibus.*

XI.

Aorist. pro præsenti.

Aoristum utrumque, aut præsentis sæpe significationem habet, aut per verbum *soleo* reddi debet, tam apud Oratores, quam apud Poëtas. Demosthen. Olynth. 2. μικρὸν πλαίσμα ἀνεκαίτισε, καὶ διέλυσε πάντα, id est, *exigua belli offensio cuncta sæpe retro flectere solet, atque dissolvere.* Sic, ὡς τὸ πλεῖστον, τῷ παραβόλῳ ὁ σώνυς ἐκράτησεν, *ut plurimum cogitabundus præcipitem superavit*, id est, *superat*, aut *superare solet.* Quod etiam in Perfecto locum habet interdum, tametsi rariorem.

Aor. primus vel secundus pro præsenti.

[Per Enallagen Atticam sæpe usurpatur Aorist. primus vel secundus pro præsenti : exempla nonnulla ex Isocratis paræneſi, quod familiarius pueris in scholis innotescat, subjiciam.

Καὶ

Καὶ τὰς μὴ τῶν φαύλων σωτηρίας ὀλίγου δέλυσε. χρόνου δέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδὲ ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. ubi δέλυσε pro διαλύσῃ. & ἐξαλείψειεν pro ἐξαλείφῃ. Idem paulo post. ὅσοι γὰρ ἦσαν. τὸν βίον ταύτῃ τῇ ὁδὸν ἐπορεύθησαν, ἡδυνήθησαν μόνοι τὴν ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἡδυνήθησαν, ἧς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. Κάλλους μὲν γὰρ ἡ χρόνου ἠμάρανε ἀνάλωσεν. ἡ νόσος ἠμάρανε. Πλούτου δὲ ὠφέλησεν. κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. Ῥώμη δὲ μὴ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἐκόσμησε. ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τὰς ἔχοῆσας ἔβλαψε, καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκόσμησε, ταῖς δὲ τῶν ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν. ubi ἐπορεύθησαν pro πορεύονται ingrediuntur. ἡδυνήθησαν (pro ἐδυνήθησαν, est Atticorum more, ε in η mutato) ponitur pro δύνανται possunt. istud præterea observandum τὸ ἠδυνήθησαν in forma passiva activam habere significationem, ἀνάλωσεν, aor. ά, pro ἀναλίσκῃ consumit. ἀνάλωσα vero sine augmento pro ἀνήλωσα, & per metathesin λωάλωσα: sicut & præt. ἀνάλωκα sine augm. pro ἀνήλωκα. & per metathesin λωάλωκα. ἐμάρανε aor. β'. pro μαραίνῃ marcescere facit. ὠφέλησεν. aor. ά. pro ὠφελεῖ, prodest. ἔβλαψε aor. ά pro

βλάπλ nocet. ἐκόσμησε αορ. ά. pro κοσμεῖ ornat. ἐπεσκότησεν αορ. ά. pro ἐσκοτεῖ tenebras offundit. notavit hoc Servius ad illud Virg. Æn. 6. v. 78.

Magnum si pectore posset
Excussisse deum. *Excussisse* inquit pro *excutere.* Tempus pro tempore. Matth. 3, 17. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Hic est filius meus dilectus in quo *acquiesco* : εὐδόκησα Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ εὐδοκέω.

Præs. pro futuro. Aliquando præsens pro futuro ponitur. Eurip. in Hecuba.

Ποίαν ἢ ταύταν ἢ κείναν
Σλείχω; ποῖ δ' ἵσω;
Quo an hac an illac
Ibo? Quo sedebo?

Hic σείχω pro σείξω : Joan. 16, 17. μικρὸν & οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα. ubi θεωρεῖτε pro θεωρήσετε: & ὑπάγω pro ὑπάξω.

Præt. pro præsenti. E contrario præt. pro præsenti. Demosthen. pro Coron. οἰκοδομῆσαι τοὺς προγόνους ἡμῶν ταύτῃ τὰ δικαστήρια ὑπείληφα. *Majores nostros existimo istas curias ædificasse.* hic ὑπείληφα ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνω ponitur. Isoc. ad Demonic. statim

tim ab initio: πολὺ δὲ μείζω διαφορὰν εἰλήφασιν, &c. pro λαμβάνουσιν.

Præteritum aliquando pro futuro ponitur. Hesiod. ἔργ. 332. *Prat. pro futuro.*

Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

Pro operibus iniquis gravem exhibebit talionem.

Ἐπέθηκεν hic positum est pro θήσει. loquutio emphatica, & summam rei futuræ indicat certitudinem: nempe hanc rem tam certo futuram, ac si jam facta esset.

Imperfectum etiam nonnunquam ponitur pro præsenti. Homer. Iliad. α. *Imperf. pro præs.*

Ὄφρα θεοῖς ὑπιθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτῆ.

Qui Diis obtemperat, valde exaudiunt eum.

ἔκλυον imperf. et verbi κλύω audio.]

XII.

Eadem Aorista, vel activa, vel media, in imperativo & infinitivo sæpissime pro præsenti usurpantur: ut ποίησον, pro ποίει, Quod rariusin passivis locum habet, præterquamin verbis activa voce carentibus, inquibus hic etiam usus est *Aorist. infinit. & imp. pro præsenti.*

creberrimus : ut πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, *ad disserendum*, quia διαλέγω in usu non est.

XIII.

Aor. 2. in δον.

Aoristæ secundæ verborum quartæ conjugationis, in δον, & derivata inde tempora, vix in usu reperiuntur, ut ἐνόμισδον, ἀνομίζω, *puto*: uti præteritum etiam activum eorundem verborum in κα, apud elegantiores auctores. Quorum temporum in locum succedit sæpissime Aoristum primum longe usitatissimum.

Plusq. perf. pro perfect.

Plusquamperfectum : pro perfecto quibusdam in verbis usurpatur, maxime apud Poëtas, ut εἰστήκειν, pro ἕστηκα, ἤειν, pro ἦα, ab, εἶμι, *eo*.

XIV.

Aorist. & prat. pass. pro act. & mediis.

Parcius quidem, aliquando tamen, Aoristæ etiam, & Præterita passiva, pro activis aut mediis sumuntur : ut δαπανηθεὶς, pro δαπανήσας, *qui consumpsit*; διαλεχθῆναι, pro διαλέξασθαι, *disputasse* : ἐυλαβήθην, melius quam ἐυλαβησάμην, *considerate*, aut *verecunde me gessi* : ἰαθεὶς, pro ἰασάμενος, *qui sanavit* : παραδεχθεὶς, pro παραδεξάμενος, *qui excepit* : ἐργασθεὶς pro ἐργασάμενος,

μενος, *qui fecit* : διανοηθεὶς, pro διανοησάμενος, *qui excogitavit* : δυνηθῆναι, pro δύνασθαι.

Quorum verborum pars maxima voce activa caret; quædam Præteritum passivum eadem significatione habent; ut διείλεγμαι; παραδέδεγμαι. εἴργασμαι, imo & πεποίημαι, pro πεποίηκα, διανενόημαι, & cætera, quæ docebit usus. Monuisse sat est.

XV.

Futura verborum in εω, quando gemina sunt, sæpius & elegantius in έσω desinunt, quam in ήσω, cum temporibus inde derivatis, quæ fere vocalem ε retinent. ἐπαινέω, ἐπαινέσω, νεκα, νέθην. εὑρίσκω autem licet ab εὑρέω, εὑρήσω habeat, & εὕρηκα, & εὕρημαι, Aoristum tamen passivum εὑρέθην habet per ε. indeque εὑρεθήσομαι: & verbum ἐρέω, licet habeat ἐρήσω, & εἴρηκα, habet tamen εἰρέθην in Aoristo passivo.

Futura in ήσω & έσω.

(Hujus vero verbi formatio sic se habet: εἴρω ἐστὶν ἄχρηστον· ὁ μέλλων-ἐρῶ. Ἰωνικῇ διαλύσει, ἐρέω: καὶ μετάγεται ἀπὸ τοῦ μέλλοντος εἰς ἐνεστῶτα, ἐρέω: καὶ κατ' ἀφαίρεσιν, ῥέω ῥῶ (ὡς ἀπὸ τοῦ ἐρύω ῥύω) ὁ μέλλων ῥήσω, ὁ παρακείμενος ἔῤῥηκα· Ἀττικῶς

εἴρηκα. *præt. Atticum à* ῥέω. *&c.*

κῶς εἴρηκα (ὡς ἀντὶ τοῦ λέλεφα ὃς Ἀττικοὶ λέγουσιν εἴλεφα.) ὁ παρακείμενος τοῦ παθητικῶν--ἔρρημαι-ἔρρησαι-ἔρρηται (ὅθεν ῥῆμα, ῥῆσις, ῥήτωρ) ἀορ. ἀ-ἐρρήθην, ἢ τροπῇ τοῦ η εἰς ε, ἐρρέθην. ἡ μετοχὴ ῥηθεὶς-εῖσα-έν. τὸ ῥηθὲν, *dictum*, *responsum*: τὰ ῥηθέντα *pronunciata*, ἀπαρέμφατον-ῥηθῆναι. Ἀπὸ τοῦ παρακειμένου Ἀττικοῦ εἴρημαι ἀορ. ἀ. εἰρήθην· καὶ ἀναυξήτως--ἐρήθην. ἡ μετοχὴ--εἰρημένος. τὰ εἰρημένα *dicta*. Hæc ex Eustathio in Homer. colligere licet.]

XVI.

Futura cum verbo ἔχομαι.

Futura λέξων, φράσων, ἀφηγησόμενος, & similia, cum verbo ἔχομαι, ab Jonibus maxime conjunguntur. Herodot. sæpe, l. 2. μακρὸς ἔτω δή τις ξεινος, ὡς ἔχομαι φράσων, id est, *ita longus & angustus, ut jam jam dicturus sum.* Gallice, *comme je m'en vay dire.* Ibid. τὸ δὲ (supp. κόλπον) Ἀράβιον, τὸ (pro ὃν) ἔχομαι λέξων, i. e. *alterum autem*, (*sinum*) *Arabicum, quo de jam jam dicturus sum.* Ita Pausanias. ἔχομαι ἀφηγησόμενος, *jam jam narraturus sum.*

XVII.

Arist. 2. pass. usitatior.

Verba passiva utrumque Aoristum habentia, sæpius utuntur secundo, ut

ut πλήττομαι ἐπλάγην, sæpius quam ἐπλήχθην. Sic ἐῤῥάγην, *fractus sum*, ἡρπάγην, *raptus sum*, ἐτράπην, *conversus sum*, vel *in fugam versus*: a verbis ῥήγνυμαι, ἁρπάζομαι, τρέπομαι.

XVIII.

Aoristum primum medium, utraque significatione creberrimum est: at secundum longe sæpius active significat, quam passive, ut εἱλόμην, *accepi*, vel *delegi*: raro *captus*, vel *delectus sum*, ab αἱρέομαι. *Aorista media.*

SECTIO IV.

De verbis ἀγαπᾶν, στέργειν, ἀποχρῆν, ἄγειν & φέρειν, ἀπολαύειν.

Regula I.

VErbum ἀγαπάω duos præcipue usus habet, observandos. Primum enim idem est sæpissime, quod αἱρεῖσθαι, id est, *eligere*; adeoque cum præpositione πρὸ, vel ἀντὶ, & gignendi casu, significat, *alicui anteponere*. Demosthen. pro Corona, ἀγαπᾶν τὰ δῶρα ἀντὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων, id est, *munera communi* *Græco-* *Ἀγαπᾶν eligere.*

Græcorum omnium utilitati anteferre. Plutarch. in Camillo, ἀγαπῆσαι τὴν ἥτταν πρὸ τῆς ἐλευθερείας, id est, *victoriæ jacturam libertate potiorem ducere.* Ita, quod Demosthenes habet initio primæ Olynth. ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἐλέσθαι νομίζω, dicere potuisset, ἀγαπῆσαι, pro ἑλέσθαι, id est, *multis vos pecuniis antiquius habituros existimo.*

Ἀγαπᾶν *sine ι subscr.* κανὼν τῶν παλαιῶν. *Veterum Græc. regula.*

(Ἀγαπᾶν scribendum sine ι subscripto, non ἀγαπᾷν, ut in prioribus exemplaribus. A veteribus enim Græcis hujusmodi traditur regula. Τὰ εἰς ᾶν ἀπαρέμφατα οὐκ ἔχει τὸ ι πρόσγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα οὐδέποτε ἔχει πρὸς τῷ ν τὸ ἀνεκφώνητον, hoc est, *Infinita in ᾶν desinentia non habent ι subscriptum: quia verba in ν finita nunquam habent ante ν quicquam non prolatum.* Quicquid enim in verbis præcedit ν plene profertur, quod exemplis patet; ut τύπλειν, ἐτύφθην, ἐτύπλω, τυφθείλω, τυπείλω, ποιεῖν, ἐποίεον-ἐποίουν: ἐβόαον--ων: ἐβοήθλω, βοηθείλω, &c. Sic Etymologus, eumque secutus Urbanus, aliique Grammatici: quod etiam in correctissimis librorum exemplaribus accuratissime observatur.

Notandum etiam πρόσγεγραμμένον idem

idem esse apud veteres Græcos, quod ὑπογεγραμμένον, apud recentiores: veteres enim ad latus scribebant, hoc modo: ΤΩΙ, ΑΟΤΩΙ: recentiores sic, τῷ λόγῳ.)

II.

Deinde sumitur pro *contentum esse, aqui bonique consulere.* Qua in significatione primum per se solum ponitur sine ulla præpositione; at fere sequente particula εἰ: Xenoph. 3. histor. εἰς τὸ πεδίον δὲ κατέβαινεν, ἠγάπα δὲ, εἰ δύναιτο ταύτην τὴν χώραν ἀδῄωτον διαφυλάττειν, id est, *in campum non descendebat, sed contentus erat, si modo regionem illam a direptione immunem servare posset.* *Contentum esse.*

Secundo, cum accusandi casu jungitur, ut ἀγαπᾶν τὰ πάλαι νενομισμένα, *antiquis institutis contentum esse.* *Cum accusat.*

Tertio, cum dandi casu, Lysias, ὁ δ' Ασίας Βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, id est, *Asiæ Rex, qui bonis præsentibus contentus non esset.* *Cum dativo.*

Quarto, cum præpositione ἐπὶ, & eodem dandi casu, ut ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ καθεστῶσιν ἀγαπᾶν, *contentum esse, vel acquiescere in iis, quæ constituta in republica fuerint.*

III. Ea-

III.

στέργω, &c. Eadem in significatione, prope synonyma illa sunt στέργω, ἀσπαζεσθαι, ἡσυχάζειν, ἐναρμόζειν. Ac στέργω quidem omnibus modis constituitur, quibus ἀγαπᾶν: ἀσπαζεσθαι vero, & ἡσυχάζειν, fere tantum cum ὅτι & dativo casu: ἐναρμενίζειν denique cum solo dativo casu.

ἀποχρῶ. Ἀποχρῶ etiam, cum dativo personæ, absolute ac per sese, idem prope significat. Demosthen. Philipp. I. εἰ γὰρ ἔχων ἃ προείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελεν, ἀποχρῶ ἐνίοις ὑμῶν ἂν μοι δοκεῖ, *si enim is quæ jam cepit, contentus, quiescere deinceps vellet, nonnullos vestrum æquo animo justius futuros existimo.*

IV.

ἄγω, cum διὰ & genit. Ἄγειν, tres præcipuas acceptiones habet. Prima est cum gignendi casu, & præpositione διὰ, cujus significatio petenda est ex genitivo adjuncto; ut ἄγειν τινὰ διὰ τιμῆς, *aliquem honorare*: ἄγειν διὰ φροντίδος, *curare*; ἄγειν διὰ μνήμης, *mentionem facere*; ἄγειν δι' εὐχῆς, *in votis habere*; ἄγειν δι' αἰδοῦς, *venerari*.

V. Secun-

V.

Secunda est, cum dandi casu, & præpositione ἐν, in qua fere significat *ducere*, id est, *habere*, *censere*, *numerare*, ut τὸς φίλους ἐν ἀδελφοῖς ἄγειν; id est, *amicos fratrum loco ducere*: vel cum præpositione περὶ, & accusandi casu, nam παρ' ὐδὲν ἄγειν τινὰ, idem est quod παρ' ὐδὲν τίθεσθαι, *nullo loco aliquem ducere*: ἄγειν περὶ πολὺ, *plurimi facere*: ἄγειν περὶ πλεῖον, *pluris facere*. ἄγειν, *cum* ἐν & *dat.*

VI.

Tertia est, pro *existimare*, idque fere tantum cum accusandi casu. Xenophon de Agesilao, τὰς μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἁμαρτίας ῥᾳθύμως ἔφερε, τὰς δὲ τῶν ἀρχόντων, μεγάλας ἦγε, id est, *privatorum hominum peccata leviter ferebat*, *Principum vero magna ducebat*. ἄγειν, *existimare*.

VII.

Quarta est, cum verbo, φέρειν, pro *diripere*, *populari*, *vastare*; idque tam de personis dicitur, quam de rebus aut locis. Isocrat. in Archid. ἄγειν & φέρειν τὸς πολεμίους, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, *hostes terra marique vexare*, *agitare*. Demosthen. Philipp. 3. ἡ φύσις τῆς ἐκείνης χώρας, ἧς ἄγειν, καὶ φέρειν ἐστὶ ἄγειν & φέρειν.

πολλὼ, ἢ κακῶς ποιεῖν. *Ejusmodi est regionis illius natura, ut magnam ejus partem diripere ac vastare liceat.* ubi ἡ φύσις, pro τοιαύτη φύσις ἐστὶ, & πολλὼ pro πολλῷ μείζονα ponitur. Ita Livius non semel loquutus est, & Virgil. ipse Æneid. 2.

Alii rapiunt incensa feruntque Pergama.

ἀκούω, *vocor.*

[Verbum ἀκούω, quando *dicor & vocor* significat (Sicut verba nuncupandi) utrinque nominativum admittit, ut Nazianzen. de Christo: Σαμαρείτης ἀκούει & δαιμονιῶν, *Samaritanus vocatur & Daemoniacus.* Thucid. ἐσθλὸς ἀκούω *bonus perhibeor*, sic apud Latinos *audio* Horat.

Tu recte vivis, si curas esse quod audis.]

VIII.

ἀπολαύω, *cum genit. rei.*

Ἀπολαύω, *fruor, particeps sum, fructum aut detrimentum capio*, in bonam & in malam partem variis modis usurpatur. Primo, cum solo genitivo rei, τῶ διαλλαγῶν ἀπολαύειν, *inducarum opportunitate frui*: τῶ κοινῶν ἀπολαύειν κακῶν, id est, μετέχειν, *communium malorum participem esse.*

Secun-

Secundo, cum solo genitivo personæ, ἀνδρὸς ἑνὸς εὖ φρονεῖν & ἅπαντες ὠφελοῦσι, pro ἀνδρὸς ἑνὸς φρονήσεως, *unius hominis ex prudentia fructum universi percipiunt.* Sic ἑνὸς μοχθηρᾶ πᾶσα ἡ πόλις ὠφελεῖται, *unius ex improbitate civitas omnis detrimentum capit.* Sic illa apud Senecam, de Hercule, *Iraque nostra fruitur*, id est, *fructum capit ex ira*; & ille apud Juvenalem Marius, *fruitur Dis iratis.* *Cum genit. personæ.*

IX.

Tertio, cum utroque genitivo simul. Plutarch. in Antonio: ἀπέλαυσαν δ' Φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμιοι, i. *ex illius ambitione commodum ipsi quoque hostes perceperunt.* *Cum utroque genit.*

Quarto, cum solo accusativo rei, non personæ. Isocrat. de pace. δέδοικα, μὴ προθύμως & ὑμᾶς εὐεργετεῖν, αὐτὸς ὠφελοῦμαί τι φλαῦρον, *vereor ne dum vobis prodesse studeo, damni aliquid capiam.* Sic ἐλπίζω ἀγαθόν τι ὠφελήσειν, *spero me aliquid boni consecuturum*; Ille autem accusativus, *boni* aut *mali* aliquid per se significare debet: male enim diceretur, ὠφελοῦμαί τινὸς σωτηρίαν, pro *fructum aut damnum ex consuetudine percipere.* *Cum accusat. rei.*

X.

Cum accusat. & gen.

Quinto, cum accusativo rei, & genitivo personæ, vel rei; vel rei simul & personæ: ut φιλομαθῆς ἑνὸς μέρακίου μέγα τι πάντες οἱ συμμαθητεύοντες ἀπολαύουσιν, *adolescentis unius ex studio, condiscipuli omnes fructum maximum capiunt.* Lucianus in Timone, ubi de improbis, fulmen Jovis irridentibus, μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθε ἀπολαύειν τοῦ πταύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου, id est, *sed hoc unum se putent ex eo vulnere incommodi percipere, quod fuligine impleantur.*

XI.

Cum πρὸς & accusat.

Sexto, in qualibet ex his constructionibus additur nonnunquam πρὸς, & accusativus rei, ad quam fructus damnumve pertineat: ut, τῶν φιλοπόνων πρὸς τὴν μίμησιν ἀπολαῦσαι, *diligentium exemplis ad eorum imitationem juvari.* Plutarch. Alcib. Τῆς Σωκράτους πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, καὶ φιλίας ἐμικρὰ πρὸς δόξαν ἀπέλαυσεν, *Ex Socratis erga se benevolentia, & amicitia, haud parum existimationis & gloriæ consequutus est.*

XII. Septi-

XII.

Septimo, cum genitivo præterea vel personæ, vel rei solo, est *oblectationem capere ex aliquo, prendre son plaisir de quelqu'un.* Plutarch. Pomp. πολὺν δὲ χρόνον οὕτω κατειρωνευσάμενοι, καὶ ἀπολαύσαντες τοῦ ἀνθρώπου, *cum perdiu hominem ludificati essent, eoque sese oblectassent.* *Oblectationem capere.*

SECTIO V.

De verbis (γεννᾶν, τίκτειν,) γίνεσθαι, διαχωρεῖν, διώκειν, φεύγειν, ἐπεξιέναι.

(Quemadmodum verbum γεννᾶν proprium viris καταχρηστικῶς tribuitur fœminis: eodem etiam modo verbum τίκτειν fœminis peculiare apud bonos auctores de viris dictum invenitur, & *gignere* significat. Lucian. ᾄδουσιν, ἄνευ τῆς πρὸς τὴν ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον παῖδα τὴν Ἥραν γεννήσασθαι τὴν Ἥφαιστον. Canunt absque virili conversatione subventaneum puerum Junonem *edidisse* Vulcanum, Hesiod. in Theogon. passim. γεννᾶν. τίκτειν.

Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ δῖα θεάων
Γείνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι
Αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
Ἀθάναται, γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα.

Nausithoum v. Ulyssi Kalypso excellentissima dearum *Genuit* Nausinoumque, apud mortales viros cubantes Deæ, *pepererunt* Diis pares filios.

Hom. Il. β'.

Υἱὸς Πειριθόοιο τ' ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

Filius Pirithoi, quem immortalis *genuit* Jupiter.

Τὸ μὲν γυναῖν ἐπὶ ἀνδρῶν κυρίως λέγεται, τὸ δὲ τίκτειν ἐπὶ γυναικῶν. Ὅμηρος δὲ πολλάκις τὸ τίκτειν ἐπὶ ἀνδρῶν τάττει. Μοσχοπούλος. Ὁμηρικώτατος *Duportus* clariss. ling. Gr. apud Cantabrigienses Professor in præclaro illo poëmate, Homerico filo contexto, (quod inscribitur Σολομῶν ἔμμετρος. dignissimumque est sane quod omnium juvenum manibus teratur) hoc vocabulum tribuit Davidi. Proverb. cap. 1. vers. 1.

Αἶνοι τοῦ Σολομῶντος ἀγακλειτοῦ βασιλῆος,

Δαβί-

Δαβίδης ὃν ἔτικτεν. ----
Proverbia Solomonis inclyti regis,
Quem David genuit. ----)

REGULA I.

LAtissimus est verbi γίνεσθαι usus, quique certis finibus haud satis includi possit: ubicunque enim præsentia quædam significatur, τῷ γίνεσθαι locus esse potest. Præcipue tamen notanda sunt quæ sequuntur, præter ea quæ in participio γινόμενος dicturi sumus, & creberrimam acceptionem, qua pro εἰμὶ sumitur; ut cum dicunt, ἐπὶ τῆ γνώμης γίνεσθαι, *in ea opinione versari*, γίνεσθαι ἐπὶ τῆ ἐλπίδος, *spem concipere*. *γίνεσθαι. late patet.*

II.

Primo, cum præpositione διὰ, & gignendi casu eleganter jungitur, ac per verbum illud redditur, cujus nomen significationem habet: ut γενέσθαι διὰ φόβου, id est, *timere*: γενέσθαι τινὶ δι' ὀργῆς, *irasci alicui*: γενέσθαι δι' ἔχθρας, *inimicum esse*. *Cum διὰ, & genit.*

III.

Γίνομαι, cum præpositione ἐπὶ, & dandi *Cum ἐπὶ, & dativo.*

dandi casu, est πεποιθέναι, *inniti* vel *confidere*: ut γενόμενος ἐπ' ἀνδρειοτέροις, τῶν ἀντιστάντων κατεγέλα, *fortiorum præsidio confisus, adversarios irridebat.*

IV.

Cum πρὸς *& genit.*

Πρὸς ἀγαθοῦ, πρὸς κακοῦ γίνεσθαι, dicitur; id est, *bene aut male aliquid cedere*: ut πρὸς κακοῦ τὸ πρᾶγμά μοι ἐγένετο, *res mihi male cessit.*

V.

Cum πρὸς, ἐν, ἐπὶ, *& dat.*

Usitatissima est acceptio pro *versari*, cum præpositionibus πρὸς, ἐν, ἐπὶ, & dandi casu; vel περὶ, & accusativo casu: ut σφόδρα γενέσθαι πρὸς τῷ πράγματι, *vehementer in negocium incumbere.*

Quanquam aliquando significat potius, *res pro imperio administrare.* Plutarch. in Theseo, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι τῆς Ἀριάδνης γενομένης, id est, *cum rerum administrationem Ariadne suscepisset.*

VI.

Cum adverb. καλῶς, κακῶς.

Cum adverbiis καλῶς & κακῶς, significat *bene vel male se habere*: & quidem vel impersonaliter, cum dandi casu personæ; ut γίνεταί μοι καλῶς, *bene mecum agitur.* Personaliter autem,

cum

cum nominandi casu; ut Plutarchus de Platonis convivio, cum ait, οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται, *qui apud Platonem cœnaverunt, etiam postridie bene habent.*

VII.

Γενέσθαι ἀπό τινος πράγματος, id est, *rem aliquam paulo ante perfecisse, & quasi recentem esse ab aliquo negocio;* Plutarch. Alexandr. ἀπὸ τῶν ἱερῶν γενομένῳ τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, *sacrificio jam jam peracto regem adeuntes*, vel *regem a peracto sacrificio recentem adeuntes.* Ibid. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων, id est, *Alexander autem a busto illo rediens, convocatis amicorum quam plurimis.* Idem Themistocl. γενόμενος δὲ ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων, *simul atque rebus illis perfunctus esset.*

Cum ἀπὸ, & genit.

VIII.

Ἐκποδὼν γίνεσθαι, pro ἐκ, vel ἀπὸ ποδῶν, vel ἀπὸ τῆς ὄψεως, est *ejici*, quasi *longe a pedibus removeri.* Philo Jud. de Legatione ad Cajum, εἰ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγένητο Γάϊος, *si modico adhuc tempore Tiberius superstes fuisset, summotus quidem esset*

Cum ἐκποδὼν & sine.

depulsusque Cajus, &c. V. id infra, Sect. 10. Reg. 12.

IX.

Cum ἑαυτῷ.

Γενέσθαι ἑαυτῷ vel ἐν ἑαυτῷ, *apud se esse*, vel *ad se redire*, vel *sui juris esse*, vel *suis viribus confidere*. Demosthen. Philipp. 1. ὡς ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι, id est, *si modo apud vos ipsos esse volueritis*. Contra ἀλλοτρίου τινὸς, *in alterius esse potestate*; ut *servo in dominorum potestate versantur*, οἱ δοῦλοι γίνονται τῶν δεσποτῶν.

γιγνώσκω scisco, ἐγνωσμένα decreta.

[Γιγνώσκω inter cætera significat *scisco*, unde ἐγνωσμένα *scita*, *decreta*. Plutarchus, ἔγνω κινδυνεύειν, *statuit dimicare*. Julianus. εἰ δ' ἔγνωκας ταῖς μελέταις ἄχρι γήρως προσκαρτερεῖν: *si decrevisti in studiis consenescere*.)

X.

διαχωρεῖν.

Διαχωρεῖν, de *nummis*, id est, *avoir cours*. Lucianus dialogo de luctu, ubi eos ridet, qui mortuis obolum in os injicerent, ὃ πρότερον ἐξετάσαντες, ὁποῖόν τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δώσεται παρ' ἐκείνος, id est. *Qui non prius expenderint, cujusmodi nummus hoc in genere legitimus habeatur*: (hoc enim est νομίζεται) *neque*

que utrum apud inferos admittatur, ac valeat : ubi Erasmus nimis leviter, *ambuletque apud inferos.*

XI.

Verbum διώκω, interdum non tam *διώκω.*
persequendi, quam festinandi, ac properandi significationem habet, idque fere cum participio futuri temporis. Plutarch. in Pomp. πρὸς τὰς πρώτας ἀγγελίας, ἐδίωκε βοηθήσων, *ad primum ejus rei nuntium, opem ferre continuo festinavit.* Dicere potuisset, ἤλαυνε βοηθήσων.

(Illud etiam notandum est, verbum *διώκω de re, sector.*
διώκω tam *de persona* quam *de re* dici. *de re* dictum significat singulare studium ejus obtinendæ, & fere semper in laude ponitur, & tum Latine vertitur *sector, assequi conor.* Xenophon. τὺς εὐγνώμονας διώκειν, *consectari bonos,* seu *bona mente praditos.*

Isocr. μιμοῦ τὰ βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα, *imitare mores regum, & sequere eorum studia.* & in epigr. Græc.

Εἴ τις ἄπαξ γήμας πάλιν δεύτερα λέκτρα διώκοι,
Ναυηγὸς πλώοι δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

Qui

Qui sequitur rursus thalamos uxore sepulta,
Naufragus horrisono his perit ille salo.

De Persona, persequor.

De Persona notat nocendi cupiditatem, & vertitur *persequor*, *proprie expello persequendo*, a διω, & in media voce διομαι *expello*, verbo poëtico, & adverbio ὦκα celeriter; & *accuso*; unde ὁ διώκων *accusator* vel *actor*.)

XII.

Idem verbum in re forensi *accusare* significat: & *accusator*, ὁ διώκων, quasi *persequens* dicitur: quod etiam Gallice dicimus, *poursuivre sa partie en jugement*. Ergo διώκειν τινὰ φόνου, id est, φόνου δίκην ἐπάγειν τινὶ, *aliquem cadis reum agere*. Vicissim φεύγειν, *fugere*, id est, *reum esse*, *causam dicere*: & ὁ φεύγων, *reus*, proprie dicebatur: unde ἐπεξιέναι, & ἐπεξέρχεσθαι τῷ φεύγοντι, est *reum peragere*, id est, *eum non ante dimittere*, *quam damnatus fuerit*. Ἀποφεύγειν autem, est ἀπολύεσθαι *absolvi*.

φεύγειν.

SECTIO

SECTIO VI.

De Verbo εἰμί.

Regula I.

GRæci dicunt, ἔστιν οἵ τινες, vel εἰσὶν οἵ τινες, pro τινὲς ſimpliciter: ut ὡς ἔστιν οἵ τινες ἂν τοῦτο ὁπηχθήσωσι τῷ πράγματι, id eſt, *nulli hoc negocium aggredi ac ſuſcipere potuerunt.* Sic ἔστιν ὅς, *aliquis*, ἔστιν ὃ, *aliquid*, ἔστιν οἷς, *quibuſdam*, per omnes caſus, numeros, & genera.

ἔστιν, εἰσὶν οἵτινες, *aliqui.*

II.

Ἔστιν ὅτε, quod verbatim ſignificat, *eſt quando*, ſumitur abſolute pro ποτὲ, vel ἐνίοτε *interdum*, tam initio periodi, quam in medio: ut ἀθυμοῦσιν ἔστιν ὅτε, οἱ σφοδρώτατοι αὐτοὺς τὸ καθάρχας ἀποδείξαντες, id eſt, *interdum animo concidunt, etiam qui ſe longe vehementiſſimos ſub initium oſtenderunt*: tuncque ἔστι penultimam acuit. Sic ἔστιν ὡς, cum accentu acuto in ὡς, id eſt, *quodammodo*, & ἔστιν ὃν τρόπον. Sic ἔστιν ὅπως, *fieri poteſt*: ut οὐκ ἔστιν ὅπως τοῦτο ἂν ποιήσῃς, *hoc facere non poteris.* Sic ἔστιν ὅπου, *alicubi*, vel *aliquando.* Imo etiam interro-

ἔστιν ὅτε, *aliquando.*

ἔστιν ὡς, *quodammodo.*

ἔστιν ὅπως, *fieri poteſt.*

ἔστιν ὅπου, *alicubi, aliquando.*

terrogando, *ubi*, vel, *quando tandem?* Demosth. pro Cor. ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν ἠγανάκτησας; *ubi*, vel, *quando tandem id te moleste ferre ostendisti?*

(Ἔστιν ὅτε aliquando: sæpe vero scribitur, ἔστ' ὅτε.)

III.

ἔστιν, *omittitur.*

Tertia singular. ἔστιν, aliquando Attice, brevitatis causa, omittitur, cum quibusdam præcipue nominibus, ut ἀνάγκη, ἐλπὶς, δέον, λόγος, εἰκὸς, τοῦτο, vel τοιοῦτον, οἷον, & aliis quibusdam lectione observandis. v. c. δεινὸν γὰρ τοιοῦτον. Supp. ἐστὶν, vel ἂν εἴη, id est, *grave enim hoc est, vel fuerit*: vel δεινὸν solum. Demosthen. pro Corona; ἢ τὸ μὴ φανερῶς συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ, δεινὸν μὰ τὼ γῆ καὶ θεοὺς, *Enimvero, palam Philippo studere, indignum, o terra, & Superi, facimus.* μηδὲν οἷον τοῦτο ποιῶν, sup. ἐστὶν verbatim, *nihil quale hoc facere*, id est, *nihil vetat hoc facere.* Vide sup. cap. de Nomine. cap. 3. Sect. 8. Reg. 6.

IV.

Sic ἐλπὶς ἀρα μεγίστη, αὐτὸν τὰ πράγματα διαφθάξεσθαι, id est, *maxima spes futurum ut negocia conficiat*; ὡς λόγος, *ut fama est*: hoc autem in alias per-

sonas

sonas convenire non potest, nisi forte in tertiam pluralem εἰσὶ, at longe rarius.

V.

Ἔστι δὲ initio periodi, apud Oratores, sine alio adjuncto, absolute ponitur, pro Ἔχει δὲ οὕτως, *Atqui res ita se habet.* Demosthen. de Chersoneso, adversus eos, qui dicerent, Oratorem absolute aut belli, aut pacis auctorem esse debere, Ἔστι δὲ εἰ μὴ ἡσυχίαν Φιλίππῳ ἄγει, &c. οὐδὲν δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἁπλῶς εἰρήνην ἀκτέον. *Atqui ita se res habet: si Philippus quiescit, nihil verbis opus est, pax simpliciter ineunda.* Sequitur, Εἰ δὲ, *sin autem.*

ἔστι δὲ, *Ita se res habet.*

VI.

Ἔστι, vel ἐῶ, cum pronomine οὗτος, & substantivo aliquo, novum habet significandi modum. Demosthen. Olynth. 1. ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δεινὸν, μὴ πανοῦργον ὦν τις δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, &c. verbatim, *nam est maximus hic metus*, id est, *valde enim hoc metuendum est, ne vafer, & in rebus tractandis acer.* Eodem modo dici posset, ἔστιν μάλιστα οὗτος ὁ φόβος, ὁ κινδυνος, αὕτη ἡ ἐλπὶς, & similia.

ἔστι δεινὸς *metuendum est.*

VII. Im-

VII.

ἦν, pro ἐστί.

Imperfectum ἦν, aliquando pro ἐστὶν, ut ἐχρῆν, & χρῆν, pro χρὴ, ἔδει, pro δεῖ, *oportet*, προσῆκεν, pro προσήκει, *convenit*. Sic apud Poëtas ἔπλεο, & ἔπλετο, sæpissime; pro ὑπάρχεις, & ὑπάρχει, *es*, & *est*. Exempla passim obvia.

VIII.

εἴη, *utinam*.

Εἴη, tertia optativi, maximeque initio periodi, videtur interdum reddi debere per *utinam*, vel *optandum fuerit*, sequente infinitivo. Plutarch. in Theseo: Εἴη μὲν οὖν ἐκκαθαιρόμενον λόγῳ τὸ μυθῶδες, ὑπακοῦσαι, καὶ λαβεῖν ἱστορίας ὄψιν. *Atque utinam quicquid fabulosum inest, oratione purgatum, votis nostris obsequatur, & aliquam historiæ speciem induat.*

IX.

εἶεν *per se positum*.

Εἶεν, tertia pluralis ejusdem optativi, per se sola, servit transitioni, qua pars aliqua concluditur, & sequens inchoatur, ut, *Esto*, apud Latinos: vel, *Ac de his hactenus*. Demosthen. sæpe, ut Philipp. 1. ubi absolvens partem aliquam bellici apparatus; εἶεν, inquit, τί πρὸς τούτοις ἔτι; *Esto: quid præterea?* Plato l. 8. de Rep. sic ordi-

tur;

tur; Εἶεν· ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται, *Hoc igitur maneat : Siquidem inter nos jam convenit*, &c.

X.

Infinitivus εἶναι, apud Atticos, præsertim cum voce ἑκὼν, id est, *libens, libenter*, interdum abundat, ut ἑκὼν ἂν εἶναι τοῦτο ποιήσαιμι, id est, *libenter hoc fecerim* : quod etiam in plurali locum habet, ut ἑκόντες ἂν εἶναι ὅλον τὸ κίνδυνον ὑπομείνειεν, *libenter totum periculum subirent*. ἑκὼν εἶναι, *libenter*.

XI.

Aliquando jungitur cum τὸ & præpositione ἐπί. Thucyd. lib. 8. καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι καὶ ἀκριβῶς ἄν, καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν, id est, *& quidem sub illorum imperio*, vel *quantum ad illos attinet*, (ὀλιγαρχικὸς intelligit,) *se cum indicta causa, tum etiam crudelius perituros esse* : ἀκριβῶς enim pro accusativo ἀκριβῆτας, Attice cum infinitivo conjunxit. τὸ εἶναι ἐπί τινι.

XII.

Significat aliquando *filium esse*, idque vel cum genitivo παιδὸς, vel sine illo. Cum illo quidem, ut apud Isæum, εἶναι, *filium esse*,

um οἱ συμδικάντες αὐτῷ, Σμικρᾶ πατρὸς εἶναί φασι τὸ Νικόστρατον, id est, *qui eum defendunt, Smicri parentis filium esse dicunt Nicostratum.* Sine illo autem: Ibidem, φασὶ μὲν εἶναι Θρασυμάχου Νικόστρατον, *ajunt quidem Nicostratum Thrasymachi filium esse.* Idque in participium etiam redundat; Pausanias in Atticis: Ἀγαθοκλεῖ Λύσανδραν γυναῖκα ἠγάγετο, Πτολεμαίου καὶ Εὐρυδίκης ὄσαν, id est, *Agathocli Lysandram uxorem dedit, Ptolemæi & Eurydices existentem,* id est, *filiam.*

XIII.

εἶναι, *servum esse.* Per se quoque εἶναι, significat, *servum esse*: ut τῶν ἡμᾶς καλόν τι πεποιηκότων, ὁμολογοῦμεν εἶναι, id est, *eorum a quibus aliquid beneficii accepimus, servos nos esse profitemur.* Contra vero εἶναι ἑαυτοῦ, idem est quod αὐτεξούσιον εἶναι, id est, *sui juris ac potestatis esse.*

XIV.

εἶναι, *licere.* Præterea εἶναι, tametsi rarius quam ἐξὸν, pro *licere*, aliquando sumitur. Demosthen. in Timocratem, εἶναι αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καθεστῆσαι τῷ ὀφλήματι, id est, *licere ipsi, aut alteri ejus nomine, debiti sponsores dare.*

XV. Per

XV.

Per se, aliquando idem est quod *salvum esse*. Demosthen. oratione de pace, loco admodum notando, ubi de natura sociorum in bello; ὧν ἀρχὴ τῆ ἴσης ἕκαστός ἐστιν εὔνους, οὔθ' ἡμῖν, οὔτε Θηβαίοις, ὥστε εἶναι, τὴ κρατεῖν τῶν ἄλλων, id est, *nemo, vel nostri, vel Thebanorum usque adeo studiosus est, ut eosdem pariter & salvos esse, & alios superare velit.* ubi εἶναι, idem est quod σῶς εἶναι, & ἀρχὴ τῆ ἴσης, *usque adeo*, vel *ex aequo*. Id quod etiam Tullius offic. 1. expressit, dum ait, *Sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur; uter esset, non uter imperaret.* Atque id eo loco significare τὸ εἶναι, constat ex sequentibus. Addit enim Demosthen, Ἀλλὰ σῶς μὲ εἶναι ἅπαντες ἂν βούλοιντο, ἕνεκα ἑαυτῶν· κρατήσαντας δὲ τὸς ἑτέρους δεσπότας ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐδὲ εἷς, id est, *At sua quidem causa, incolumes esse facile omnes patiuntur, aliis vero superatis, vel alterutros autem superiores factos, sibi dominari, ne unus quidem*; ubi quod ante dixerat εἶναι, explicat per σῶς εἶναι, id est, *salvos esse*. εἶναι, *salvum esse*.

XVI.

εἶναι εἰς ἀρετὴν. Εἶναι εἰς ἀρετὴν, id est, ἐπιδοῦναι, seu προχωρεῖν, *in virtute proficere*: quæ loquendi ratio nomine etiam mutato locum habere potest: ut εἶναι εἰς παιδείαν, aut πολυμαθίαν, *in eruditione proficere*. Ita Gregor. Nazianzenus oratione 26. ὥστε εἰ καὶ μὴ αὐτοὶ τοσοῦτον ἦσαν εἰς ἀρετὴν, πάντως ὑπεραίρειν τῇ εὐτεκνίᾳ, id est, *ut si quidem ipsi, non tantum in virtute profecissent; omnes tamen liberorum felicitate superarent.*

XVII.

εἰμὶ, cum dativo particip. Item verbum εἰμὶ, in tertia persona singulari præsentis, vel imperfecti, vel futuri, non tantum indicativi modi, sed etiam optativi, & subjunctivi; cum dativis participiorum quorundam, affectum animi significantium, pro verbis ipsis usurpari solet. Participia illa tria præcipue sunt, βουλόμενος, ἡδόμενος, ἀχθόμενος, quibus nomen ἄσμενος, adjungitur.

Xenophon. 4. Ἑλλην. Τί οὖν ὦ πυνθάνῃ, εἰ καὶ ἐκείνῳ βουλομένῳ ταῦτά ἐστι; *Quin tu ergo sciscitaris, num hæc illi etiam placeant?* Plato in Phædone, ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν, εἰ σοι ἡδομένῳ ἐστί.

Jam

jam eo redeamus, ubi sermonem abrupimus, si quidem id probas.

Xenoph. 4. παιδ. ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἶη, *cui vestrum id molestum non erit.*

Homer. Iliad. ξ. vers. 108. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἶη : *Mihi quidem gratum fuerit.* Ita Tacitus in vita Agricolæ. *Quibus bellum volentibus erat.* De infinitivo rariora sunt exemplæ.

SECTIO VII.

De Verbis εἰπεῖν, ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι, ἔοικα, ἔχω.

Regula I.

Infinitivus εἰπεῖν, sæpissime apud Atticos, παρέλκει, id est, *ornatus solum causa* adhibetur. Ita Xenoph. παιδείας I. κατὰ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν. ἐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ; *Non vides, inquit Astyages, hominem irridens, quam belle quamque eleganter vinum fundat?* ubi necessario, vel εἰπεῖν, vel φάναι abundat. Imo, quod etiam admirabilius est, hic infinitivus cum aoristo ejusdem verbi φημί conjungitur, maxime apud Dialogorum Scri- *εἰπεῖν, abundat.*

protes. Ita Plato sæpe, ἀλλ' ὃς ἔφη, εἰπεῖν, μηδαμῶς, id est, *ille autem, nequaquam, inquit*: ubi sine dubio, ἔφη, satis fuisset.

II.

εἰπεῖν, *sententiam dicere.*

Sæpe hoc verbum significat, *sententiam dicere*, vel *statuere*. Passim apud Demosth. εἶπεν, id est, *hanc sententiam dixit*: quod etiam γνώμην λέγειν, & ἀποφαίνεσθαι dicebatur.

γνώμην εἰπεῖν, *auctorem esse.*

At γνώμην εἰπεῖν, sæpius est *auctorem esse alicujus sententiæ*. Plutarch. Pomp. ἕως ἔδωκαν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, Λευκίου Φιλίππου γνώμην εἰπόντος, id est, *donec imperium ipsi decernerent, auctore L. Philippo*. ubi male Interpres, *Philippo referente*. Nam v. c. quod Latini dicunt, *Senatus consultum in Ciceronis sententiam factum est*, Græcis diceretur, δόγμα ἡ βουλὴ ἐγένετο, Κικέρωνος γνώμην εἰπόντος. At *referre*, seu *rogare*: Græci, γνώμας προτιθέναι, ἀναδιδόναι, ἐπαγαγεῖν, ὑπαγορεύειν. Quod alias, etiam dicitur, προσιέναι, vel προσελθεῖν τῇ βουλῇ, vel χρηματίζειν ἐν τῇ βουλῇ, vel τῇ βουλῇ προσιέναι. Et Latinæ dictioni propius, ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον, nec male εἰσηγεῖσθαι, maxime ad populum. Dicunt præterea

ὑπὲρ

ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν βουλὴν, ac fere cum infinitivo; ut ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν βουλὴν, τὸν πόλεμον ἀνελεῖν, id est, *de suscipiendo bello ad Senatum referre.*

III.

Ἐξέρχεσθαι, & ἐξιέναι, absolute posita, sunt verba militaria, quæ significant *ad bellum proficisci*: vulgo, *sortir en campagne.* Demosthen. Olynth. 2. ἐξεληλυθότων ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως, *vobis ad bellum pro hujus urbis dignitate profectis*, id est, *eo modo, eoque apparatu, quem urbis dignitas postulet.* Paulo post, εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως, id est, *contribuendo, ad bellum exeundo, omnia prompte faciendo.*

ἐξέρχεσθαι & ἐξιέναι. *verba militaria.*

IV.

Ἔοικα, præter vulgares acceptiones, quibus significat *similis sum, videor*, & similia: conjunctum cum infinitivo, maximeque futuri temporis, deliberatam aliquid jam jam faciendi voluntatem ostendit. Lucianus in Charonte: Ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι, καὶ ἀκούσαιμι, id est, *je pense que je m'en vay descendre tout bellement, afin de mieux voir & entendre*: Loquitur Charon, qui e summo

ἔοικα, *paratus sum.*

monte, quæ infra vel fiebant, vel dicebantur, minus commode videre, vel audire posset.

V.

ἔοικε, *convenit.*

Ἔοικε, cum dandi casu, sæpe vertendum videtur, *convenit*, *consentaneum est*: atque adeo, *tribuendum est*: quod postremum & rarius est, & præcipue observandum. Demosthen. Olynth. 2. δαιμονίᾳ τινὶ, καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ, *fortunato cuidam, planeque divino beneficio tribuendum fuerit.*

VI.

ὡς ἔοικε, *plane.*

Ὡς ἔοικε, non tantum significat, *ut videtur*, *ut par est*, & similia: verum etiam sumitur interdum, pro *utique*, *plane*, & similibus adverbiis. Plutarch. in Theseo, ὁ γὰρ δὴ χρόνος ἐκεῖνος ἤνεγκεν ἀνθρώπους, χερῶν μὲν ἔργοις, καὶ ποδῶν τάχεσι, καὶ σωμάτων ῥώμαις, ὡς ἔοικεν, ὑπερφυεῖς καὶ ἀκαμάτους, id est, *tempus enim illud homines ferebat manuum operibus, celeritate pedum, & corporum viribus eximios plane atque invictos.* Amiotus vertit, *grandement.*

VII.

ἔοικε, *videlicet.*

Aliquando commode reddi possit, vide-

videlicet, nimirum, quippe. Idem Plutarch. ibid. Παίων γὰρ, ὡς ἔοικε, κεφαλῇ τὸς ἐντυγχάνοντας ὁ Τέρμερος ἀπώλλυεν, *Videlicet, aut quippe, Termerus enim ille incusso capite occurrentes perimebat.* Quas ibi voces addidit Plutarch. ut ostenderet, quam juste a Theseo simili mortis genere occisus interierit. Demosthen. pro Corona, ἀλλ' ὦν ἴσως ταῦτα, ὡς ἔοικε, τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια, οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἔμφρονα, *At haec, nimirum Athenienses a majoribus non didicerant, nec omnino, vel ferenda, vel moribus suis consentanea existimabant.*

VIII.

Alias vertere mallem, *ut perhibent*, ὡς ἔοικε, *ut fama est, ut ajunt*; aut simil. Plutarch. Ibid. λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας (Ἀμαζόνας) ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι περὶ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μέν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται, id est, *ferunt circa Charoneam alias etiam interiisse, ac secundum eum rivulum sepultas esse, qui olim, ut perhibent, Thermodon, nunc vero Haemon vocatur.* Interdum, *ut credo, ut mihi persuadeo.* Demosth. pro Coron. μέλλων δὲ ἰδίᾳ βίᾳ παντὸς, ὡς ἔοικε, λόγον διδόναι τήμερον, *cum autem privatae totius vitae reddenda, ut credo,* *ut ajunt.* *ut credo.*

do, mihi hodie ratio sit. Interdum significat, *ut video*: Plautus, *ut hoc natum intelligo.* Platonis in convivio, cum unus diceret aliquid se puero factum esse, infert alter, πάνυ ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν: *Pervetustum id quidem, ut video*: quo modo etiam superius illud Demosthenis reddi posset. Idem Demosthen. ibid. Καὶ, ὡς ἔοικεν, ὁ σύμβουλος ἐκ ῥήτωρ ἐγὼ, τῶν μὲν ἐκ λόγου, καὶ τοῦ βουλεύεσθαι, πραχθέντων, οὐδενὸς αὐτῷ συναίτιος εἶναι δοκῶ, *Atque, ut video consiliarius ego cum sim & orator, nihil ipsi tamen ad ea, quæ vel oratione, vel consilio meo perfecta sunt, contulisse videor.*

ut video.

IX.

ἔχω cum adverb. & genit. b.

Verbum ἔχω, notandos habet usus, qui sequuntur. Primo cum his præsertim adverbiis, πῶς, ὅπως, ὡς, οὕτως, εὖ, καλῶς, κακῶς, & genitivo casu, eleganter Atticeque conjungitur: ut οὕτως ἔχω τῆς γνώμης, *ejus sententiæ sum.* Plutarch. Camillo, ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος, ἢ βουλήσεως ἔσχε, *ut quisque paratus, aut animatus fuerit*, verbatim, *ut quisque promptitudinis, aut voluntatis habuerit.* Sic εὖ ἔχειν τῆς ῥώμης, aut τῆς συνέσεως, *robore aut prudentia valere.* Sic

ὡς

ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος, *ut habebat quisque celeritatis*, id est, *pro sua quisque celeritate*; licet cum εὖ, καλῶς & κακῶς sæpe accusativum adsciscat.

X.

Secundo, cum præpositionibus ἀμφὶ & περὶ, postulat accusativum, & significat, διατρίβω, *versor, occupor*: ut ἀμφὶ τοδὶ νῦν ἔχω, *nunc quidem in eo sum, aut versor.*

Tertio, cum participiis quibusdam, maximeque aoristi temporis, explicatur per aoristum Indicativi, & verbi, cujus participium adjunctum habet: ut μαθὼν ἔχω, id est, ἔμαθον, *didici*: συλλαβὼν ἔχω, id est, συνέλαβον, *comprehendi*: ποιήσας ἔχω, id est, ἐποίησα, ut Gallice dicimus, *J'ay appris, j'ay fait.* Demosthen. in Leptin. τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω, μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, διείρηκε, id est, *singulas omittam recensere, unam illam, quæ cæteras omnes comprehendit, exponam.* Rarius cum participio præsentis temporis. Arr. c. 8. lib. 4. ὃ. Ἱκανὸν εἶναι τίθεμαι, ἐν τοιᾷδε παρανομίᾳ, τὸ καθ' αὑτὸν σιγῶντα ἔχειν, *satis meo judicio tum fuisset, in tanta ejus tumultuentia, quietum se ac silentio tenere*; *se tenir coy.* ἔχω, *cum particip.*

XI. Quar-

XI.

ἔχειν πρός. Quarto, ἔχειν πρὸς, vel εἰς id est, *respicere, spectare, pertinere ad*; ut ὅδε ὁ λόγος ἔχει πρός σε, id est, *hæc ad te spectat oratio.* Sic ὅσον ἔχει πρὸς ἐμὲ, τοῦτο δὴ ποίησον, id est, ἐμοῦ γε ἕνεκα, *mea quidem causa, hoc facito*; id est, *per me licet hoc facias.* Quo sensu eleganter de oraculorum explicatione usurpari solet. Pausanias Eliacon. 1. Κρεσφόντης δὲ συμφρονήσαντος, ὡς ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα ἔχει τὸ μάντευμα, id est, *cumque Cresphontes, re secum expensa, conjecisset, ad istum hominem oraculum pertinere*, id est, *de illo intelligendum esse*: ubi obiter notandus usus verbi συμφρονεῖν, pro *diligenter secum expendere, vel conjicere de sensu oraculi*, de quo infra, Sect. II. Reg. 3.

XII.

ἔχειν .i. παρέχειν. Quinto, ἔχειν est παρέχειν, cum dandi casu personæ, & accusativo rei, ut πολλοῦ κίνδυνον ἔχει τοῦτο τῇ πόλει, verbatim, *multum hoc periculum habet civitati*, id est, *civitatem in magnum discrimen adducit*: πολλὰ πράγματα ἔχειν τινὶ, vel παρέχειν, aut παρέχεσθαι, *plurimum negocii alicui facessere*: εὔνοιαν ἔχειν τινὶ, *aliquem*

aliquem benevolentia prosequi : συγγνώμλω ἔχϕ τινὶ, id est, *alicui veniam dare.*

XIII.

Sexto, cum accusativo temporis conjungitur, sequente participio præsentis vel aoristi, ad significandum intervallum temporis, ex quo res aliqua facta sit, vel infecta; ut πολωὸ ἤδη τὸν χρόνον ἔχω, μὴ φρὸς αὐτὸν ὅπως εἰλας, *a longo jam tempore ad eum non scripsi.* Ita Chrysost. loquitur in Epistol.

ἔχω, *cum particip. tempus significe.*

XIV.

Septimo, οὐκ ἔχω, non tantum significat, *non possum*, ut ἔχω, sæpe loco τῦ *possum* usurpatur: sed etiam *nescio*; idque cum ὅτι, vel ὅπως, interdum solo, interdum una cum verbo χρὴ, sequente infinitivo: ut οὐκ ἔχω ὅ, τι λέγω ἐν τῷ παρόντι, *in præsentia quid dicam, nescio.* Plato de Rep. 2. οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ ἔχω, οὔτ' αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω, *nec video, quemadmodum opem feram, nec rursus quemadmodum non feram, intelligo.* Sic οὐκ ἔχω ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, *Quid agendum sit, nescio.*

οὐκ ἔχω, *nescio.*

XV.

Cum multis accusativis jungi solet. Rarior

φύσιν ἔχει

Rarior illa est cum accusativo φύσιν, conjunctio, quam habet Demosthen. Olynth. 2. ἀλλ' οὔτ' εὔλογον, οὔτ' ἔχον εἰς τὴ φύσιν τοῦτό γε, *At hoc quidem neque rationi consentaneum est, nec habens naturam*, id est, *neque cum natura congruit: praeter naturam est.* Herod. lib. 2. ἔνα ὄντα, κῶς (pro πῶς) φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; *Quomodo verisimile sit, eum, unus cum esset, multa millia interfecisse?*

SECTIO VIII.

De Verbis ἥκω, λανθάνω, μέλλω, νικάω, νομίζω, οἶδα, ἴδι, οἶμαι.

REGULA I.

ἥκω cum particip.

PRæter ea quæ attigimus Cap. 3. de Nomine, Sect. 7. Reg. 5. & Sect. 9. 6. Primum, Ἥκω Attice quemadmodum ἔχω, jungitur etiam cum participio præsentis, præteriti & futuri temporis. Præsentis, ἥκω φέρων, *venio afferens*, id est, *affero.* Isæus, τὰ πραχθέντων γραμματεῖον ἥκῃ φέρων, *rerum nunquam gestarum schedulam affert.* Præteriti, Demosthen. ἦκεν ἀναστρέψας, id est, ἀνέστρεψε, *rediit.* Idem Olynth. 1. ini-

1. initio, εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκοι τις, *Si quis huc veniat, utile quid mediatus.* Futuri, Demosthen. sæpe, ἥκω συμβουλεύσων, *huc consilii dandi causa venio.*

II.

Secundo, cum σφόδρα, εὖ, & ὅτι πολὺ, gaudet genitivo, ut σφόδρα τῆς ἡλικίας ἥκων, *admodum ætate provectus*; πόρρω, vel εὖ ἥκειν vel ὅτι πολὺ τῆς παιδείας, verbatim, *longe, bene, ad multum venire doctrinæ*: id est, *multum in doctrina profeciſſe*: *eſtre bien, ou beaucoup advancé.* Sic εὖ ἥκειν τῶν χρημάτων, apud Herodotum, *pecuniis abundare.* ἥκειν, *cum* σφόδρα, *& ſimil.*

III.

Λανθάνω, cum participio jungi ſolet, tuncque Latine per adverbium *clam* explicatur, ut ἔλαθεν ὑποφυγὼν, *clam aufugit.* Aliquando per nomen *imprudens*, ut ἔλαθεν εἰς μέσους ἐμπεσὼν τοὺς πολεμίους, id est, *imprudens medios in hoſtes incidit.* Imo, per partic. καὶ cum alio verbo conjunctum, redditur etiam *clam*: ut ἔλαθον καὶ ἀπέκτειναν, *clam interfecerunt*, verb. *latuerunt, & interfecerunt.* λανθάνω, *cum participio.*

Aliquando λανθάνειν ἑαυτὸν, abſolute, eſt *ſui, muneriſque ſui*, vel *orationis*, λανθάνειν ἑαυτὸν.

& cæ-

muneris oblivisci.

& cæterorum id genus, *oblivisci*. Eusebius Præparat. 3. de Porphyrio loquens, ὁ δὲ τὰς Αἰγυπτιακὰς μυθολογίας ὅτι ἀσωμάτως μεταφέρῃ δυνάμεις, λαθὼν ὁ σοφώτατος ἑαυτὸν, id est, *Ille autem Ægyptiacas fabulas ad naturas corpore vacuas transfert; in quo suimet ipsius homo consultissimus obliviscitur.*

IV.

μέλλω, cum infinit.

Μέλλω, in vulgata significatione, nunquam nisi cum infinitivo jungitur, licet reddatur per futurum participii Latini: ut μέλλω ποιεῖν, non ποιῶν, *facturus sum*: quod moneo, quia tirones plerique omnes cum participio conjungunt, quod Græcos φιλομετόχους esse audierint. Infinitivus autem, aut præsentis, aut futuri, aut Aoristi esse potest.

V.

Secundo, idem infinitivus aliquando reticetur, ut apud Josephum, 2. in Appionem, τί γὰρ ἂν ἔμελλον, ὁπότε μηδὲ ἀφεισθύτατος ἐδυνήθη ἐπισχεῖν τὸν ὁρμὴν; id est, *Nam, quid facturi non erant, cum omnium natu maximus impetum cohibere non potuerit?* ubi post ἔμελλον, vel παθεῖν, vel ποιεῖν intellige.

Demost-

Demosthenes in Leptinem, Φημὶ τοίνυν ἐγώ. (καὶ πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ,) ἀλλ' ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω: ubi τὸ μέλλον significat, τὸ μέλλον λεχθήσεσθαι, id est, *Dico igitur: (ac nemo per Jovem, Athenienses, cum invidia quod abs me dicetur, audiat:) sed utrum illud verum sit, attendat.* Idem pro Corona, Τότε τοίνυν, τὰ μὲν ἔμελλεν, ὡς ἐδόκει, τῶν δεινῶν, ταδὶ ἤδη παρῆν, id est, *Atqui tunc ex calamitatibus, uti videbatur, imminebant aliæ, aliæ jam præsentes erant.* Post ἔμελλεν, supp. γενήσεσθαι, συμβήσεσθαι, aut aliud simile, id est, *eventuræ erant.*

VI.

Tertio, idem infinitivus ex alio verbo præcedente subaudiri debet. Isocrates in Helenæ Laud. τὰς μὲν ἐπόρθει, τὰς δὲ ἔμελλον, ταῖς δὲ ἠπείλουν τῶν πόλεων, *urbes alias vastabant, alias vastaturi erant, aliis denique minabantur*; ubi post ἔμελλον, subaudi πορθήσειν, ex præcedente verbo ἐπόρθει.

VII.

Quarto, reddi Gallico idiomate potest, *je dois*: quod etiam Latinis μέλλω, *debeo.*

inusitatum non est: Hom. Iliad. ξ. v. 125.

Τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν, ὡς ἐτεόν περ, vulgo, *vous devez desja avoir entendu cela*: Latini dicerent, *hæc vos jam audiisse mihi persuadeo*, aut *verisimile est*. Ita etiam Lucian. usurpat. Sic, ἔμελλεν ἄρα οὐ μετρίως περὶ τὰ μείζω σπουδάσεσθαι, ὅσγε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν. *Verisimile admodum est, eum majoribus non mediocrem operam daturum fuisse, qui non dubitavit in longe minoribus studium collocare.* Hoc ipsum Tullius imitari voluit, epistola quadam ad Lentulum: dum ait, *certorum hominum, quos jam debes suspicari, sermones referebantur ad me*: τῶν δεινῶν ἀνθρώπων, οὓς γε σὺ δι' ὑπονοίας ἔχειν ἤδη μέλλεις. Eodem pertinet illud Demosthen. pro Corona cum futuro conjunctum, τί ἔμελλον κελεύσειν; ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; *quid me jubere oportuit, quid me eidem consilii dare?*

VIII.

οἱ μέλλοντες.

Quinto, apud Aristotelem potissimum, οἱ μέλλοντες, opponuntur, τοῖς ἐξεληλυθόσι: quemadmodum apud Romanos designati magistratus opponuntur magistratu jam perfunctis. Dici ergo potest, οἵ τε τοῦ ἄρχειν ἐξεληλυθότες,

λυθότες, καὶ οἱ μέλλοντες, *tam qui magistratu abierunt, quam qui magistratus designati sunt.*

IX.

Sexto, passim apud Demosthen. & alios Atticos, pro βούλεσθαι: *velle, aut* ἐπιθυμεῖν, *cupere*: ut χρὴ φιλομαθεῖς εἶναι τοὺς πολυμαθεῖς ἔσεσθαι μέλλοντας, *studiosos oportet esse, qui docti esse velint, aut quos doctos esse velis.* Sic εἰ τοῦτο τὸ κίνδυνον ἀπώσασθαι μέλλετε, *si de amoliendo hoc periculo cogitatis.* Tale illud Solonis ad Periandrum; apud Laërtium, εἰ μέλλοις ἐκποδὼν πάντας ποιήσεσθαι, οὐκ ἂν φθάνοις, *si omnes expellere statuis, nunquam voti compos eris.* μέλλω, *cupio.*

X.

Hoc sensu μέλλω, etiam inanimatis tribuitur: ut εἰ μέλλοι ὀρθῶς διοικεῖσθαι ἡ πόλις, verbatim, *si recte administranda est respublica*, id est, *ut recte administretur.* Quanquam sæpe tum adhibetur dat. personæ, ut εἰ μέλλοι καλῶς ἡμῖν φέρεσθαι τὰ πράγματα, *si res feliciter nobis cedere cupiamus.* ἐθέλειν, *pro* μέλλειν.

Contra ἐθέλειν, *velle*, interdum pro μέλλειν, usurpatur, ac rebus etiam inanimis tribuitur. Herodot. sæpe: ut lib. 2. Εἰ ὦν δή ἐθελήσοι ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος, *Quod si aliquando Nilus cursum alio velit avertere*, id est, *si avertere*

tere contingeret : vel *si quando avertet*. Idem ibid. εἴ σφιν ἐθελήσοι ἡ χώρη, ἢ ἔνερθε Μέμφιος, εἰς ὕψος αὐξάνεσθαι : verbatim, *si eis voluerit regio infra Memphim, in altum attolli*, id est, *si quando regio illa in altum attolletur*, εἰ μέλλη αἴρεσθαι.

XI.

μέλλειν, *existimari* Postremo, μέλλειν significat *existimari*, vel *ita se gerere, ut merito existimari possit*. Hom. Odyss. σ. vers. 137.

Καὶ γὰρ ἐγώ ποθ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι,

Ejusmodi eram, qui jure beatus esse viderer posse.

XII.

νικᾶν γνώμην. Νικᾶν, quod universe *vincere* est, ac proprie, *in judicio causam vincere* : quatuor præterea usus habet observandos. Primus est, ut cum accusandi casu, sententiam aut decretum significante conjungatur : hoc modo, νικᾶν τὴν γνώμην, vel τὰς γνώμας περί τινος, verbatim, *vincere sententiam*, vel *sententias de re aliqua*, id est, *sententia vincere, aut superiorem evadere*. Sic ψήφισμα νικᾶν, *decretum vincere* is dicitur, *cujus sententiam populi voluntas, & decretum consequatur*. Plato in Gorgia,

ἐρᾷς

ὁρᾷς ὡς οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας διὰ τούτων; *vides, ut Oratores ii sunt, qui his in rebus, & consilium dant, & sententia superiores evadunt?*

XIII.

Secundus usus est, ut eadem in significatione, dicatur sententia ipsa νικᾶν. Thucyd. lib. 2. ὧν γὰρ Περικλέους γνώμη πρότερον νενικηκυῖα, *Prius enim Periclis sententia vicerat.* γνώμη νικᾷ.

Tertius, eadem item significatione, est, ut absolute cum infinitivo conjungatur, qui loco τῆ γνώμης, & cujuscunque nominis usurpetur: ut, ἐνίκησε τὴ Πομπήϊον θαλάσσης κύριον ἀναγορεύεσθαι, id est, *vicit ea sententia, quæ Pompejo maritimum imperium deferri jubebat.* Plutarch. Pomp. p. 660. ὡς δ' ἂν ἐνίκα φεύγειν εἰς τὴν Αἴγυπτον, *Cum ergo sententia illa vicisset, quæ fugam in Ægyptum suadebat.* νικᾶν, *cum infin.*

XIV.

Quartus usus est, ut simplex νικᾶν & composit. ἐκνικᾶν, sumatur pro *invalescere*, vel *obtinere*: idque duobus modis. νικᾶν, *invalescere.*

Primo, casu præcedente, nominis

ejus, quod *invaluisse*, vel *obtinuisse* dicitur; ut τόδε τὸ ἔθος ἐνίκησε, vel ἐξενίκησε, *hic mos obtinuit*: ἡ φήμη, ἡ δόξα ἐνίκησε, *fama, opinio invaluit*. Quo sensu jungitur etiam cum Infinitivo: Aristid. Panathen. De Attica regione, ὅπερ πᾶσι τοῖς ἐπιγείοις ἐστὶν ἡ πᾶσα γῆ, τεῦτο ἥδε ἐνίκησεν εἶναι τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει μήτηρ καὶ τροφὸς κοινή. id est, *Quod terrenis omnibus, terra est universa, id ipsum ut hominum generi terra hæc esset, mater, communisque nutrix, obtinuit.*

Secundo absolute, ac verborum impersonalium more. Pausan. Messenic. καθὰ δὴ καὶ τὸ ὅπλα Ἰλίῳ, (sup. πόλεμον) κληθῆναι Τρωϊκὸν καὶ οὐχ Ἑλληνικόν, ἐξενίκησε. *Quemadmodum invaluit, ut bellum, quod apud Ilium gestum est, Trojanum diceretur, non Græcum.* Sic ἐνίκησε καθ' ἑτέραν ἡμέραν ῥητῇ γενέσθαι τῷ πανηγύρει, *Invaluit, uti, quotannis certo die, solennis ac publica celebritas fieret.* Quod hac reg. de verbo νικᾶν dictum est, id de verbo κρατεῖν, dictum putetur.

XV.

νομίζω, observo. Verbum, νομίζειν præter vulgarem acceptionem, Primo sumitur pro νόμῳ θέλω καθίστησαι, aut φυλάξαι: *Legis instar constituere*, vel, *observare*; unde

de τὰ ἐν πόλει νενομισμένα, id est, τὰ νόμιμα, *instituta Reipubl.* vel *mores ac ritus in ea observari soliti.* Thucyd. lib. 2. ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσι, id est, *quemadmodum ipsi quoque Iones ab Atheniensibus oriundi, hodieque celebrare solent*; prisca scilicet Bacchanalia.

Rarius quod sequitur, ac parcius imitandum, cum solo dandi casu, Ibid. ἀγῶσι μὲν καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρέπεσιν· id est, *patrio more nos exercentes cum ludis & sacrificiis annuis, tum etiam privato, sed honesto apparatu.*

Rarum etiam illud Herodoti lib. 2. Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε, καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες, id est, *Ammonii, quippe qui Ægyptiorum atque Æthiopum coloni sint, ac linguam utroque cum populo commune aliquid habentem instituerint.*

Secundo proprie, *de justis exequiarum* dicitur: ut vocantur a Tullio: hæc enim absolute vocantur, τὰ νενομισμένα, hoc est, τὰ ἐναγίσματα. *νενομισμένα, de justis funebribus.*

Tertio, νομίζεσθαι, est *illustri existimatione præditum esse.* Plato in Gorgia, Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι, ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι *νομίζεσθαι, illustri opinione esse.*

λεσι φαῦλοι, νομίζεσθε οἱ ἀγαθοὶ ῥήτορες; (ita enim distinguendum est, alioqui pravus omnino sensus existeret.) id est, *Num ergo tibi videntur, ut solent nequam assentatores in civitatibus, ita boni Rhetores, clari & illustres haberi?*

XVI.

οἶδα, pro εἴδω.

De verbo οἶδα, duo præcipue notanda sunt. Alterum est, illud magis in usu esse, quam præsens εἴδω, ut *novi*, apud Latinos, quam *nosco*: unde illud tam frequens οἶδα γάρ, οἶδα σαφῶς, *nosti enim, nosti plane*: & compositum σωΐδα, pro σωείδω, vel σωείδομαι, quæ vix unquam usurpantur.

εὖ οἶδ' ὅτι.

Alterum est, idem præteritum sequente ὅτι, & præcedente εὖ, parenthesi sæpe includi, ac tum, aut vacare omnino, aut verti posse, *sat scio*. Demosthen. ΦΙΛ. Βούλομαι, inquit, πρὸ πάντων ὧν μέλλω λέγειν μνημονεύοντας, (εὖ οἶδ' ὅτι) τὰς πολλὰς ὑπομνῆσαι, id est, *antequam ea, quæ ad rem meam pertinent, dicere aggredior, eorum vos admonitos esse volo, quorum tamen optime, sat scio, meministis.*

Rarius est exemplum quod sequitur, ex eodem petitum, ὡς ἅπαντες, εὖ οἶδ' ὅτι, τοῦτον τὸν λόγον ἀκηκόατε, *nam vos*

vos omnes, sat scio, aliquid hac de re jam audistis, quæ phrasis ita ordinanda erit, εὖ οἶδ' ὅτι ἅπαντες, &c.

XVII.

Eodem fere modo usurpatur, εὖ ἴσθι, verbatim, *bene scito*; ut apud Lucianum, αἰσχυνοίμην ἄν, εὖ ἴσθι, ἐπ' ἀμφ, id est, *hujus causa erubescerem utique*: nam εὖ ἴσθι, verti debet, *profecto, utique, enimvero, mihi crede*: ut apud Tullium in Verr. *fuit tanti, mihi crede*: Græce, τοσοῦτον, εὖ ἴσθι διενήνοχε, aut particulæ istæ omnino vacant. εὖ ἴσθι, *mihi crede.*

XVIII.

Οἶμαι, inclusum parentheſi, non minus ironice, quam serio usurpari solet, ut *credo*, & *opinor*, Latine. Cujus exempla passim obvia. οἶμαι, *credo.*

Secundo, verti potius debet, *utique, nimirum, plane, profecto.* Demosthenes de Chersonn. εἶτ', οἶμαι, συμβαίνῃ, τῷ μὲ, ἐφ' ἃ ἂν ἔλθῃ, ταῦτα ἔχειν. *Ita fit plane, ut ille quidem, quæcunque in loca veniat, eadem occupet.* οἶμαι, *utique.*

Sic Olynth. 2. ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου, τὰ κάτωθεν, ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, id est, *prorsus enim, quemadmodum, & domus, & navigii fundamentum*

tum firmissimum esse debet. Ibid. ὅπη τις ἂν, οἶμαι, προσθῇ κἂν μικρὰν δύναμιν, πάντ' ὠφελεῖ, *videlicet, cuicunque parti vel exiguas vires addideris, eam summopere juveris*: id enim est, πάντ' ὠφελεῖ, Gallice, *vous l'advancez du tout.* Ibid. ἀλλ', οἶμαι, νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν, *sed, nimirum, hæc omnia nunc quidem felix rerum successus tegit.*

XIX.

οἴει, *obsecro.*

Secunda persona verbi ejusdem, οἴει, cum aliis modis, quam infinitivo, maximeque cum indicativo futuri temporis, aut abundat, aut verti potest, *obsecro, tandem.* Plato 6. de Repub. ἀνόνητα δὲ πονῶν, οὐκ οἴει, ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὐτὸν μισεῖν, καὶ τοιαύτην πρᾶξιν; *Qui autem rebus inutilibus vacat, an non is, obsecro, tandem aliquando & se, & ejusmodi occupationem odisse cogetur?* Communiter diceretur, πονοῦντα οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεσθαι; *non coactum iri arbitraris?* Gallice, *ne pensez-vous pas qu'il soit un jour contraint?* Idem lib. 7. οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γενέσθαι τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως, καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν; *Nonne absurdum, obsecro, eum arbitrabitur, qui hæc eodem semper*

semper modo fieri existimet, nec levissimam inclinationem subire?

SECTIO IX.

De Verbis καταγινώσκω, [ὁμολογεῖν,] ὀφλισκάνω, ὀφείλω, παρίστασθαι, πάσχω, ἀξιοῦσθαι, ἀξιοῦν.

Regula I.

Verba, καταγινώσκω, & ὀφλισκάνω in propria significatione ἀντίστροφα sunt. Nam illud cum genitivo personæ, & accusativo rei, est *dignum aliquem statuere ea*, vel *opinione*, vel *re*, vel *pœna*, quæ accusativo exprimitur: ut καταγινώσκω σε πολλῆς ἀμαθίας, *dignum te judico, qui admodum imperitus habeare*: ὀφλισκάνω autem significat cum accusandi casu, *ea ipsa re pœnave dignum esse, vel damnatum.* Ita Chrysostom. τοσούτῳ πλείω τὸν γέλωτα ὀφλισκάνετε παρ' ἡμῶν, verbatim, *tanto majorem risum a nobis debent*, id est, *tanto digniores sunt, qui a nobis rideantur.* Sic πολλῆς ἄνοιαν ὀφλισκάνεις, verbatim, *multam stultitiam debes*: *dignus es, qui stultissimus habeare.* καταγινώσκω, ὀφλισκάνω.

[Est tamen ubi e contrario καταγινώσκω

νώσκω reperitur cum genitivo rei, & accusativo personæ: ut Lysias ὑπὲρ Ἐραστθένους: τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, διαῤῥήδην εἴρηται τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ὅτῳ δάμαρτι ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτῃ τιμωρίαν ποιήσηται, *in foro, quod est in Areo-pago, disertis dictum esse verbis, ne cædis hunc damnet, qui in uxore sua adulterum deprehensum hac pœna affecerit.* Sed hic usus est magis Latinorum; ut quum dicimus, *damnare aliquem furti*, aut *alligare furti*, quod est apud Herodotum καθδῆσαι τῆς κλοπῆς· cui contrarium *absolvere*. Græci tamen usitatius secundum casum personæ tribuunt, quartum rei. Chrysost. ad pop. Antiochenum, οὐκ ἐπῄδην κατέγνων ὑμῶν ῥᾳθυμίαν, ἀλλ' ἐπῄδην τὸ πλέον καθῤῥωθὲν ὑμῖν ἔγνων, *non, quod vos inertiæ condemnavi, sed, quia maximam partem jam a vobis perfectam esse cognovi.* Simile est illud Juliani apud Sozomenum, ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων: de libello, quem ei Christianus quidam exhibuit, qui videbatur accurate compositus. Dicit enim se & legisse illum librum, & penitus cognovisse, & suo judicio damnasse; id est, non dignum qui

qui iterum legeretur, judicasse. Scite quidem; ingenium enim huic homini non defuit. Sed non minus scite respondit ei Basilius Magnus, ut fertur, ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως. εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως, *legisti forsan, sed non intellexisti; nam si intelligeres, neutiquam condemnares.*

Ὁμολογεῖν significat (uti Budæus) *spondere*: id est, *roganti promittere*: nam cum quispiam me ad cœnam vocat, si dico me venturum, condico, καὶ ὁμολογῶ. Plato Convivio: ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι, nempe, ὅτι δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος, *ad cœnam domum Agathonis.* Fere Synonyma sunt hæc verba, & *aliquid pacisci* significant, ὁμολογῶ, συγχωρῶ, συμφωνῶ, σωτίθεμαι & συμβαίνω.] ὁμολογεῖν. *spondere.*

II.

Absolute, ὀφλισκάνειν, vel ὠφλικέναι, vel ὀφλισκάνειν δίκλω, id est, *damnatum esse judicio*: ut ὀφλισκάνειν δίκλαν, *ab arbitris damnatum esse.* ὀφλισκάνειν δίκλω.

III.

Notandum est Athenis dictos esse, ὀφλισκάνοντας τῷ δημοσίῳ, verbatim, *debentes publico*, qui a Romanis postea *Ærarij* ὀφλισκάνειν τῷ δημοσίῳ.

Ærarij sunt appellati : & προστιμᾶν τῷ δημοσίῳ, dicebatur Judex, qui damnatum reum mulctam ærario publico solvere jubebat.

IV.

ὤφελον. Aoriſt. 2. utinam.

Aoriſt. secund. verbi ὀφείλω, usurpatur optando, vel solum, vel cum particulis εἰ, εἴθε, αἴθε, & ὡς : & solum quidem, Plutarchus in Bruto, ὤφελε ζῆν Βροῦτος, *debuit vivere Brutus*, id est, *utinam Brutus viveret*. Demosth. pro Coron. ὧν γὰρ ἐκείνως σωθῆναι μάλιστα διέφερεν, οὗτος καὶ παθόντων, ἃ μηπὸτ' ὤφελον, τὰ ὑπὲρ πάντων λύπης πλεῖστον μετεῖχε, id est, *cujus enim maxime intererat, salvos illos esse, is, passi cum essent quæ nunquam debuerunt*, id est, *quæ utinam passi nunquam essent, omnium maxime eorum vicem doluit*.

V.

εἰ ὤφελον. Cum particula εἰ, Plato 4. de Republ. εἰ γὰρ ὤφελον, ἔφη, verbatim, *si enim debui, inquit*, id est, *utinam vero, inquit*.

Cum αἴθε Cum particula αἴθε, Iliad. α. vers. 415.

Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων

Ἧσθαι,

Ἦθες, *utinam in navi sine lachrymis, ac sine incommodo sessitares.*

Cum Particula ὡς, Iliad. γ. ὡς ὄφελον.

Ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι,

utinam ibi periisses. Synesius Epist. ad Joannem, ἀτυχεῖς μὲν ἄρα ἀλλ' ἀδικεῖς, ὡς ὄφελες μηδ' ἀτυχεῖν. *Id fortunæ quidem potius, quam tua culpa contigit: utinam tamen ne fortuna quidem ipsa tam mala uterere.*

VI.

In exemplis allatis valde notandum est, numeri simul ac personæ rationem haberi: male enim diceretur, ὡς ὄφελες μηδ' ἀτυχεῖν, pro *utinam, ne mala quidem fortuna uterer*: licet apud Latinos, *utinam* omni personæ numeroque conveniat.

At vero ὄφελον per ὁ, omnibus promiscue numeris personisque servit. Greg. in Julianum, ἦλθε μὲν εἴς τι τῶν ἀδύτων, ὡς ὄφελόν γε, καὶ τλὼ εἰς ἄδυ φέρουσαν, id est, *in obscurum aliquod adytum penetravit, qui utinam inferos quoque subiisset.* ὄφελον per ὁ.

Idem ubi loquitur de apum mellificio, ἡ δὲ μέλι ταῖς ἀποθήκαις ἐναποτίθεται, ὡς ὄφελόν γε ἡμεῖς τοιοῦτος λαβόντες

τες σοφίας ὑπόδειγμα, id est, *Apis mel suum recondit in cellulis : Atque utinam nos ipsi, qui ejusmodi sapientiæ exemplum accipimus.* Denique Suidas existimat, ὄφελον eadem significatione usurpari, quod tamen superioribus longe rarius est.

VII.

παεισάναι, *sistere.*

In verbis παρίστημι & παρίσταμαι, pauca hæc observa. Primum est, παρισάναι, in voce activa, fere sumi pro *sistere* : ut τοῖς δικασταῖς τὸν φεύγοντα παρασῆσαι, *judicibus reum sistere* : τῷ ἀναβάτῃ τὸν ἵππον παρασῆσαι, *sessori equum admovere.*

παεισάναι, *afferre*

Secundum est, pro *afferre, præbere, movere* : ut λόγον παρασῆσαι, *sermonem*, vel, *loquendi occasionem præbere* : ὀργὴν παρασῆσαι, *iram movere* : ὑποψίαν παρασῆσαι, *suspicionem præbere* : εὐκαιρίαν παρασῆσαι, *opportunitatem præbere.*

παεισάναι, *mentem injicere.*

Tertium est, pro *mentem injicere*, aut *persuadere* : idque vel absolute, ut παρέσησέ μοι τοῦτο ποιεῖν, *hoc ut agam mihi persuasit* : vel, cum accusat. δόξαν, γνώμην, & simil. χρησιμωτάτην αὐτῷ παρέσησα τὴν γνώμην, id est, ἐνέβαλον, ἐνεποίησα, *utilissimam ei mentem injeci.*

injeci. Demosthen. pro Coron. initios ὅπερ δὴ μάλιστ' ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο παρασῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν, id est, *quod vestra maxime interest, hanc ut Dii vobis mentem injiciant.*

VIII.

Quartum est, παρίσασθαι in voce media, sumi ut plurimum, pro *in medium producere*, tam in judicio, quam extra judicium: ut, παρασήσασθαι τοὺς μάρτυρας, idem quod προβάλλεσθαι, *testes producere.* παρίσασθαι, *producere.*

Aliquando, pro *adesse, praesto esse, favere, patrocinari.* Sic Apparitores dicuntur, τοῖς δικάζουσι παρίσασθαι, *praesto esse Judicibus*: & οἱ συνδικοῦντες τοῖς φεύγουσι παρασήσασθαι, *patroni reis adesse, opitulari.* *Adesse.*

Aliquando, pro ἐπέρχεσθαι, ἐπιέναι, παρατυγχάνειν, id est, *in mentem subire*, aut *venire.* Dicunt enim, παρίσταταί μοι τοῦτο ποιεῖν, *venit in mentem hoc agere.* unde ἐκ τοῦ παρισαμβύα λέγειν, idem est, quod ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐκ τοῦ παρατυχόντος, αὐτόθεν, ἐκ καιροῦ, id est, *ex tempore dicere*: vel τὸ ἐπερχόμενον, τὸ παρατυγχάνον, τὸ εἰκὸς εἰπεῖν. παρίσασθαι, *in mentem venire.*

IX.

παρίσασθαι, *praesenti animo esse.*

Aliquando, pro *fidenti ac praesenti animo esse*, ac fere cum dativo ψυχῇ, θυμῷ, aut alio simili, ut οὕτω παρέσχε τῷ θυμῷ, ὡς καὶ αὐζῆσαι τὸ πολέμιον ἐνφοβεῖν: *tam fidenti animo constitit, ut hostem aspectu ipso terreret.* Hinc τὸ παράσημα, id est, τὸ φρόνημα, vel τὸ λῆμα, *animi fiducia, atque praesentia*: & παράσαλικὸς ἀνὴρ, id est, ὁ φρονηματίας, & ὁ πρὸς τὰ παρατυγχάνοντα πρόθυμος, ἕτοιμος, πρακτικὸς, ἐνεργητικὸς, βουλευτικὸς, id est, *in omni casu acer, vividus, ac solers.*

παρίσασθαι, *subigere.*

Aliquando, *in ditionem redigere, deditione capere*, hoc est, χειρώσασθαι, ὑποχείριον ποιεῖσθαι, ὑπὸ χεῖρας ποιεῖσθαι, ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι: ut, οἱ πάλαι αὐτοκράτορες ἔργον ἐποιοῦντο, τὴν οἰκουμένην παρασήσασθαι. *Prisci Imperatores id agebant, ut orbem terrarum in ditionem suam redigerent.*

X.

πάσχειν εὖ, &c.

De verbo πάσχειν notentur sequentia. Primo, cum adverbio εὖ, aut neutro ἀγαθὸν, significat *beneficium*, aut *emolumentum accipere*, opponiturque τῷ εὖ ποιεῖν. Aristoteles in Ethic. ἐλάττων,

λων, inquit, ὁ παθὼν εὖ, τῷ ποιήσαντος, id est, *inferior est qui beneficium accipit, eo qui fecit.* Lysias, τίς ἐλπὶς ἦσθ' τότε ἀγαθὸν πείσεσθαι; *quae spes illim emolumenti ex eo capiendi?* Sic ἀντευπαθεῖν, *vicissim beneficio affici*, opponitur τῷ ἀντευποιῆσαι, *vicissim beneficium facere.*

XI.

Secundo, affici animo & voluntate, vel aliquo sensu: idque cum adverbio, aut neutro, ac fere praepositione πρός. Plato in Gorgia, ὁμοιότατον, inquit, πάσχω πρὸς τὰς φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς φλυαροῦντας, καὶ παίζοντας, *eundem adversus Philosophos animum & sensum experior, quem adversus balbutientes, & puerorum more lusitantes.* ubi obiter notanda etiam est conjunctio neutrius τῷ ὁμοιότατον, cum ὥσπερ: quod etiam dicunt, ὁμοίως, ὥσπερ: Latini, *perinde ac, velut, quasi.* πάσχω, *afficio animo.*

XII.

Tertio, eadem prope verborum constructione manente, significat potius, *facio*, quam *patior*: quemadmodum apud Latinos, contra, *facere* interdum *pati* significat, ut *jacturam facere*; Sic ὅμοιόν τι πάσχει, id est, *perinde facit*, verbatim, *simile quid patitur.* πάσχω, *facio.*

Hinc Attica illa & elegans locutio, ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; vel τί ἂν ἢ πάθοιμι; id est, *quid enim agerem?* quod Galli dicerent, *qu'y ferois je?* Galenus 10. θεραπευτικ. τί ἄν τις πάθοι; inquit, ὦ ἀνθρώπες, μήτε ἔργῳ, μήτε λόγῳ πεῖθῆναι δυναμένοις; id est, *Quid feceris huic hominum generi, cui nec re ipsa, nec oratione persuaderi possit?* Sic ἀτοπώτατόν τι ἔπαθεν: *absurdissimum quid passus est*, id est, *ineptissime fecit.*

XIII.

παθεῖν τι, *aliquid humanitus accidere.*

Quarto, παθεῖν τι, aliquando significat, quod Latini dicunt, *aliquid humanitus accidere*; vel *aliquo quid fieri*; hoc est *mori.* Tull. in Philipp. *ut si quid mihi humanitus accidisset, hanc vocem testem relinquerem egregiæ voluntatis,* ἵνα ἄν τι πάθοιμι, τήνδε τῷ φωνῷ καταλίποιμι ἄν, τὸ ἀξιεπαίνε προαιρέσεως μάρτυρα γλυκυμυθίαν. Ita pro lege Manilia; *si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri:* Græce, εἰ γέν ἄν τι πάθοι, ὅπῃ τίνα δὴ τὰς ἐλπίδας μεθατρέψετε; Dicunt etiam, εἰ παθεῖν τί μοι συμβαίη, vel ὃ πάθοιμι ἀνήκεστον, *si quid patiar insanabile.* Quod etiam in rebus inanimatis usurpatur, ut εἴ τι πάθοι ναῦς ἀνήκεστον, id est, *si navis naufragium fecerit.*

fecerit. Quæ phrases ἐποποιϊκαὶ sunt.

XIV.

Quinto, Attica loquendi formula, παθεῖν, & forensis est; ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ δοῦναι, verbatim, *quod oporteat pati, aut solvere*, id est, *quid aut pœnæ, aut mulctæ subeundum sit.* Nam κείνεται ὁ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ δοῦναι, est *judicium subire hac formula, quid aut pœna luendum sit, aut pecuniariæ mulctæ subeundum.* Sic ἐπάγειν τίμημα, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ δοῦναι, est *mulctam pro ratione criminis irrogare, seu pœna luenda sit, seu pecunia tantum persolvenda.* *punire.*

XV.

Περιϊδεῖν, & περιορᾶν, verbatim, *circumspicere*, vulgo & eleganter sumuntur, pro *negligere, habere susque deque*, aut *sinere aliquid impune fieri*, ac fere cum accusativo participii. Cujus idiotismi exemplis nihil frequentius. Isocrat. Panegyr. τοσούτους τῶν συμμάχων περιορᾶν αὐτοὺς δουλεύοντας, id est, *tot socios permittere, illorum servitute oppressos teneri.* Herodian. lib. 2. τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἀρχοῦ μὴ περιϊδεῖν ἐρρίμμενον, *non permittere, ut Romanum imperium prostratum jaceret.* περιϊδεῖν, *negligere.*

πειθόπεθμαι, *idem.* Rarius, aliquando tamen, cum infinitivo, loco participii conjungitur. Thucydid. lib. 1. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆ ὑμετέρας ἀρχῆς δυνάμιν προσλαβεῖν πειθόμεθα, *Sed etiam ex vestra ditione vires sibi comparare patiemini.*

SECTIO X.

De Verbis ποιεῖν, ποιεῖσθαι, πράτθειν, προσποιεῖσθαι.

REGULA I.

ποιεῖν & ἐργάζεσθαι, *beneficio, aut damno afficere.* PRimo, ποιεῖν & ἐργάζεσθαι, significant *beneficio*, aut *damno afficere*, tuncque vel cum adverbio & accusativo personæ; vel sine adverbio, cum duobus accusativis, altero rei, altero personæ, conjunguntur: ut κακῶς, vel πολλὰ καλὰ, vel καλὰ τὸν ἐχθρὸν ποιεῖν, vel ἐργάζεσθαι, id est, *multis vel damnis, vel bonis inimicum afficere.*

II.

ποιῶ *cum adverb.* Ποιῶ, cum adverbiis καλῶς, δικαίως, εἰκότως, δεόντως, & si quæ sint ejusdem significationis; sequente participio, verti debet, *jure, merito*: participium autem sequens, per verbum ejusdem partici-

participii reddendum est; ut, καλῶς ἄρα ποιεῖς, τῶν ἀδικουμένων προϊὼν ἀμύνων: id est, *jure omnino eos qui injuriam patiuntur defendis.*

Quod aurem rarius est, interdum neutrum, τὸ καλὸν, aut aliud simile, adverbii loco ponitur, sequente τὸ cum infinitivo. Demosthen. pro Corona. καί τοι καλὸν μὲν ἐποιήσατε, καὶ τὸ σῶσαι τὴν νῆσον, πολλῷ δ' ἔτι τοῦτο κάλλιον, τὸ, &c. *Et quidem, cum insulam illam jure defendistis*; vel *cum defendenda insula juste, præclareque fecistis, tum hoc etiam multo præclarius, quod*, &c. Vide cap. 6. de Particip. Sect. 4. Reg. 4.

III.

Ἀνόνητον ποιῆσαι cum gignendi casu, est *spoliare fructu ejus rei, quæ per genitivum significatur*: verbatim, *utilitate carentem facere.* Demosthen. pro Corona, εἰ δ' αἰτίαν ἐπάγω τούτῳ ψευδῆ, πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀνόνητόν με ποιῆσαι. id est, *Sin autem crimen ei falsum impingo, tum vero uti me bonorum omnium fructu spoliare velint.* Est enim ὄναθαι, cum gignendi casu, *fructum ex aliqua re capere*: ut ὄναιο σύγε τῆς δὲ τῆς εὐφυΐας, id est, *macte præstantis hujus indolis.* Ἀνόνητον ποιῆσαι. ὄναθαι,

IV.

ποιεῖν διαδικασίαν. Secundo, διαδικασίαν ποιεῖν, est *judicium constituere, aut rem in disceptationem & judicium vocare.* Demosth. adversus Timocratem, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῆταί τι, ποιεῖν διαδικασίαν, id est, *Sin autem controversia erit aliqua, judicium ut de ea constituatur*: quod simplicius dicitur, κρίσιν ἐπί τινι ποιῆσαι.

V.

ποιεῖσθαι, *adoptare.* Tertio, ποιεῖσθαι, significat *adoptare*; idem enim est παῖδα, vel υἱὸν ποιεῖσθαι, quod παῖδα θέσθαι, id est, *filium adoptare.* Quod etiam de patre ac matre dici potest, qui nonnunquam a viris principibus adoptantur. Plutarch. in Alexand. loquens de Leda, ὡ ἐποιήσατο, inquit, μητέρα, καὶ Καρίας βασίλισσαν ἀπέδειξε, id est, *quam in matrem adoptavit, & Cariæ reginam creavit.* Dicunt etiam εἰσποιεῖν eodem sensu. At ἐκποιεῖν, est *in adoptionem dare.* Sic enim Isæus Rhetor, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένῃ τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθείη, id est, *seu paternis in ædibus maneat, seu adoptandus alteri detur*: hinc ποιητὸς, & εἰσποιητὸς υἱὸς, *filius a nobis adoptatus*: ἐκποιητὸς vero, *quem adoptandum tradimus*: hinc

hinc etiam εἰσποίησις, idem quod υἱοθεσία, *adoptio activa*; ἐκποίησις vero *passiva*.

VI.

Quarto, ποιεῖσθαι ἐν ὀργῇ τινα, verbatim, *aliquem in ira facere*, id est, *alicui succensere, & irasci*. Demosthen. Olynth. 1. τὰς ὑςάτας περὶ τ῀ πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, id est, *us qui de negocus postremi dixerint, succensetis*. ποιεῖσθαι ἐν ὀργῇ.

VII.

Quinto, πίςις ποιήσασθαι, idem quod πίςις, vel πιςὰ διδόναι, vel τίθεσθαι, id est, *fidem suam alteri alterum obligare*: quo sensu jungitur potissimum cum præpositione πρὸς, & accusat. casu. Athenæus lib. 8. de Iphiclo quodam, qui nuncium promissis ad munus explendum adducere conabatur. πίςις, inquit, πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, πέμπει, id est, *eum ablegat, postea quam suam ei fidem certa mercedis promissione obligasset*. Ita Polybius lib. 5. de Leontio verbum τίθεσθαι usurpavit, ἐξέπεμψεν, inquit, τὸς θησομένους τὰς πίςις πρὸς τ῀ Ἀντίοχον, id est, *nonnullos summisit, qui certis conditionibus cum Antiocho rege paciscerentur, ejusque fidem obligarent*. πίςις ποιεῖσθαι.

VIII.

ποιεῖσθαι κέρδος. Sexto, ποιεῖσθαι κέρδος, quod Latini *quaestum facere*, Galli, *faire son profit*. Plutarch. in Cicerone, ὧν οὐδὲν ἐποιήσατο κέρδος, id est, *quorum nihil omnino privatam in utilitatem convertit*: ubi notandum est, id etiam quod compendii fiat, in accusandi casu, quemadmodum & ipsum κέρδος, a Græcis collocari.

IX.

γνώμην ποιήσασθαι. Septimo, γνώμην ποιήσασθαι, idem est quod γιγνώσκειν, *statuere*, ac fere cum infinitivo jungitur: ut apud Thucyd. γνώμην ἐποιοῦντο κηρύγμασι χρήσασθαι ἐπιτηδείοις, id est, *opportunis praeconiis uti statuebant*.

X.

χάριν ποιεῖσθαι. Octavo, χάριν ποιεῖσθαι, id est, μετ' εὐχαριστίας ἀποδέχεσθαι, idem prope, quod χάριν εἰδέναι. Cui opponitur ὀργὴν ποιεῖσθαι, id est, δι' ὀργῆς ἄγειν, vel ἔχειν. Demosthen. Oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, utrumque conjungit; Καὶ χάριν, inquit ille, ἂν ταύτης ἀξίως ᾖ, καὶ τἀναντίον ὀργὴν, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς, πεποιῆσθαι, id est, *eique gratiam habere, si ea dignus erit; contra vero succensere, si quid ejusmodi perpetrarit, supp. cui debeatur iracundia*.

XI. Nono,

XI.

Nono, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, vel ἐφ' ἑαυτῷ, id est, *in potestatem redigere*. v. g. τὴν πόλιν, τὴν χώραν, τὸν ἄνδρα. At ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, idem est quod ἀναδέχεσθαι, *in sese recipere*. Demosth. πάντα ἀναδεχόμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα, *cuncta illorum peccata in sese recipiens*. ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν.

XII.

Decimo, ἐκποδὼν, vel ἀπὸ τῆς ὄψεως ποιεῖσθαί τινα, id est, *aliquem nostro conspectu summovere, expellere*. χωρὶς ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον, *periculo liberare*. ἀρχὴν ἐπί τινι ποιεῖσθαι, *imperium in aliquem transferre*. Plutarchus in Theseo. ἀλλ' ὅτι νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, *qui in spurium quendam alienumque filium imperium transtulisset*. ἐκποδὼν ποιεῖσθαι.

XIII.

Undecimo, ἔργον ποιεῖσθαι, verbatim, *opus facere*, id est, *aliquid studiose conari, se mettre en grand devoir*. Plutarch. in Theseo. τότε πρῶτον (supp. λέγεσι τὸν Θησέα) ὄψει γνωρίσαι τὸν Ἡρακλέα, ποιησάμενον ἔργον ἐντυχεῖν αὐτῷ τὴν Τραχῖνα. *Tum primum ajunt Theseum de vultu Herculem novisse, cum jam eum circa* ἔργον ποιεῖσθαι.

circa Trachinem convenire studiose conatus esset. Plato in Timocr. Τίμαιον περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι, μάλιστ' ἔργον τεποιημένον, id est, *Timæum, qui proprio ac singulari studio universi naturam nosse conatus erat:* Gall. *qui avoit pris à tasche.*

XIV.

ποιεῖσθαι, *interpretari.*

Duodecimo, ποιεῖσθαι idem est, quod Latine, *interpretari*, id est, *existimare* dicitur; quo sensu cum duobus accusat. fere conjungitur. Gregorius Nazianzen. de invictissimo quodam Martyre, πομπὴν, inquit, ἀλλ' οὐ συμφορὰν τὸ πρᾶγμα ποιούμενος, id est, *rem eam non calamitatem, sed honorificam pompam interpretatus.* Plutarch. Pomp. ὥστε καὶ Πομπήϊον εὐτύχημα ποιεῖσθαι μέγα, τὴν τοῦ πολιτεύματος καιρὸν, id est, *Ita ut Pompejus etiam rei gerendæ occasionem summæ felicitatis loco duceret.* Sic, τὴν τῶν πολεμίων ἀκαιρίαν, εὐκαιρίαν ποιεῖσθαι τὴν ἡμετέραν, id est, *Tempus hostibus importunum, opportunitatem nostram interpretari.*

XV.

ἐξώλη, & προώλη ποιεῖν.

Decimo tertio, ἐξώλη καὶ προώλη ποιεῖν, *funditus aliquem perdere.* Demosthen.

hen. pro Coron. extrem. versib. τούτους ἐξώλεις καὶ προώλεις ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ ποιήσαιτε, *eos funditus terra marique profligetis.* ἐξώλης ab ἐξόλλυμι, ut προώλης a προόλλυμι: dicunt etiam ἐξώλης ἀπολοίμην, *funditus inteream.*

XVI.

Decimo quarto, ποιῆσαί τινι τὸν λόγον, id est, *alicui orationis argumentum dare,* vel *aliquem ad dicendum excitare.* Aristid. Panathen. οὐ μὴν ἀλλ' αὐτό τε τοῦτο ἔστι, καὶ τὸ μόνον πεποιηκός μοι τὸν λόγον, *enimvero illud ipsum est, adeoque solum, quod me ad hoc orationis genus excitavit.*

ποιῆσαι λόγον.

XVII.

Πράττειν, primo verti potest, *dare operam. satagere, diligenter exquirere.* Thucyd. lib. 4. ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται, τῶν δὲ ἀπαλλάξεται, id est, *diligenter ac studiose videbat, qua ratione cum aliis celerrime conveniret: ab aliis discederet.* hic enim futurum indicat. pro optat. vel subjunct. ξυμβήσεται, pro ξυμβήσοιτ' ἄν, vel ἂν ξυμβήσηται, & ἀπαλλάξεται, pro ἀπαλλάξοιτ' ἄν, vel ἂν ἀπαλλάξηται, usurpavit. De quo jam sup. Sect. 2. Reg. 5.

πράττειν, *dare operam.*

XVIII. Se-

XVIII.

πράττειν, *occulte moliri.*

Secundo, *occulte moliri*, *practiquer:* cum accusativo. Demosth. Philipp. 1. μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν τῶν Θηβαίων κατάλυσιν. *Philippum ajunt, una cum Lacedæmoniis Thebanorum eversionem moliri.* Affine illud Plutarchi in Cicerone, sed in bonam partem, πράττειν κάθοδον τῷ Κικέρωνι. *Ciceroni reditum moliri*, id est, *id agere, ut rediret.*

XIX.

πράττειν, *impetrare.*

Tertio, πράττειν τι παρά τινος, est *aliquem ab aliquo impetrare*, vel *conari impetrare.* Isocr. ad Nicoclem. πράττειν παρὰ τῶν Θεῶν ἀγαθὸν, *boni aliquid a Diis impetrare.*

πράττειν, *Convenire.*

Quarto, πράττειν τι πρός τινα, est *aliquid certa de re convenire*, vel *agere cum illo de tali re*, vel *transigere.* Thucydid. πράξαντες πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως, *qui cum illo de capienda urbe egissent*, vel *transegissent.* Quod etiam, rarius licet, dicitur, πράττειν ἔς τινα. Sæpe autem, πράττειν πρός τινα περί τινος, ut πολέμου, εἰρήνης, & similibus.

XX.

πράττεσθαι,

Quinto, πράττεσθαι & εἰςπράττεσθαι, cum

cum duobus accusativis, uno rei, altero personæ, id est, *exigere aliquid ab aliquo*, Demosthen. in Leptin. πράττειν τὰς παρ' αὐτῶ σῖτον ἐξάγοντας, τριακοστὴν, id est, *ab iis qui suis ex provinciis frumentum exportent, trigesimam exigit*, supple *partem*. *exigere.*

XXI.

Sexto, διαπέπρακται, absolute pro *actum est*; præcedente nominativo casu. Plutarch. in Fabio, διανοηθεὶς (Annibal) ὡς πάσῃ τέχνῃ καὶ βίᾳ κινητέον ἐστὶν εἰς μάχλω ὁ ἀνὴρ, ἢ διαπέπρακται τὰ Καρχηδονίων. *Statuens omni arte ac vi pertrahendum in certamen Fabium, aut de rebus Carthaginiensium actum esse*: Gallice, *ou autrement, que les affaires des Carthaginois estoient faictes*: vel, *que c'estoit fait des affaires des Carthaginois.* διαπέπρακται, *actum est.*

XXII.

Verbum προσποιεῖσθαι, id est, *simulare*, ἐλλιπτικῶς nonnunquam usurpatur; ita ut quod subauditur, ex antecedentibus intelligi debeat: Demosth. pro Corona: ὅρα, μὴ τούτων μὲ ἐχθρὸς ᾖς, ἐμοὶ δὲ προσποιῇ. (supple, ἐχθρὸς εἶναι) id est, *vide tu, ne horum vere sis inimicus, dum mihi te inimicum esse fingis.* προσποιεῖσθαι.

Idem

Idem ibidem adversus Æschinem, qui a liberalibus doctrinis imparatus cum esset, eruditi nomen & famam ambiebat: τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μὲν, ὥσπερ σοι, προσποιουμένοις δὲ ὑπ' ἀναιθησίας, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν, id est, *derelictis autem*, (id est, *ab omni doctrina imparatis*,) *cujusmodi es, qui tamen ea instructi præ stupore videri volunt, unum hoc superest, ut auditoribus suis, dum ita loquuntur, molesti sint, non tales esse videantur.*

SECTIO XI.

De Verbis συγκροτεῖν, συῤῥηγνύναι, συμφρονεῖν, τιθέναι, τίθεσθαι, τυγχάνειν.

REGULA I.

συγκροτεῖν, *conflare.*

Συγκροτέω, quod proprie est *complodo*, usus aliquot notandos habet. Primo, *quæcunque in unum coëunt, ac veluti compinguntur, atque conflantur*, συγκροτεῖσθαι *dici possunt.* Ita literæ plures syllabam in unam coëuntes, συγκροτοῦνται. Ita *consensus*, quem Tullius vocat *conspirantem* atque *conflatum*, συμπνέουσα, καὶ συγκεκροτημένη

τημένη ὁμόνοια dici possit. Ita δύναμιν, aut στρατείαν συγκροτεῖν, exercitum conflare. Ita σωωμοσίαν συγκροτεῖν, conspirationem conflare.

II.

Secundo, qui comparantur, instruuntur, & in aliquo diligenter exercentur, συγκροτεῖσθαι quoque dicuntur: Ita συγκροτεῖν τὸ πόλεμον, bellum instruere, aut conflare; συρρηγνύναι vero committere est. Hoc sensu dictum est a Demosthen. 2. Olynth. δόξαν ἔχουσιν, ὡς εἰσὶ θαυμασιοὶ, καὶ συνκεκροτημένοι τὰ τῦ πολέμυ, vulgo habentur egregii quidam milites, atque in re bellica plurimum exercitati.

συγκροτεῖν, exercere.

Sic τὸ πότον συγκροτῆσαι, egregie convivium instruere, simulque ad hilariter bibendum invitare: quod postremum sæpius dicitur, πότον συρρηγνύναι.

Huc pertinet illud Philonis, de vita Mosis, συνεκρότων ἄλλος ἄλλον, μὴ ἀποκάμνειν, id est, sese mutuo, ne deficerent, conjunctis vocibus excitabant.

III.

Συμφρονεῖν, ut obiter supra Cap. V. Sect. 7. Reg. 11. monui, cum universe significet, aliquid secum animo reputare, conjicere.

συμφρονεῖν de sensu oraculi

tare, aut etiam, *ratiocinando percipero*; tum vero peculiariter est, ex certo rerum ac πίστεων concursu, *de vera oraculi sententia probabilem ducere conjecturam, cum ante incertus omnino dubiusque penderes.* Vide sup. Cap. III. Sect. 6. Reg. 3. & Sect. 7. Reg. 11. hujus capit.

Plutarch. in Themistocl. ὡς κελευσθεὶς (Dodonæo quodam oraculo) πρὸς τὸν ὁμώνυμον τῷ Θεῷ βασιλέα, συμφρονήσαι πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμπεσθαι, id est, *quomodo, jussus cum esset, ad aliquem Deo cognominem proficisci, re tandem expensa intellexerit, se ad illum mitti.*

συμβαλεῖν καὶ συμβάλλεσθαι τὸ λόγιον,

Dicebant etiam συμβαλεῖν, & συμβάλλεσθαι τὸ λόγιον, vel μάντευμα, *oraculi mentem conjicere, vel percipere.* Pausanias in Messenic. οἱ μάντεις ἀπείρως εἶχον συμβάλλεσθαι τὸ εἰρημένον. *Vates oraculi mentem assequi non poterant.* Vide Reg. 15.

IV.

τίθεσθαι, *assentiri cum dativo.*

De verbis τιθέναι, & τίθεσθαι, notanda sequentia. Primo, τίθεσθαι cum dativo casu idem est, quod προστίθεσθαι, vel καταθίθεσθαι, vel συγκαταθίθεσθαι, id est, *assentiri.* Chrysostom. 2. ad Thessalonic. 2. οἱ μὴ τῇ πνεύματι τῷ χάριν

χάειν φασὶν, οἱ δὲ τῷ Ῥωμαϊκῷ ἀρχῷ, οἷς ἔγωγε μάλιστα τίθεμαι, id est, *alij Spiritus gratiam esse volunt, alij Romanum imperium, quibus ego maxime assentior.*

Eodem sensu accipi videtur, τὸ κατακοσμεῖσθαι, cum præpositione, quod proprie *componi ornarique* significat. Plutarch. in Fabio, p. 191. οἱ δ' ἄλλοι προσετίθεντο, καὶ κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην, ὑπὸ μεγέθους αὐτοῦ καὶ δυνάμεως, id est, *cæteri vero, summa ejus auctoritate, potentiaque compulsi, ad ejus sese voluntatem adjungebant.* καθακοσμεῖσθαι.

V.

Secundo, τίθεσθαι cum accusativo, est *moderari ac regere*, μεταχειρίζεσθαι, vel διατίθεσθαι. Xenophon Memorab. 1. ἄξιον καὶ τὴν φρόνησιν, τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι, id est, *existimandum est prudentiam, universa, prout ipsi libuerit, moderari.* Hinc αὐτεξουσίως, vel αὐτοκρατορικὰς τὸν πόλεμον τίθεσθαι, id est, *summa cum potestate bellum administrare.* τίθεσθαι, *cum accusativo, moderari.*

VI.

Tertio, τιθέναι, vel τίθεις, apud Dialecticos, idem fere est, quod λαμβάνειν, τιθέναι *vel* τίθεσθαι, *pro*

confesso sumere. ἑάνειν, *sumere*, vel ὑποτίθεσθαι, quod barbari *supponere* dicunt; Tullius vero *ponere*, id est, quasi *pro confesso sumere*. sed τιθέναι, fere adjunctum habet εἶναι, quod τίθεσθαι respuit: ut οἱ τὸ κενὸν τιθέμενοι, *qui vacuum esse volunt.*

τίθεσθαι τὴν ἀγῶνα, *certamen instituere.* Quarto, τίθεσθαι τὴν ἀγῶνα, *certamen instituere*, vel *edere*. Gregorius de Martyre, ὃ θεὸς τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τῆς εὐσεβοῦς τόνδε τὸν ἀγῶνα τιθέμενον, *non pro pecunia, sed pro pietate hoc certamen edens*, aut *committens.*

VII.

τίθεσθαι, *ducere.* Quinto, τίθεσθαι, est *existimare ac ducere*: qua in significatione aliquando jungitur cum οὐδὲν & ὀλίγου, vel πολλοῦ, nam παρ' ὀλίγου τίθεσθαί τινα, est *aliquem nihili facere*: οὐδὲν πολλοῦ vero, id est, *plurimi.* Aliquando cum solo accusativo: ut δεύτερόν σε τίθεμαι τῶν φίλων, id est, *secundum tibi locum inter amicos tribuo.* Quo modo sæpe δεύτερον sequitur genitivus, tuncque δεύτερον τίθεσθαι, est *posthabere*: ut δεύτερον χρὴ τίθεσθαι τῆς φρονήσεως τὴν ὑγίειαν, id est, *posthabenda est prudentiæ corporis valetudo.* Sic μέγα, vel σμικρὸν τίθημι, vel τίθεμαι τόδε τὸ κέρδος, *magnum vel exiguum hoc lucrum duco.* Frequentissime

sime cum præpositione ἐν, & dandi casu: ut ἐν ὐδενὸς μέρει, vel ἐν ὐδενὶ λόγῳ, vel ὑπολόγῳ τίθεσθαι, *nullo in numero vel loco habere.* ἐν καλῷ, vel αἰσχρῷ τίθεσθαι, *honestum vel turpe ducere.* ἐν σπουδῇ τίθεσθαι, *studio dignum ducere.*

VIII.

Sexto, τιθέναι, vel τίθεσθαι, est *tribuere, assignare*; qua in acceptione duobus fere modis usurpatur. Primo cum accusativo rei, quam tribuit, & genitivo rei vel personæ, cui tribuit. Demosthenes Olynth. 1. τὸ πολλὰ ὑπολωλεκέναι καὶ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως, id est, *quod multa hoc bello amiserimus, id inertiæ nostræ jure ac merito tribuatur.* τιθέναι vel τίθεσθαι, *tribuere.*

Secundo, cum duobus accusativis. Demosthen. ibid. consequenter; τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφιλωέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τῶν ἀντιπροπον, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἄν ἔγωγε θείλω: id est, *quod autem nec idem ante nobis evenerit, & quædam belli societas his calamitatibus æqualis subito extiterit; id vero ipsorum erga nos amoris beneficio tribuendum censeo.*

IX.

Octavo, τιθέναι, cum præpositione εἰς τιθέναι

cum præp. εἰς, & acc. εἰς, & accusativo casu, redditur per verbum affine huic accusativo. Nam τιθέναι εἰς ὀργὴν, id est, ὀργίζεσθαι, *irasci*: τιθέναι εἰς μνήμην id est, μεμνῆσθαι, *meminisse*: τιθέναι εἰς εὔνοιαν, id est, εὔνουν ὑπάρχειν, *bene velle*. Demosthen. pro Coron. ἀλλ' ὃ τίθεται ταῦτα παρ' ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην, ἐφ' ἧ προσῆκεν ὀργὴν, id est, *verum ista vos diligenti recordatione, quaque par esset iracundia, non prosequimini.*

X.

τίθεσθαι ὅπλα. Τιθέναι vel τίθεσθαι τὰ ὅπλα, verbatim, *ponere arma*: (qua de phrasi apud Lexicographos vix quicquam reperias) nonnulli sumi posse putant, pro ὅπλα καταπίθεσθαι, vel ἀποτίθεσθαι, Gallice, *mettre bas les armes*. Quam acceptionem ipse quoque Thucydidis Scholiastes probat. Mihi nondum locus occurrit, in quo ita proprie sumi credam, nisi qui armati consistunt, nec tamen re ipsa pugnant, ii proprie arma dicantur abjicere. Quatuor præcipue modis usurpari reperio, quorum tres postremi communi quodam ex fonte manant.

XI.

Aciem Primus est, pro τάξιν, vel τάξεις, id

id est, *aciem instruere*, vel *instrui*, Gallice, *mettre ses gens en ordinance*, ou *se mettre en ordonnance* : non tam ad certamen ineundum, (quod potius παρατάττεσθαι, vel ἀντιπαρατάττεσθαι, vel παράταξιν εὐτρεπίσαι, diceretur:) quam vel πρὸς ἐπίδειξιν, *pour faire monstre* (Plutarch. in Pomp. ἐξοπλίζειν, καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν,) vel ad securitatem, dum verbi causa bellicum habetur concilium, aut urgente hoste milites Imperator alloquitur. Xenoph. expedit. lib. 7. pag. 395. Εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖτε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει ὡς τάχιστα : *Hæc si expetitis, jam jam armati ordine consistite* : ubi Xenophon Imperator vagos & inordinatos milites alloquitur. Et paulo post, τοὺς ἄλλους ἐκέλευσε ταῦτα παρεγγυᾶν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα. *Alios* (Duces) *jubebat eadem ad suos cohortatione uti, ac milites ordinare.* Qui sensus ex sequentibus elicitur; subjungit enim de militibus, οἱ δὲ αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν ταττόμενοι, &c. *Illi autem sese ultro ac sponte ordinantes.* Tum infert, ἐπεὶ δὲ ἔκειτο τὰ ὅπλα, verbatim, *postquam arma jacuerunt* : id est, *postquam ordinata acies, & quieta constitit.* Thucydid. lib. 2. καὶ ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ, εἴ

instruere.

κεῖσθαι τὰ ὅπλα.

τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν, ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα· *Edixitque Præco, qui ex Patriis Bœotorum omnium institutis, in belli societatem venire vellent, ii ut secum in armis consisterent, qu'ils se rengeassent ave eux en armes*: non ut Interpres, *apud ipsos arma poneret.* Melius Scholiast. σὺν αὐτοῖς ὁπλίζεσθαι. Idem lib. 8. καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασαν, id est, *armis instructi, & ordine collocati, concionem habuerunt.* Imminebat enim hostis.

Affini admodum sensu dicitur καθέζεσθαι, *sedere*; id est, *interquiescere, subsistere, faire alte.* Thucydid. lib. 2. καὶ καθεζόμενοι, ἔτεμνον, πρῶτον μὲν Ἐλευσῖνα: id est, *ibique subsistentes*, vel *castris positis, mox populari cœperunt, primum Eleusinem*: τέμνειν enim, *vastare* est, *populari, diripere*, idem quod δῃῶσαι, κακῶσαι, ἄγειν καὶ φέρειν.

Idem ibid. paulo post, καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ (id est, παρ' αὐτὸ, sub. χωρίον) στρατόπεδον ἐποιήσαντο· *ad illud* (supp. *oppidum*) *subsistentes, castra metati sunt*: unde καθέδρα, *obsidio, le siege*, vel *mora quæ in obsidione trahitur.* Ibid. ἐν ὀργῇ ὁ στρατὸς τὴν Ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ,

(id

(id est, διὰ τὴν καθέδραν) εἶχεν. *Archidamo iratus erat exercitus, ob longiorem obsidionis moram.*]

XII.

Secundus usus est, pro στρατοπεδεύεσθαι : vel καθ' στρατοπεδεύεσθαι, *castra metari :* (quod etiam στρατοπεδείαν ποιεῖσθαι, χάρακα βάλλεσθαι, aut καταβάλλεσθαι, aut τίθεσθαι, παρεμβάλλειν, aut παρεμβολὴν ποιεῖσθαι : Qui usus, inter cæteros Dionysio Halicarnass. perfamiliaris est. Lib. 5. pag. 311. Σέμβροι δὲ (Sabini) πλησίον αὐτῶν τὰ ὅπλα, id est, *juxta eos castrametati.* Thucydid. lib. 2. de Thebanis, qui Plateam invaserant, Σέμβων δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα : id est, *cum in foro armati constitissent, castra posuissent.* Quis ibi vertat, *arma ponere, cum hostilem urbem invaderent?* Scholiastes reddit, θωρακίσθαι, id est, *arma induere* : sed iis jam induti erant. *Castrametari.*

Tertius, præcedenti affinis ac geminus, pro *castra munire* potius quam *metari :* Gallice, *se fortifier.* Idem Dionys. lib. 8. pag. 549. ὀλίγοι στῖφος, εἰς ὄρος κορυφήν τινα ἀναβάμον, καὶ Σέμβρον ἐνταῦθα τὰ ὅπλα, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διέμεινε. *Exigua manus, conscenso montis jugo, & castris eo in loco munitis, sequentem ibi noctem exegit.* Et alibi Thucyd. *Castra munire.*

cyd. lib. 4. pag. 282. ὑπεχώρησαν πρὸς τ λόφον, κ ἔθεντο τὰ ὅπλα, *in collem se receperunt, ibique castra munierunt.* Ubi Scholiastes perperam explicare videtur, ἀπέθεντο. Idem lib. 8. pag. 620. εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ, κ ἔθεντο αὐτοῦ τὰ ὅπλα, id est, *urbem continuo petiere, ibique castra muniere.* ubi Scholiastes adhuc, ἀπέθεντο.

XIII.

Quartus usus est, cum secundo tertioque conjunctior, ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν, *obsidere* : Gall. *planter son camp devant une place.* Quo sensu Thucydides lib. 8. pag. 573. præpositionem cum accusativo adhibuit, πρὸς αὐτῷ τῷ πόλιν τ Μιλησίων, κρατοῦντες ἤδη, τὰ ὅπλα τίθενται, i. προσμιγνύουσι τῇ πόλ. *Ad ipsam Milesiorum urbem, jam victores castra ponunt.* Herodotus lib. 1. ubi de Pisistrato ab exilio redeunte, atque Athenas invadente, οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ἀπονέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, κ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. *Pisistrati exercitus, ad Pallenidis Minervæ templum pervenit, illudque castris positis obsidere cœpit.* ubi minus recte Interp. *altrinsecus arma posuerunt.*

Obsidere.

Eodem modo explicari possit, quod Dionysius Halicarnass. ait, πλησίον τ πολεμίων ὅπλα τίθεσθαι.

πολε-

XIV.

Καταίθεσθαι κλέος, δόξαν, εὐδοξίαν, & simil. *gloriam sibi comparare.* καταίθεσθαι τιμὴν, aut ζημίαν, *mulctam persolvere*; καταίθεσθαι χάριτας, vel χάριν τινὶ, est, ὀργὰς ἐπιφέρειν, vel ἤρα φέρειν; de quibus supra cap. 3. sect. 8. Reg. 15. i. *se ad alicujus voluntatem accommodare, vel ab aliquo gratiam inire.* At cum præposit. & accusat. καταίθεσθαι εἰς, vel πρός τινα τῶν χάριν, aut τῶν εὐεργεσίαν, *beneficium in aliquem conferre.* Sic καταίθεσθαι ὀργὴν ἔς τινα, Xenophonti, est *iram in aliquem effundere.* At σπουδὴν πρός τινα καταίθεσθαι, *studium in aliquem conferre.*

καταίθεσθαι κλέος &c. *gloriam &c. sibi comparare.*

XV.

Τυγχάνειν, inter alias, quandam *fortuiti* significationem involvit, in qua primo cum participio conjungitur. Herodot. lib. 8. ἔφη τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ: id est, *dixit se tum forte cum Demareto fuisse.*

τυγχάνειν.

Secundo, cum variis particulis: v. c. cum εἴ ποτε in Aoristo 2. indicativi. Aristoteles Ethic. 3. 8. καὶ εἴ ποτε ἔτυχεν, ἐκὼν νοσεῖ, id est, *quod si aliquando contingat, tum vero sponte morbo laborabit*

Tertio, cum εἰ solo, in Aoristo 2. optativi; nam εἰ τύχοι, est, *si ita ceciderit.*

derit, aut *cecidisset*, *contingeret.*

Quarto, cum ἄν, & Aorist. 2. optat. vel subjunct. Demosthen. Olynth. 2. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα, εἰς μὲ ἅπαξ, κὴ βραχὺν χρόνον ἀντέχῃ, κὴ ζρόῤῥα γε ἤνθησεν ὅπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχοι. *At quæ hujusmodi sunt, semel,* (*pour une fois*) *ac brevi tempore consistunt, & vero magnam fortasse de se spem concitant.*

Quinto, cum ἡνίκα, & ἄν, in eod. Aorist. 2. Demosthen. Olynth. 1. Τὰ μὲ εἴκων, ἡνίκα ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπῳλῶν, id est, *nunc quidem cedens, si res ita tulerit, nunc vero minitans.*

XVI.

Sexto, cum, ὅ, τι, & ἄν, in eod. Aorist. 2. nam ὅ, τι ἂν τύχῃ, est *quicquid forte contigerit*, vel *prout se aliquid forte obtulerit*, vel *quicquid in manus, aut in mentem venerit.*

Septimo, cum ὅ, ὅπῃ, ὅπῃ, & ἄν, in eod. Aorist. 2. utriusque numeri, id est, *ubilibet, quocunque in loco, ac sine ullo delectu*, ut ὐχ ὅπῃ ἂν τύχοι, ῥᾳδίως διέτριβεν, *non facile quovis in loco promiscue morabatur.* Dicitur etiam ὅπῃ, & ὅπῃ καὶ τύχῃ, vacante particula καί.

Octavo, cum ὁπόθεν, id est, *undelibet*, ut τὺς συμμάχυς ὁπόθεν ἂν τύχῃ συνεκρότησεν, *socios undelibet, undecunque potuit, collegit.*

Nono

Nono, cum partic. ὅπως, in Aoriſt. 2. indicativi, id eſt, *fortuito*, ac *temere*, ὅπως ἔτυχεν.

Decimo, cum ὁπότερον, vel ὁπότερα in Aoriſt. 2. indicativi, ſignificat, *id quod æque poteſt eſſe, ac non eſſe*; aut vice verſa, maximeque apud Philoſophos.

XVII.

Aliquando, *tritum, aliquid, commune, obvium*, ac *vile*, ſignificat: tuncque ſæpiſſime participium uſurpatur, vel ſimplex vel compoſitum ex præpoſitione ὅτι, v. c. ὅτι ἔστιν εἷς τῶν τυχόντων vel ἐπιτυχόντων, hoc eſt, τῶν εὐτελῶν, καὶ ἀπερρίμμενων: *non eſt unus e populo, non vilis & contemptus aliquis.* Rarius dicitur eodem ſenſu, ὧν ἔτυχεν. Demoſth. pro Corona; ὁ γὰρ ὢν ἔτυχεν, ὢν, *nec enim erat unus e vulgo.*

XVIII.

Τυγχάνειν, cum genitivo, eſt *ſortiri*, tam in bonam, quam in malam partem. In bonam, ut τυγχάνειν τοῦ δικαίου, *jus ſuum obtinere.* Quod etiam dicunt, ἁπλῶς, ſine genitivo expreſſo. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 3. ἵνα μηδετέρα πολέμου ἀρχὴν, (*Albanorum & Romanorum urbes intelligit*,) ἡ δὲ ἐκαλεῖτο ὅ, τι δήποτε ἀδίκημα, δικάζῃ μηδὲ τοῖς ἀδικοῦσιν· εἰ δὲ μὴ τυγχάνῃ, τότε τὴ ἐξ ἀνάγκης ἐπιφέ- τυγχάνειν, *ſortire.*

ἐπιφέρῃ πόλεμον. *ut neutra bellum incipiat, (sed utravis accepta qualibet injuria quereretur, ea judicio apud injuriæ auctoros experiatur: quæ si jus suum non obtineat, tum necessarium denique bellum inferat.* In malam vero partem: dicunt enim τυγχάνειν τ᾽ ὀργῆς, *iram subire alterius*: τυχεῖν φθόνου, *in invidiam adduci*: τυχεῖν ζημίας, *mulctam subire*: τυχεῖν τιμωρίας, *pœna mulctari*: Plato in Gorgia, ἀθλιώτερος μέν, ἐὰν μὴ δίδῳ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ὁ ἀδικῶν. *miserior quidem fuerit auctor injuriæ, si pœnas non dederit, atque omne supplicium effugerit.* τυγχάνειν μέμψεως, & κατηγορίας, *reprehendi & accusari.* Vide quæ supra diximus in ἀπολαύω. Sect. 4. 8.

XIX.

Ἐπιτυγχάνειν, absolute sumitur, pro εὐστοχεῖν, id est, *conjectura assequi, rem tangere*, vulgo, *rencontrer*. Plutarch. in Pericle, 155. a. ubi loquitur de ostento quodam explicando: ἐκώλυε δ᾽ ὁ δαίμων, οὐ τὴν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, οὐδὲ τὸ μάντιν· τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐπιλαμβάνοντος. *Fieri autem poterat, uti & Physicus, & Vates rem attingerent:* (Gallice, *rencontrassent bien*:) *altero rei causam, altero finem assignante.* Est enim hic ἐπιλαμβάνειν, *accipere*, id est, *interpretari, assigna-*

assignare. Quo modo, etiam δέχεσθαι & ἐνδέχεσθαι, aliquando sumuntur. Ex quo illud Polybii citatum a Suida, ὡς ὀρθῶς τὰς ἡμετέρας ἐνδέχῃ λόγους, id est, νοεῖς, ὑπολαμβάνεις, uno verbo, παραινεῖς. Galli ad verbum eleganter, *vous ne prenez pas bien nos paroles.*

SECTIO XII.

De Verbis ὑπάρχω, & ὑποτίθημαι.

Regula I.

Ὑπάρχω, præter vulgatam acceptionem, nonnullas habet observatione dignas. Primum enim absolute, pro *auctorem esse, incipere, initium dare*, tam in bonam, quam in malam partem. Quo in sensu, quinque fere modis usurpatur.

Primo, per se solum, ac sine ullo casu. Demosthen. contra Neæram, ἐγὼ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρήσομαι, ἀγωνιεῖμαι τ' ἀγῶνα τοῦτον: *Ego non auctor, sed ultor injuriæ, hac in causa & actione versabor.* Itaque τῷ ὑπάρχειν, in malam partem opponuntur, τὸ ἀμύνεσθαι, τὸ τιμωρεῖσθαι: in bonam vero, τὸ ἀνθευποιεῖν, ἀνθευεργετεῖν, id est, *beneficium reponere*: in utramque, τὸ ἀμείβεσθαι, τὸ ἀνταμείβεσθαι,

ξεσθαι. Thucydid. lib. 2. in malam partem, δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμυνέσθαι, οἷς πέρ ξ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν, id est, *aequum statuentes injuriam eodem modo reponere, quo Lacedaemonii priores fecerant.*

II.

Secundo, jungitur cum genitivo, beneficium aut injuriam significante, & praepositione πρὸς, vel εἰς, cum accusativo personae. Plutarch. Pomp. πάλαι δεόμενος χρείας τινὸς ὑπάρξαι, ἢ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτὸν, id est, *cum pridem optaret, eum sibi priore quadam opera beneficioque demereri.*

ὑπάρξαι χάριτος vel ὕβρεως.

Tertio, cum genitivo rei, & dativo personae: ut ὑπάρχειν τινὶ ἢ εὐεργεσίας, aut ὕβρεως: *aliquem vel beneficio, vel injuria provocare.*

Quarto, cum duplici accusativo; uno rei, altero personae, cum praepositione πρὸς, vel εἰς. Demosthen. de Falsa Legat. ὃς διὰ τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς, σπονδῶν ξ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίηθν, id est, *quos propter beneficia, quibus vos priores affecerunt, libationum & poculorum participes esse voluistis.*

III. Quin-

III.

Quinto, cum accusativo rei, & dativo personæ: Æschin. de Falsa Leg. τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε Ἀμυντᾳ τῷ Φιλίππου πατρὶ, id est, *beneficia quæ priores in Amyntam Philippi patrem contulistis.*

Sexto, cum participio, *beneficium* aut *injuriam* significante. Xenoph. lib. 5. de Cyri expedit. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποτε ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες: *nec enim ulla vos unquam injuria priores affecimus.* Sic ὑπῆρξα καλῶς, vel εὖ ποιῶν, *beneficio prior affeci.* Porro, quicquid hic de ὑπάρχω dictum est, de composito προϋπάρχω dictum puta.

IV.

Secunda acceptio, τὸ ὑπάρχειν, est ὑπάρχειν, *favere, adesse, stare a partibus alicujus, favere.* cum dativo casu. Demosthen. de Falsa Legat. φίλος ὅστις, ἐὰν μὲν ἐκφύγῃ νυνὶ, καθ' ὑμῶν ὑπάρξων ἐκείνῳ, id est, *liquet eum, si hoc judicium effugerit, contra vos illi adfuturum esse.* Xenoph. lib. 5. de expeditione Cyri: ubi Timasio milites alloquens & profectionem illis suadens: καὶ ὑπάρξει ὑμῖν (inquit) ἡ ἐμὴ πόλις, ἑκόντες γάρ με δέξονται, *vobis etiam prasto erit civitas mea; siquidem me liben-*

ter excipient. Gallicus idiotismus non abludit, *je ſuis à vous.*

Tertia acceptio, ἀντὶ τῦ εἶναι, quæ cum vulgaris eſt, tum præcipue notanda cum gignendi caſu. Xenoph. lib. 5. Memorabilium, ſub finem, ἀλλὰ καὶ παιδείας δεῖν φημὶ τῷ ταῦτα μέλλοντι διωκήσειν, καὶ φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι, id eſt, *ſed etiam ei, qui ea poſſe voluerit, cum diſciplina opus eſſe, tum bona indole præditum illum eſſe oportere.*

V.

ὑπάρχει, *impersonaliter.*

Quarta acceptio hujus verbi eſt, ἔξεστι, *licet*, συμβαίνει, *contingit*, ἀνάγκη, *neceſſe eſt*, in qua, nonnunquam abſolute ponitur ſine ullo caſu. Plutarch. τότε δ' ἀναλαβεῖν τὸν στρατὸν καὶ διαναπαῦσαι οὐκ ὑπῆρξε, *tum exercitum recreare, & quiete reficere non licuit.* Thucydid. καὶ οἱ μὲν τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο, καὶ διὰ τάχους ἔθαπτον, ὥσπερ ὑπῆρχε, *mortuos extulerunt, ac ſubito ſepelierunt, prout licuit.* Sæpius cum dativo jungitur. Plato in Sympoſ. ὡς ὑπάρχον μοι χαριζομένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦσαι, ὅσα ποθ' ἔστιν ἐπίσταται, *tanquam liceret mihi, ubi hoc Socrati dediſſem, quæcunque novit, audire.* Æſchin. ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν, ἢ τεθνάναι, id eſt, *ipſi neceſſe erat, aut fugere, aut mori.* De par-

participio hujus verbi, vide cap. 6. de Participio. Sect. 4. reg. 9.

VI.

Verbum ὑποτέλλομαι, tribus præcipue modis usurpatur: Primo, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, *timere*, cum solo accusandi casu: Dinarch. τῆς ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλῆς, οὔτε τοῦ Δημοσθένους, οὔτε τοῦ Δημάδου δύναμιν ὑποτελαμένης, *Areopagitico Senatu, neque Demosthenis, neque Demadæ potentiam formidante.* ὑποτέλλεσθαι, *timere.*

Secundo, pro *submittere se*, aut *subsidere*, absque ullo casu. Philo de Mose, ἅμα τῷ ψυχῇ εὐλαβὴς ὢν ὑπετέλλετο, *cum animo modestus esset, ultro se submittebat.* ὑποτέλλεσθαι, *submittere se.*

VII.

Tertio, ἀντὶ τοῦ ὑφίεσθαι, vel καθυφίεσθαι, id est, *remittere aliquid de contentione, relevius aliquid facere, & quasi se ad vincendum facilem præbere.* Quo sensu aliquando jungitur, cum accusativo, idque duobus præcipue modis. ὑποτέλλεσθαι, *remittere.*

Primo, ita ut solus sit accusativus: *Cum* ut Isocrat. de Pace, οὐδὲν ὑποτελάμενος, *accusat.* μέλλω πανεῖσθαι τοὺς λόγους, *Ita dicam, ut solo nihil omnino remittam, aut dissimulem.*

Secundo, ita ut sequatur πρός, quæ *Cum eo-*

dem sequente πρός.

modo significet *contra* vel *cum*, modo κατὰ, vel ἐν. *contra*, Demosthen. de Falsa Legat. ὡς πρὸς πεπρακότας ἑαυτοὺς, καὶ ἀνοσιωτάτους ἀνθρώπους, μηδὲν ὑποστειλαμένους, *utpote adversus homines, qui seipsos vendidissent, adeoque sceleratissimos, nihil omnino remittente.* Κατὰ vero, Idem adversus Midiam, οὐκ ἔστι δίκαιον, τῷ τοῦ παθόντος ἐυλάβειαν, τῷ μηδὲν ὑποστειλαμένῳ πρὸς ὕβριν, μικρὰν εἰς σωτηρίαν ὑπάρχειν, *Æquum non est, ut ejus qui injuriam passus est modestia, ei qui nihil in eadem inferenda remiserit, aliquid ad salutem conferat.* Hoc modo Patronus in causa prævaricans, atque ἐξελοιπὼν, ὑποστέλλεσθαι dicitur.

VIII.

Cum genitivo.

Aliquando cum solo genitivo, ut ὑποστέλλεσθαι τῆς παῤῥησίας, *aliquid de fiducia remittere*: ὑποστέλλεσθαι τῆς ὕβρεως, *minus atrocem in injuria facienda se præbere.* Aristot. in Problem. διὰ τί ὑγιεινὸν, τὸ τῆς τροφῆς ὑποστέλλεσθαι; *quare ad sanitatem conducit, cibi parciorem esse?* Sic Gregor. Nazianz. dicebat, apud Hæreticos, τὸν Υἱὸν ὑποστέλλεσθαι τοῦ Πατρὸς, *Filium Patre inferiorem esse*: Itemque, τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, *Spiritum sanctum Filio.*

Ali-

Aliquando denique, cum præpositione περὶ, & genitivo casu: Demosth. et Olynth. 1. ἐμοὶ δοίμαί γε δεῖν, τῷ ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοπεῖν, ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι, *sed minime decere arbitror, propriæ salutis causa, quicquam in iis, quæ vestra interesse putem, prævaricari.* *Cum genitivo & περί.*

Tertio, quemadmodum ὑποστέλλειν, aliquando est *subducere*, aut *detrahere*: ita ὑποστέλλεσθαι, *subduci*, aut *detrahi*: tuncque conjungitur etiam cum gignendi casu. Sic apud Aristotel. ὑποστέλλεσθαι τῶν ἀγαθῶν, aliquis dicitur, *cui bonorum aliquid subtrahitur.* Sic ὑποστέλλομαι τῆς ἀξίας, *aliquid mihi de mea dignitate detrahitur*: quanquam ita quoque reddi potest, *remitto aliquid de mea dignitate*: ὑποστέλλομαι τῆς δυνάμεως, *potentia mea remittitur*, vel *remitto aliquid de potestate.* *Subducere.*

SECTIO XIII.

De Verbis φαίνομαι, φέρω.

Regula I.

DE Verbo φαίνομαι, duo solum tirones moneo. Alterum est, φαίνεται, *constat.*

non minus sæpe verbo illo significari, *liquere*, *constare*, *manifeste comperiri*, *ac teneri*, quam *apparere*, aut *videri*. Apud Demosth. passim, ut Olynth. 2. τοῦτ' ἐκεῖνον, ὅσῳ μὴ ἀληθὲς ὑπάρχει, φανερὸν φάνειεν, id est, *tum ut illum nequam esse, quod utique verum est, omnes perspicue videant*. Item pro Corona, εἰ δέ τις τούτων τινὰ κωλυτὴν φανεῖται: *Sin aliquem existere, qui hæc impediret, oportebat*. Idem ibid. ἐκ ἀπιστῶν ὑμῖν ὡς γέ μοι φάνεται, id est, *non quod fidem vestram suspectam haberet, ut mihi omnino constat*.

ἐξετάζεσθαι, *certis argumentis deprehendi*.

Affinis est significatio τοῦ ἐξετάζεσθαι, id est, *certis argumentis deprehendi*, tam in bonam, quam in malam partem. In bonam, Demosthenes pro Corona, ἐγὼ λέγων, ἐγὼ γράφων ἐξεταζόμην τὰ δέοντα ὑπὲρ ὑμῶν, ἐν αὐτοῖς τοῖς φοβεροῖς, *videbant me omnes, in mediis etiam periculis, quæ essent e republ. dicere tum, atque decernere*. In malam vero, Idem ibid. ὅσῳ ἂν φαυλότατ' ποιήσητε, τοῦτο πεποιηκὼς ὅτι τοῖς συμβᾶσιν ἐξήτασται, *quod pessimus quisque faceret, id te manifesto rerum exitu fecisse constat*: id est, ἐξελήλεγξαι.

II.

Alterum est, peculiari quadam ratione apud Plutarch. in Aristide dici, φαίνεσθαι τὰ ἱερὰ, pro καλλιερεῖν, id est, *litare*. Locus est pag. 329. e. ταῦτα τοῦ Παυσανίου θεοκλυτοῦντος, ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον, *Cum ita Numen Pausanias obsecraret, læta cum precibus exta simul apparuerunt, & victoriam aruspices prædixerunt*, qui videlicet pluribus ante sacrificiis litare non potuerant. Cætera dabunt Lexica. φαίνεσθαι τὰ ἱερὰ, *litare*.

III.

De verbo φέρειν, observa quæ sequuntur. Primo, usurpatur interdum pro *pertinere*, aut *interesse*: ut apud Platonem: πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, *quæcunque ad beatitudinem pertinent*, aut etiam, *ducunt*: Nam Tullius quidem ita vertit, *omnia quæ ad beate vivendum ferunt*. Sic apud eundem Platon. 5. de Republ. μέγα καὶ ὅλον φέρειν εἰς πολιτείαν: id est, πάνυ καὶ πάντως τῆς πολιτείας διαφέρειν, *plurimum, aut omnino, reipublicæ interesse*: Μέγα γάρ τοι φέρειν, inquit, οἰόμεθα, καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν, ὀρθῶς, ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον, id est, *id enim, seu bene, seu male fiet, permagnè arbitramur, imo penitus interesse rei-* φέρειν, *pertinere*.

publicæ: Gallice, *qu'il importe de beaucoup, voire du tout.*

IV.

Moleste ferre.

Secundo, ut Latini dicunt, *moleste ferre*, & simil. sic Græci, χαλεπῶς φέρειν: hoc discrimine, quod tunc φέρειν, non tantum jungatur cum accusativo, ut Latine, sed etiam cum dativo & præpositione ὅτι. Plutarch. Pomp. ὅτι τούτοις εἰσηνεχθείσην εἰς τὰς πόλεις, χαλεπῶς ἔφερον οἱ πρῶτοι, id est, *hæc in vulgus emanasse viri principes moleste ferebant.* Imo, quod rarius videtur, cum solo dativo. Xenophon lib. 1. de expedit. Cyri. ἄνδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. *Nolite mirari, me præsentem rerum statum moleste ferre.* Idem Histor. Græc. 5. πράγματα δ' ἔχοντες, καὶ παρέχοντες, χαλεπῶς ἔφερον τὸν πόλεμον, id est, *cum vicissim & vexarentur ab aliis, & alios vexarent, bellum illud moleste ferebant.*

V.

φέρειν νύκτα, noctem diemve ferre

Tertio, φέρειν νύκτα, vel ἡμέραν, *noctem diemve ferre*, id est, *traducere*: διανυκτερεύειν, διημερεύειν. Plutar. in Alex. post Cliti cædem, ἐπεὶ δ' οὔτ' τὸν τε νύκτα κακῶς κλαίων διῆγε, καὶ τὸν ὅλην ἡμέραν,

ραν, ubi autem & noctem illam, & diem consequentem fœdo ejulatu traduxissent. De participio φέρων, vide cap. 6. de Participio. Sect. 2. Reg. 5.

VI.

Quarto, imperativus φέρε, adhortantis est, ut *age* apud Latinos, idque vel solum, vel cum ἄγε, vel cum aliqua ex sequentibus particulis, pro sensus diversitate usurpandis, δὴ, ἂν, τοίνυν, *igitur*; δὲ, *vero*, γὰρ, *enim*, νῦν, *nunc*, & similibus, ut, φέρε ἴδω, ἐπανερχώμεθά ποτε, ὅθεν ἐξέβημεν, *Age vero, tandem eo redeamus, unde digressi sumus.* φέρε, *age*.

VII.

Quinto, idem imperativus cum infinitivo εἰπεῖν, redditur, *verbi causa, exempli causa, ut ita dicam*, quod alias uno verbo dicitur οἷον: tuncque si sequitur nomen aliquod, in eodem casu poni debet quo præcedens, si ad illud utrumque referatur: ut ἥδε ἡ γνώμη πάντων ἄρα τῶν Φιλοσόφων ἐστὶν, φέρε εἰπεῖν, τοῦ Πλάτωνος ἐν Κρατύλῳ, *hæc sententia Philosophorum plane omnium est, verbi gratia, Platonis in Dialogo, qui Cratylus inscribitur.* Alias φέρε εἰπεῖν, absolute periodum inchoare posset, ut apud φέρε εἰπεῖν, *verbi causa.*

Latinos, *exempli gratia*, vel *enimvero*: ut φέρε εἰπεῖν, σχεδὸν ὅσοι φιλομαθεῖς, ἔτοι γε πολυμαθεῖς: id est, *exempli gratia*, *studiosi prope omnes docti evadunt*. Atque ita φέρε εἰπεῖν, per modum adverbii usurpatur: nec ulla ratio accusativi casus habetur, qui verbo activo alioqui deberetur.

VIII.

φέρε εἰπεῖν, *initio periodi.*

Sexto, eædem voces, φέρε εἰπεῖν, initio periodi, rarius quidem, aliquando tamen transitionibus serviunt, reddique possunt, *at enim*, *at forte*, *sin vero*, & simil. ac fere cum ἀλλά. Dionysius Halicarnass. lib. 4. ubi Servius Tullius, refutatis criminibus aliis, quæ sibi a Tarquinio objici potuissent, ita pergit, φέρε εἰπεῖν, ἀλλὰ ὑπερήφανός εἰμι, καὶ διὰ βαρύτητα ἐπαχθής, &c. *At fortassis arrogans sum, & propter morum acerbitatem gravis ac molestus*: vel *an vero? an forte?*

IX.

φέρε, *sine* εἰπεῖν.

Septimo, quod non minus rarum est, φέρε solum, accipi nonnunquam videtur, pro φέρε εἰπεῖν, id est, *verbi gratia*. Sic omnino sumitur apud Euseb. Præpar. 3. p. 120, novæ editionis, tit. 8. ἡυλό-

εὐλόγως τῆς ἀναισχυντίας ἐπιμεμψάμενος τοῖς, φέρε, τὸν ἥλιον αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀπόλλω, καὶ πάλιν τὸν Ἡρακλέα, καὶ αὖθις τὸν Διόνυσον, καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν ὁμοίως ἀποφηναμένοις, id est, *jure homines istos impudentiæ arguens, qui unum eundemque Solem, verbi causa,* (vel, *ut hoc præcipue seligam*) *non Apollinem modo, sed etiam Herculem, & Bacchum, & Æsculapium esse statuerunt.* Rursus lib. 6. p. 247. b. καὶ νοῦς, ὁ φρονήσεως οἰκεῖος, ἀφραίνει πολλάκις κατά τι συμβεβηκὸς, παρατραπεὶς ἐν ὑπερβαλλούσαις, φέρε, σώματος ἀῤῥωστίαις, id est, *& mens illa, cujus propria prudentia est, aliquo persæpe casu delirat, dum eam, exempli causa, graviores corporis morbi sua de sede movent.*

X.

Passivum φέρομαι, cum adverbiis καλῶς, κακῶς, & similibus, id est, *bene*, aut *male mecum agitur*, ut Gallice dicitur, *je me porte bien, je me porte mal.* Plutarch. Alcibiad. Ἐκ δὲ τούτου κακῶς φερομένῳ τῷ Νικίᾳ, παρῆσαν πρέσβεις ἀπὸ τῆς Λακεδαίμονος. *Exinde Niciæ adversa utenti fortuna, sistunt se legati ex Lacedæmone.* Thucydidi, εὖ φερόμενος ἐν στρατηγίαις dicitur, *cui munus imperatorium bene cedit.*

φέρεσθαι καλῶς, *bene agi.*

SECT.

SECTIO XIV.

De Verbis φθάνειν, χωρεῖν, & ἐγχωρεῖν.

REGULA I.

φθάνω. VErbum φθάνω, fere cum participio jungitur, quod infinitivi loco est: Ac primo idem significat, quod significaret verbum illud solum, cujus participium annexum habet: ut ἔφθην κάλλιστον τὸν δρόμον διαδεγμὼν, id est, διέδραμον, *præclarum cursum absolvi.*

II.

Antevertere. Secundo, significationem suam retinet *occupandi & antevertendi*, sic ut reddi possit per adverbium *prius*, vel nomen *prior*: ut ἀξιέπαινός ἐστιν, ὅστις ἂν φθάσῃ τὸν φίλον εὐεργετῶν, id est, *laude dignus est, qui amicum beneficio prior afficit.* Quo sensu interdum, at raro, cum infinitivo jungitur. Sic Livius lib. 1. *Fidenates occupant bellum facere*, φθάνουσι πολεμοῦντες, vel πολεμεῖν.

III.

III.

Tertio, cum infinitivo, significat ut plurimum, idem quod ἔχω, id est, δύναμαι, *possum*. Philo de Legat. ad Cajum, ἐ γὰ φθάνει συγκαβαίνειν ὁ λόγος πρὸς τὸν ἄψαυστον, καὶ ἀναφῆ πάντη Θεὸν, id est, *nec enim potest ratio* (vel *oratio*) *ad Deum, qui nulla ratione tangi queat, aspirare.* *Possum, cum infin.*

IV.

Quarto, præcedente negatione οὐκ, & sequente καὶ, in alio membro, significat idem quod ἅμα καὶ, in diversis membris, (de quibus postea dicemus in adverbio Cap. 7. Sect. 2. Reg. 5.) id est, *ut primum, continuo:* ut οὐκ ἔφθη ἐλθὼν, καὶ τὴν φιλοτιμίαν ἐνεδείξατο, id est, *ut primum venit, continuo honoris cupiditatem, qua flagrabat, ostendit*: Quo item sensu, rarius licet, aliquando tamen cum infinitivo conjungitur.

V.

Quinto, in optativo præcedente eadem negatione, cum particula ἄν, significat aliquando, plane id futurum, quod participio significatur; idque affirmando, licet constructio sit negati-

va:

va: ut οὐκ ἂν φθάνοι τῆς κακουργίας τίσιν ἀποτίνων, id est, *nunquam effugiet pœnam sceleri suo debitam.* Sic οὐκ ἂν φθάνοι ἀποθνήσκων, id est, *mortem nunquam effugiet.* Dio Chrysost. orat. 12. εἰ δὲ ὑμῖν ὑπαίτιός εἰμι τοῦ σχήματος, οὐκ ἂν φθάνοιτε Ὁμήρῳ πρότερον χαλεπῶς ἔχοντες. *Quod si ejus formæ causa,* (supp. qua Jovem expressi, Phidias enim loquitur:) *reus apud vos fuero, prius omnino vos Homero infensos esse oportebit.* Qua constructione reddi aliquando potest, *jam jam, illico:* ut οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων, id est, *jam jam audies.*

VI.

Sexto, eadem significatione, qua res omnino futura significatur, interdum subintelligitur participium ex priori membro repetendum: ut obsecranti alterum, ὡς τἀληθὲς εἰπεῖν ἂν βούλοιτο, id est, *verum ut dicere velit:* respondere alter possit, οὐκ ἂν φθάνοιμι, id est, *ego vero id omnino faciam:* ubi subintelligendum est, τἀληθὲς εἰπών.

VII.

Aliquando, οὐκ ἂν φθάνοιμι, contraria significatione est, *nunquam voti compos esse potero:* ut οὐκ ἂν οὑτωσὶ φθάνοις τὴν

Ἑλ-

Ἑλλάδα μεμαθηκὼς, id est, *nunquam hoc modo linguam Græcam perdiscere poteris*: ubi aliquando etiam subintelligendum est superius aliquod participium: ut εἰ μέλλεις ἅπασιν ἀρέσκειν, οὐκ ἂν φθάνοις, supple ἀρέσκων: id est, *si omnibus placere coneris, nunquam voti compos eris.*

VIII.

Verbi χωρεῖν, & compositi ἐγχωρεῖν, hi potissimum usus observandi sunt. χωρεῖν, καὶ ἐγχωρεῖν.

Primus est, simplicis χωρεῖν, cum præpos. διὰ & gignendi casu: idque vel proprie, ut διὰ ξίφους καὶ φόνου χωρεῖν, *per ferrum ac cades viam moliri, erumpere*: vel metaphorice, ut apud Philon. de Legat. ad Cajum, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνητο Γαΐου, δι' ὑποψιῶν κεχωρηκὼς ἀνηκέστων, *summotus ac depulsus Cajus fuisset, qui gravissimas in suspiciones venerat.* χωρεῖν cum διὰ gen.

Secundus cum præpos. ἐπὶ & accusandi casu, id est, *procedere, succedere*: ut ἐπὶ τὸ βέλτιον χωρεῖ τὰ πεπραγμένα, *res succedelatiore cursu feruntur.* Quo sensu crebro jungitur cum πολύ, πλεῖον, πλεῖστον, ac fere genitivo sequente: ut ἐπὶ πλεῖστον τῆς παιδείας χωρεῖν, *plurimum in eruditione proficere*: χωρεῖν ἐπὶ πλεῖστον δυνάμεως, *ad maximam potentiam pervenire.* Cum ἐπὶ & acc. *res succedelatiore cursu feruntur.*

IX.

IX.

In hostem ferri.

Tertius est, *militaris* ac *bellicus* pro *in hostem ferri*, vel cum præpositi. ὅπι, aut πρὸς, & accusandi casu: vel cum adverbio ὁμόσε, & dandi casu, ut ὁμόσε χωρεῖν τῷ πολεμίῳ. Plutarchus in Romulo, jungit cum ἐναντίως & εἰς ὅπλα, ubi de Romulo, ἐβούλετο μὲν εἰς τὰ ὅπλα χωρεῖν, τοῖς φεύγουσιν ἐναντίως, id est, *cupiebat fugientibus ex adverso armatus occurrere.* Quod etiam metaphorice dicitur, ὁμόσε χωρεῖν τῷ κινδύνῳ, *objicere se periculo:* ὁμόσε χωρεῖν τῇ ἐναντίᾳ φρονήσει, *cum eo, qui contrariæ opinionis est, collato pede contendere:* vel ὁμόσε ἰέναι, φέρεσθαι, γίνεσθαι, ὠθεῖσθαι.

X.

Capacem esse.

Quartus usus est, pro *capacem esse:* idque vel cum accusandi casu, ut apud Philon. de Legat. ad Cajum, μηδὲ τῆς ἡλικίας χωρούσης ἔγκλημα τοιοῦτον, id est, *cum ne ipsa quidem ætas ejusmodi crimen caperet:* vel (quod rarius est) cum

Posse.

infinitivo; tuncque χωρῶ, est *possum*; ut, οὐχ ἱκανῶς τὰ θεῖα νοῆσαι χωροῦμεν, id est, *divina satis intelligere non possumus.*

Quin-

Quintus est, cum impersonaliter sumitur, ut οὐ χωρεῖ γενέσθαι τοῦτο, id est, οὐκ ἐνδέχεται, οὐκ ἔχει φύσιν. id est, *non potest*, aut *non solet hoc fieri*. Quo sensu fere cum dandi casu jungitur, significatque *locum*, aut *facultatem non esse*, ut οὐ χωρεῖ μοι περιπατοῦντι, *mihi satis ad ambulandum loci non est*.

χωρεῖ, *non potest*, *non solet*.

XI.

At ἐγχωρεῖν, longe sæpius impersonaliter sumitur: idque, vel absolute: ut καθόσον ἂν ἐγχωρῇ, *quatenus licuerit*: aut cum infinitivo, præcedente accusativo, vel dativo, vel utroque simul. Plato 3. de Republ. οὐ γὰρ, οἶμαι, σώματι σῶμα θεραπεύουσι. οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ (Medicorum corpora) ἐνεχώρει κακὰ εἶναί ποτε, καὶ γενέσθαι· ἀλλὰ ψυχῇ σῶμα· ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τε, καὶ οὖσαν, εὖ τι θεραπεύειν. δικαστὴς δέ γε ψυχῇ ψυχῆς ἄρχει, ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ ἐκ νέας ἐν πονηραῖς ψυχαῖς τεθράφθαι, &c. i.e. *nec enim (Medici) opinor, corpore corpus curant, (alioqui mala, hoc est morbis obnoxia corpora, nec habere, nec habuisse deberent:) sed animo corpus: qui si malus fuerit, & est*; (malum autem intelligit, vel improbitatis, vel ignorantiæ,) *recte aliquid curare non poterit. At Judex, animo imperat animo*,

ἐγχωρεῖν, *impersonale*.

quem proinde non oportet a juventute, cum improbis animis educatum esse. Quem locum, meo judicio, Interpretes male habuerunt.

CAPUT VI.

DE PARTICIPIO.

SECTIO I.

De Participio in universum.

REGULA I.

Participium pro opt. aut subjunct.

PLURIMOS eosque perelegantes, participium usus habet, apud Græcos.

Primo, si cum particula ὡς conjungatur, vicem optativi gerit, aut subjunctivi: ut ὡς τὸν ἄνδρα κρύβδην ὑπεκφυγεῖν μηχανώμενον, *quasi homo sese clam subducere moliatur, aut moliretur*, pro ὡς ἂν ἀνὴρ μηχανήσαιτο.

II.

Particip. impersonalia.

Secundo, sine particula ὡς, accusativus in neutro participii verbi impersonalis usurpari solet, ἐλλειπτικῶς, deficiente κατά: ut τό γε δοκεῖν ἐμοὶ, *ut mihi qui-*

quidem videtur: δόξαν ἐμοὶ ἐς χωρίον ἀσφαλέστερον μεταβῆναι, *cum securiorem in locum me recipere statuissem.* ubi tamen δόξαν, pro genitivo absoluto ponitur.

Idem est usus trium istorum, ἐξὸν, ἐνὸν, παρὸν, *cum liceat, vel liceret:* ut ἐξὸν αὐτῷ περὶ τῆς νίκης ἀπὸ τῶν ἴσων ἀνθαμιλλᾶσθαι, *cum ei liceat,* vel *liceret æquis viribus de victoria contendere.* Aristid. initio Panathen. subobscure, οὓς τινας ἂν τροφέας προτέρους ὑμῶν ἄγοι τις, (δοκοῦν γε δή πως εἰς Ἕλληνας τελεῖν) οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, *quos vobis priores nutritios habeat, (qui quidem Græcos inter censeri possint) non facile quisquam inveniat.*

ἐξὸν, ἐνὸν, παρὸν, *cum liceat, vel liceret.*

III.

Eodem modo usurpatur διαφέρον, *cum intersit,* vel *interesset:* ut πολύγε διαφέρον τῷ στρατεύματι, τὸν στρατηγὸν τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὑπὲρ τῶν κοινῶν φείδεσθαι, *Cum exercitus plurimum intersit,* vel *interesset, Imperatorem saluti suæ reipub. causa parcere.* Eodem quoque modo ἐνδεχόμενον accipitur, ut ἐνδεχόμενον, τόν γε μὴ ῥᾳθυμοῦντα, τῆς πολυμαθίας ῥᾳδίως εὖ ἥκειν, *Cum fieri soleat,* vel *possit, ut qui minime piger & ignavus fuerit, is facile*

διαφέρον, *cum intersit.*

ἐνδεχόμενον.

cile ad magnæ eruditionis laudem perveniat.

IV.

ἐγχωρῶν. Similis est usus participior. ἐγχωρῶν, παραχὸν, & εὐδαιμονῶν, quæ pro eodem fere sumuntur: id est, *ubi liceat*, *cum liceret*, *si quando res tulerit*, & simil. ut ἐγχωρῶν δι' ὀλίγων ἀφικέσθαι τῶν ἡμερῶν, *cum liceat*, vel *liceret*, *paucis diebus pervenire*. Sic εὐδαιμονῶν ἀπαλλαχέναι τοῦ κινδύνου, *si liceret*, vel *licuerit hoc liberari periculo*. Thucyd. lib. 1. pag. 77. jungit εὖ εὐδαιμονῶν, id est, *si res fauste successerit*: ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δ', ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν, εὖ δ' εὐδαιμονῶν, ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι. id est, *Hominum quippe moderatorum est*, *ubi lædantur nihil*, *quiescere*: *fortium vero*, *si injuriam patiantur*, *ex pace ad bellum se convertere*; *tum*, *ubi res successerit*, *iterum ex bello in gratiam redire.*

παραχὸν.

V.

παραζυχόν. Sic εὐδαιμονῶν ἀκονιτὶ ἄρασθαι τὴν νίκην, id est, *cum liceat victoriam sine pulvere consequi*. Idem Thucydid. lib. 1. p. 51. τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθαι, ὃν ἐδέησε πω (εὐδαιμονῶν ἰσχύϊ τι κτήσασθαι) φοβηθείς, τοῦ μὴ

μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο, *Nunc æqui boni rationem objicitis: quam quidem nemo adhuc (cui modo liceret, vi aliquid obtinere) ita potiorem duxit, ut propter eam ab augendis possessionibus abstinuerit.*

VI.

Usurpatur etiam participium pro gerundiis in *do*, vel pro auferendi casu, præsertim participii vocis passivæ: ut apud Xenophontem de Agesilao, αἱρεῖσθαι ἐπιόντα μᾶλλον, ἢ ὑπομένοντα μάχεσθαι αὐτῷ, id est, *malle cum eo dimicare, expeditionem adversus illum suscipiendo, quam illius sustinendo.* Sic προαιρετέον ἂν εἴη ὀλίγους τινὰς φιλοπονοῦντα τοὺς ἐνιαυτοὺς, τῆς εὐφημίας, ἢ κἂν πλείστους ῥᾳθυμοῦντα, δυσφημίας ἀπολάυειν, id est, *præstabilius omnino fuerit, paucis annis laborando;* vel *paucorum annorum labore, gloriam, quam multis otiose traductis, ignominiam reportare.*

Particip. pro ger. in do, vel ablat.

VII.

Participium aliquando jungitur cum nomine τίς, interrogante, in omni genere, numero & casu, more Latinis parum usitato: v. g. τίς ὤν, καὶ πόθεν, ἐπιχειρεῖς τουτωΐ; *quis existens*, id est,

Particip. cum τίς interr.

qui homo, & unde, hoc aggrederis? Sic, τί βυλόμενος αὐτὸν λοιδορεῖς; *quid volens ipsi conviciaris? quid sequeris eo conviciis afficiendo?* Sic, τί ποιήσας καταγνώσθη θάνατον; *quodnam ob facinus morte damnatus est?* Sic, τί παθὼν, εἰς τοῦτο τῆς ἀναισθείας ἦλθεν, *quid passus*, id est, *quo animo, quo sensu*, vel *quo affectus incommodo, eo devenit impudentiæ?* Demosth. cum illo τί, genitivum absolutum participii conjungit; Olynth. 2. τί ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν ἕτος; *Quid facientibus vobis hoc tempus omne consumptum est?* id est, *quid egistis toto hoc tempore? aut qua in occupatione vestra*, &c.

VIII.

Sic apud Atticos maxime, subjunctivus articulus, aut vox ei significatione respondens, ut ὅς, ὁπόσος, ὅστις, præmittitur participio, in eo casu, quem participium exigit, præcedente ut plurimum aliqua præpositione: ita ut vix Latine phrasis reddi possit. Demosthenes pro Corona: οὐδ' ὑπὲρ οἵα πεποικότων ἀνθρώπων κινδυνεύσετε, διαλογισάμενοι, *nec reputantes ipsi vobiscum quidnam egissent illi, quorum causa periculum adiretis.* Ita enim hæc locutio resolvi de-

debet, ὅια πεποιήκοιεν ἂν οἱ ἄνθρωποι, ὑφ' ὧν κινδυνεύσετε. Sic λόγον ἑαυτῷ διδὺς, πρὸς ὅσα, vel ὅια καλῶς ἠκόντα στρατηγὸν ὁ πόλεμός ἐστιν, *secum diligenter aestimans, quam multa feliciter peregisset Imperator, quo cum id bellum gerendum esset.*

IX.

Participium, in oratoriis praesertim interrogationibus, respondens praecedenti nomini, vel pronomini eodem in casu, resolvi debet per verbum, cujus participium est. Demosthenes saepius, ut orat. pro Coron. Ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου; πόθεν λαβόντι; ἢ πῶς ἀξιωθέντι; *Ego ut tibi hospitalem cum Alexandro necessitudinem objiciam?* (subauditur enim ὀνειδίζω,) *unde tu tandem eam tibi parare, vel ea dignus esse potuisses?* ubi πόθεν λαβόντι; pro πόθεν ἂν αὐτῷ σοί γε λάβοις; Gallic. *Et où l'aurois-tu prise?* Sic, πῶς ἀξιωθέντι; pro πῶς ἂν αὐτῆς πολ' ἀξιωθείης.

Idem ibid. σοὶ δ' τῆς ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς σοῖς, τίς μετουσία; ἢ μὴ τοιούτων, τίς διάγνωσις; πόθεν λαβόντι; ἢ πῶς ἀξιωθέντι; *Tibi autem, o labes, vel etiam tuis, quodnam esse possit cum virtute commercium? aut qui tandem eos, qui*

tales non sint, designare posses? &c. Ubi hoc etiam notandum, πόθεν λαβόντα; & πῶς ἀξιωθέντα; ad pronomen σοὶ tantum referri; licet, interjectum sit; ἢ τοῖς σοῖς.

X.

Participium cum verbo λανθάνω conjunctum, per verbum explicari debet; verbum vero λανθάνω, per adverbium *clam*, & *occulte*, ut ἔλαθε τῆς ἐκκλησίας ὑπεκρυείς, *sese clam e concione subduxit.* Sic ἐλάνθανεν ὑποδυόμενος τὰς ἐν τῷ τέλει, *clam se ac furtim in magistratuum benevolentiam insinuabat.*

XI.

Participium masculinum, multitudinis numeri, cum nomine singulari & fœminino, sed multitudinem significante, jungi potest: ut apud Lucian. ἡ πόλις ἅπασα κεχηνότες ἀκούσι, pro κεχηνυῖα ἀκούει, *urbs universa hiantibus auditauribus.*

XII.

Aliquando, sed rarius, participii casus in accusativum mutatur, licet præcedat nomen, aut pronomen, aut aliud participium in diverso casu: idque vel cum

cum particula ὡς, vel ſine illa. Cum illa quidem: Ariſtotel. οὐδὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις, ἀξιοῦσι πιστεύειν, ὡς ἐξαπατῶντας, pro ἐξαπατῶσι, *nec iis, qui ſimul in calamitate verſantur, fidem habendam putant, quaſi fallentibus.* At ſine illa, Demoſthen. Olynth. quad. οὐ προσεκτέον ὑμῖν τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας, &c. pro εἰδόσι, nam præceſſit ὑμῖν, id eſt, *negligenda vobis illorum oratio eſt, cum ſciatis*, &c.

XIII.

Participium aliquando pro infinitivo uſurpatur, ut apud Iſocrat. περὶ τῆς ἀντιδόσ. Σκοπούμενος, inquit, εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως τοῦτο διαπραξάμενος: id eſt, *Diligenti maturoque judicio, reperi, me non aliter rem illam eſſe confecturum*: ubi διαπραξάμενος, pro διαπράξασθαι, & aoriſtum cum particula ἂν, pro futuro ſumitur. Vid. cap. 8. Sect. 2. Sic Demoſthen. de Falſa Legat. ἵνα, inquit, ὅσα ὑπεσχόμην, ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκὼς, pro πεποιηκέναι, id eſt, *ut quæcunque vobis ſub initium orationis promiſi, ea me perfeciſſe demonſtrem.* Sic, *cum audiſſem, nullo alio modo eum in gratiam cum hoſte rediturum eſſe*: κα-

Particip. pro infin.

ταμιεῖον ἐδαμῶς οὐτὸν ἄν ἄλλως, τὰς πρὸς τὸν ἐχθρὸν διαλλαγὰς ποιησάμενον, pro ποιήσαιτ' ἄν, vel ποιήσειε, sine particula ἄν. Sed firmanda usu hæc regula, ne tirones dicant, ut solent, βέλομαι ποιῶν, pro ποιεῖν, & simil. quæ mera solœca sunt.

XIV.

Sæpe participium, ac præsertim in Aoristo, Latine per verbum elegantius redditur, addita conjunctione, *&*, ac simili verbo sequente. Demosthen. pro Coron. Ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἤδη, *sed consurgentes, condemnate jam:* Elegantius, *sed consurgatis, ac me jam damnetis licet.*

XV.

Idem Aorist. activ. participii, cum suo casu, elegantius verti Latine solet, per ablativum absolutum participii passivæ vocis. Demosthenes pro Coron. τοσούτοις ὕστερον χρόνοις, αἰτίας καὶ σώμματα, καὶ λοιδορίας συμφορήσας, ὑποκρίνεται, id est, *tanto post, criminibus, dicteriis, contumeliisque congestis, histrionem agit.* Græce, vix diceretur, σωμμάτων συμφορηθέντων.

XVI.

XVI.

Participium, cum verbis aliquem animi ſenſum ſignificantibus, uſurpari poteſt, in nominativo caſu: ut μέμνημαι ποιήσας, *memini me facere:* αἰσθάνομαι διαμαρτὼν, *ſentio me aberraſſe.* Si tamen alius caſus præceſſiſſet, ob verbum adjunctum, tunc participium cum verbo affectum ſignificante conjunctum, in eodem, quo præcedens caſu ponetur. Demoſthen. pro Coron. συμβέβηκε τοῖς προεστηκόσι, πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακόσιν ᾐσθῆσθαι, *Iis qui præerant, contigit, ut ſeſe omnium primos vendidiſſe ſentirent.*

At cum præterito medio σύνοιδα, poni ſolet participium, vel in nominativo, vel in accuſativo: imo etiam in dativo, ſi nomen aut pronomen in eo caſu fuerit. e.g. σύνοιδά μοι δι' ὅλου τοῦ ἔτους διηνεκῶς προσηλωθεὶς, vel προσηλωθέντα, vel προσηλωθέντι τοῖς βιβλίοις. *Conſcius mihi ſum, quam toto anno libris affixus fuerim.*

XVII.

Participium aliquando, pro optandi vel ſubjungendi modo, cum particula εἰ, uſurpatur: ut τὰ περὶ τοὺς λόγους, τοῖς ἐῤῥω- *Particip. pro opt. vel ſubj. cum εἰ.*

ἐῤῥωμένως προσέχειν βουλομένοις, εὐπόριστα φαίνοιτ' ἄν, id est, *literarum cognitio, si qui modo constanter in eas incumbere voluerint, satis ad parandum facilis videatur.* ubi τοῖς βουλομένοις, pro εἴ τις ἂν βούλοιτο. Exempla passim apud auctores omnes, ac præsertim Atticos.

XVIII.

Interdum, apud Atticos maxime, participium neutrum accusat. casus, ita pro verbo ipso usurpatur, ut omnino sensus pendere videatur. Thucydid. lib. 1. pag. 27. τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τό τε παρ' ὑμῖν, καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων· τούτων δ' εἰ προσθείη τὰ δύο εἰς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, &c. id est, *cum tria sint apud Græcos digna memoratu navalia, vestrum, nostrum, & Corinthiorum, ex iis si duo in unum coire patiemini.* Hic, τρία μὲν ὄντα, pro τρία μέν ἐστι; quod etiam dici posset, τριῶν μὲν ὄντων. alioqui, δὲ sequens post τούτων, aut omnino vacat, aut sumitur, pro δή, ut infra observabimus. Hæc, & similia, intelligenda potius, quam temere imitanda.

SECTIO II.

SECTIO II.

De Participiis quibusdam in oratione abundantibus.

Regula I.

Participia quædam eleganter in oratione παρέλκειν, atque uni decoro serviunt. Ejusmodi sunt ἀνύσας, ἀπιὼν, ἔχων, λαβὼν, φέρων. Hinc illud frequentissimum, ὤχετο ἀπιὼν, *abiit discedens*, id est, *discessit*, satis enim esset ὤχετο, sine participio. ὤχετο ἀπιὼν, *abiit.*

II.

Ἀνύσας, Aoriſt. 1. particip. verbi ἀνύω, *perficio*, cum imperativo tantum, sic abundat, ut tamen aliquam ei promptitudinem addere videatur; tuncque vel adjunctum habet π, vel eodem caret, Aristophanes sæpe. In Pace, ἄγε δῆτ' ἐκ Λακεδαίμονος μέτα ἀνύσας π, id est, *ergo age, & alterum quantocyus affer*, vel *adduc Lacedæmone.* Nec enim video, quemadmodum eo loco π interroget, & ἀνύσας, pro ἰὼν σὺ, positum sit, ut innuit Scholiastes. ἀνύσας, *cum imperat.*

Idem in Ranis, sine π, usurpavit:

Ἴθι,

Ἴθι, πέραινε σὺ, Αἴσχυλ' ἀνύσας, id est, *Age, Æschyle, ad alterum transi quantocyus.*

Lucianus in Piscatore, sive Reviviscentibus, ἐκκοῦν, ὦ Ἱέρεια, καὶ ἰσχάδας μοί τινας δὸς, ἀνύσασα, καὶ ὀλίγον τοῦ χρυσίου, *Ergo, Sacerdos, cedo aliquot mihi caricas, & pauxillum auri: sed propera.*

III.

ἔχων, *abundans.*

Participium ἔχων, sæpissime jungitur, cum verbis παίζειν, id est, *jocari*, φλυαρεῖν, id est, *nugari*, ληρεῖν, id est, *delirare*, aut *somniare*. Exemp. causa, παίζεις ἔχων ἔφη, ait Lucianus, *Jocaris*, inquit, *enimvero*. Sic apud Platonem in Gorgia, ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; *quos tu mihi calceos blateras?* Demosthen. orat. contra Leptinem, cum alio verbo participium hoc conjunxit, nimirum παρατάττεσθαι, *in acie opponere*, dum ait. ὃν μὲν τρόπον ὑμᾶς ἔχων, πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατο, *quo modo vos cum universis Peloponnensibus commiserat*, nisi malumus, ἔχων eo loco, idem esse, quod vulgo dicimus, *vous ayant en sa conduite.*

IV.

λαβὼν, *abundat.*

Λαβὼν, apud Demosthenem maxime, non

non ſemel abundat, aut vertendum eſt, *cape ſis*, *prenez moy*, & ante imperativum præcedens explicandum. Pro Coron. καί μοι λέγε τὴν γραφὴν λαβὼν, pro καί μοι λαβὲ τὴν γραφὴν, καὶ λέγε, *prenez-moy ceſte accuſation, & la liſez.* Similia paſſim exempla.

V.

Φέρων, eodem quoque modo uſurpatur, ut apud Æſchinem contra Cteſiphontem, εἰς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα, *eo res adduxit noſtras*: tolle φέρων, idem ſenſus integer remanebit. Ubi tamen notandum eſt, Participium illud, neſcio quam verbo ſignificationem addere, aliquando *voluntarij*, aliquando *præcipitis*, aliquando *fatalis impetus*: ut apud Plutarchum in Themiſtocle, ubi de eodem loquens, μᾶλλον, inquit, φοβηθεὶς συγγενῆ, καὶ πρόσφατον φθόνον, ὀργῆς παλαιᾶς καὶ βασιλικῆς, ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτὸν, *Cum vehementius civilem ac recentem invidiam metueret, quam antiquam & regiam iram, huic ſeſe prudens volenſque ſubmiſit.*

Φέρων, *abundat.*

SECT. III.

SECTIO III.

De Participiis [ἀπολελειμμένος, γιγνόμενος, & ἀνδεχόμενος.

ἀπολελειμμένος, *ignarus.*

[Α'πολελειμμένος -- *ignarus*, ut vertit Budæus. Sophocles Oedipo tyranno: Quum Oedipus Tiresiæ cæcitatem exprobrasset, hoc illi Tiresias respondit, *Tu & vides, nec tamen cernis in quanto es malo:* fuit ergo Oedipus πολὺ ἀπολελειμμένος τῆς ἑαυτῦ κακῶν, *nesciebat se patrem occidisse, ex matre liberos suscepisse.* Isocrat. περὶ ἀντιδόσεως, τῆς παιδείας ταύτης ἐκ ἂν ἐγὼ φανείλω ἀπολελειμμένος, *ego non possum videri ignarus hujusce disciplinæ.* ἀπολείπομαι, proprie, *relinquor a tergo, non assequor*; cui contrarium παρακολουθῶ. sed utrumque verbum ad *intelligentiam* sæpe transfertur; ut is dicatur παρακολουθεῖν, qui rem aliquam *assequitur atque intelligit:* ἀπολείπεσθαι, *qui minus intelligit, sed est rei penitus ignarus, is enim quasi relinquitur & deseritur a re, quæ illum fugit.* Hinc Latini dicunt, *hoc me non fugit*; id est, παρακολουθῶ, *non sum ignarus hujus rei.* Hinc εὐπαρακολούθητον, *facile*

facile intellectu: δυσπαρακολούθητον, *difficile intellectu.*]

Regula I.

Participium γιγνόμενος, variis & elegantibus modis reddi potest.

Primo enim significat *justum, aut legibus quasi constitutum*: ut γιγνομένη τιμὴ, *justum pretium*; & γιγνόμενον τίμημα, *mulcta legibus constituta*, vel *justa legis æstimatio.* Sic γιγνομένη χάρις, *justa & quasi debita gratia.* Demosthen. pro Coron. Ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου, τὸ γιγνόμενον, κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι, id est, *legis autem meæ vi*, vel *ex præscripto legis meæ, quod æquum & justum est singulos pro facultatibus suis pendere, vel contribuere.* Sic ἀγῶνες γιγνόμενοι, *ludi solennes & certo quodam solennique tempore recurrentes.* γιγνόμενος, *legitimus.*

II.

Secundo, *naturalem*, aut *proprium*; quo pacto *Atheniensium civitas* ab Aristide, in Panathenaico dicitur, τὴν γιγνομένην τάξιν ἔχουσα πρώτη πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, *prima Græcarum urbium, naturali quodam & proprio situ, ad solem orientem conversa.* γιγνόμενος, *proprius.*

III.

γιγνόμενος, *verus.* Tertio, *verum germanumque*, non *fictitium*, & *adulterinum*. ut ibidem, διὸ καὶ ἄνδρας, inquit, κρατίστους, καὶ τῆς γιγνομένης ἀρετῆς ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντας ἤνεγκεν. id est, *quare viros etiam ferre vulgo solet, cum robustissimos, tum ejusmodi, qui maximos in vera germanaque virtute profectus faciant.*

IV.

γιγνόμενον ἀργύριον. Quarto, γιγνόμενον ἀργύριον, *pecunia non modo proba, sed etiam integræ summæ, & nulla ex parte decurtata*: nam τὸ γιγνόμενον ἀργύριον ἀποτίνειν, est *integram justamque pecuniæ summam persolvere.* Quod Tullius dicit, *recte dare*: Titus Livius, *recte restituere*: Ulpianus, *recte præstare.*

V.

γιγνόμενον, *usura.* Quinto, τὸ γιγνόμενον, absolute, id est, τὸ ἐκ τοῦ ἀργυρίου κέρδος, *usura creditæ pecuniæ legitima*: qui etiam τόκοι γιγνόμενοι dicebantur. Quanquam etiam pro *justa mercede* sumitur: ut τὸ γιγνόμενον φέρεσθαι, *justam auferre mercedem.*

VI. Sex-

VI.

Sexto, τὸ γινόμενον in universum, est *id omne, cui nihil omnino ad perfectionem & integritatem desit.* Sic Aristides loco citato ait, τὸς δρομέας τὸ γινόμενον πεπληρωκέναι, *cursores justum & integrum curriculum absolvisse.* Quo sensu eleganter sumitur, ἀντὶ τοῦ καθήκοντος, *pro officio omni ex parte cumulato*: ut μηδὲν ἑαυτῷ συνοίδα, τοῦ περί σε γινομένου μηδαμοῦ ἐλλείψαντι, *Conscius mihi sum, nihil a me penitus officij erga te mei prætermissum fuisse.* γινόμενον, *absolutum.*

VII.

Septimo, idem est, quod τὸ μέρος τὸ ὑπάλλον, de quo in capite 3. de Nomine Sect. 7. Reg. 5. supra diximus: non tantum *rata portio*, sed etiam *virilis pars & facultas*: ut πάντες οἱ κληρονόμοι τὸ γινόμενον ἐκομίσαντο, id est, *suam quamque partem hæredes omnes abstulerunt.* Sic τό γ' ἐπ' ἐμοὶ γινόμενον, διαπεράνασθαι πειράσομαι, id est, *quantum in me erit, rem perficere conabor.* γινόμενον, *facultas.*

VIII.

Octavo, γινόμενος, est *cohærens & consentaneus*, vel etiam *cum decoro & di-* γινόμενος, *cohærens.*

dignitate conjunctus. unde oppositum, ὑ γιγόμεν☉ significat *absurdum, commentitium, inanem, & indignum.* v. g. ἔμπλεως φαίνεται ὑ γιγομένων ἐλπίδων, *spes inanes absurdasque fovet*, quæ etiam ἐλπίδες μὴ ὄσαι, *spes nullæ*, dici possunt.

Hinc fit, ut τὰ γιγόμενα in neutro, dicantur, *ea quæ decent, atque debentur*: ut apud Aristidem loco citato, τιμᾶν τοῖς γιγομένοις τῷ πόλιν, *dignos civitati honores persolvere*: nisi malis significare *proprios ac peculiares fructus, qui tamen ad singularem istius civitatis rem conditionemque pertineant.*

IX.

γιγόμενα, *commoditates.*

Nono, τὰ γιγόμενα *proprias commoditates* significant, *quarum amore ac studio quisque ducatur*: ut apud Demosthen. Philipp. 2. ubi de Philippo Rege loquitur; τὸς Θηβαίους ἡγεῖτο, inquit, ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγομένων, τὰ λοιπὰ ἐάσειν ὅπως βούλεται χρῆσθαι αὐτὸν, id est, *Thebanos existimabat propriis commodis conciliatos & allectos, integram sibi liberamque reliquorum omnium potestatem esse permissuros.*

X. Par-

X.

Participium ἐνδεχόμενος, primo idem fere est, quod πρόχειρος, *promptus, ad manum, cujus copia nobis est.* Hinc apud Antiphontem, ταῖς ἐνδεχομέναις ἐκόλασαν τιμωρίαις, *quibus licuit, affecere suppliciis.* Ita contrario sensu, τιμὰς ἀπένειμαν τὰς ἐνδεχομένας, τοῖς αὐτῷ κατωρθωμένοις, id est, *quibus potuerunt honoribus res ab eo præclare gestas prosequuti sunt.*

ἐνδεχόμενος, *promptus.*

XI.

Secundo, aliquam *facilitatis ac probabilitatis* significationem habet: ut ἐνδεχομένη πίστις, *fides quæ satis facile ac probabiliter adhibeatur*, apud Herodianum lib. 2. initio. Sic ἐνδεχομένη πρόφασις, *color, & prætextus vero similis*: ἐνδεχόμενον ἔγκλημα, *crimen probabile*: ἐνδεχομένη ἀπολογία, *defensio bonæ fidei*, vel *digna quæ utcunque probetur.*

ἐνδεχόμενος, *probabilis.*

XII.

Tertio, jungitur etiam eleganter cum superlativo, idemque tum fere est, quod ὡς, vel ὅτι, *quam*, apud Latinos. Aristoteles 7. Politicorum, ἡ

ἐνδεχόμενος, *cum superlat.*

πόλις κοινωνία τις ὅτι ἥδιστ ὁμοίων, ἕνεκεν εὖ ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀείστης, *Civitas quadam similium communitas est, ad vitam quam optime fieri potest instituendam comparata.* Sic τὴν προθυμίαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐνδεχομένην σταθμωτάτην, *constantissimam alacritatem ostendere.*

XIII.

ἐνδεχόμενον, *facultas.*

Quarto, τὸ ἐνδεχόμενον, de quo jam superius aliquid attigi, est *perficiendæ rei facultas qualiscunque, ut* κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, *pro virili parte*; quod etiam efferri solet per adverbium ἐνδεχομένως, ut apud Polyb. lib. 5. ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ παρὸν ἐνδεχομένως ἐβουλεύσατο. *Rex opportunum pro tempore consilium cepit*; vel per genitivum pluralis numeri, sed neutrius generis, cum præpositione ἐκ: ut ἐκ τῆς ἐνδεχομένων τοὺς πολεμίους ἠμύναντο, *qua potuit ratione hostes propulsavit.* Thucydid. fere dicit: ὡς ἐκ τῆς ἐνδεχομένων.

ἐνδεχομένως, *idem.*

XIV.

ἐνδεχόμενον, *contingens.*

Quinto, apud Philosophos illud est, quod *contingens* dici solet; quod nimirum tam fieri, quam non fieri ex sese potest: ut in bello vincere, aut non

non vincere, ἔν τι τῶν ἐνδεχομένων vocatur. quo sensu opponitur, τῷ τε ἀναγκαίῳ, id est, *tam rei necessariæ*, καὶ τῷ ἐφ' ἡμῖν, *quam ei, quæ in nostra potestate sita est*, καὶ τῷ κατὰ προαίρεσιν, id est, *& ei, quam sponte ac deliberate suscipimus.*

SECTIO IV.

De Participiis Verborum ὀνομάζω, παρέχω, προτίθημι, ποιῶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, εἰμί.

REGULA I.

NOtandus usus participii ὀνομάζων, præcedente adverbio. Demosthen. pro Coron. de Æschine, qui dixerat οἰκειότητας, *necessitudines*, non tam verbis, quam communi utilitate βεβαιοῦσθαι, *firmari*: addit, μάλα σεμνῶς ὀνομάζων, *admodum graviter nominans*, id est, *specioso admodum nomine, vel etiam oratione usus.* ὀνομάζων.

II.

Ὁ παρέχων, & τὸ παρέχον, rarius quidem, aliquando tamen, idem videtur ὁ παρέχων, τὸ παρέχον.

detur esse, quod παρὼν καιρὸς, *praesens occasio:* sic enim intelligo illud Aristidis in Panathenaïca: ἐναργῆ, inquit ille, καὶ θαυμαστὰ τῆς αὐτῆς ἐπιεικείας σημεῖα ἐξήνεγκαν, ἐν παντὶ τῷ παρόντι, *illustria prorsus, atque egregia aequitatis suae documenta dederunt, quoties se dedit occasio.* Vide Sect. 1. Reg. 4.

ὁ περιέχων, *aër.*

III.

Participium περιέχων, id est, *continens*, cum articulo junctum, saepe pro *aëre* sumitur, quod is inferiora omnia complectatur. Plutarchus in Alexandro, λέγεται, inquit, πολλὰ δεῖπνον, ὑπὲρ ὥρας καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος, λόγων ὄντων, *ferunt, cum aliquando super coena, de tempestatum varietate, deque aëris temperatione sermo incidisset.* Ibid. πλείστων φθορὰν ἐποίησε τῷ ἀναγκαίων, καὶ δυσκρασίαι τοῦ περιέχοντος ἀπειράσαντο τῆς στρατιᾶς, id est, *stragem exercitus maximam, cum rerum necessariarum penuria, tum coeli gravior temperies ediderunt.*

καλῶς ποιῶν, *jure.*

IV.

Participium activum verbi ποιῶ cujuscumque temporis fuerit, junctum cum adverbio καλῶς, significat *jure ac meri-*

merito, idque vel continuata oratione, vel nonnihil etiam disjuncta. Et continuata quidem, ut καλῶς δὴ ποιῶν αὐτῷ συγγνώμην ἂν ἔχοις, τοῦ παρὰ γνώμην ἡμαρτημένου, *merito sane, peccati præter voluntatem admissi veniam ei dederis*: quod vulgo satis feliciter dicimus, *vous ferez bien de luy pardonner*. Sic apud Demosthen. oratione 1. ἵνα ὑπὲρ πολλῶν, ὧν, καλῶς ποιοῦντες, ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες, τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς, id est, *ut eorum, quæ jure obtinent, plurimorum loco, paucis quibusdam impensis, reliquorum fructu secure potiantur*.

Distincta vero; ut τἀνδρὸς φιλίαν ἀντὶ πάντων εἵλοντο τῶν χρημάτων, καὶ μάλα γε καλῶς ποιήσαντες, id est, *hominis amicitiam divitiis omnibus potiorem habuerunt, & merito quidem*: quod sæpius dicunt, καὶ μάλα γε εἰκότως. Vide cap. 5. de Verb. Sectione 10. Reg. 2.

V.

Secundo, hujus idiotismi usus est, adjuncto etiam, illustrioris significationis gratia, καὶ τὰ δίκαια, vel τὸ δίκαιον, vel τὰ καθήκοντα, vel τὸ καθῆκον: quæ voces *jus officiumque* significant: di-

cunt enim καλῶς γε, καὶ τὸ δίκαιμα ποιῶν, eodem plane sensu.

VI.

Tertio, negationem aliquam præmittunt, vel continuata, vel disjuncta similiter oratione: ut τὸν αὐτοκράτορα, τὸν μεγίστης ὅσης ἄπον τῆς εὐτυχίας γενόμενον, τῆς πατρίδος, οὐ καλῶς ποιοῦντες, ἐξωρίσαντο, *Imperatorem, cujus virtute parta Reipublicæ felicitas magna fuerat, e patria per summam injuriam expulerunt.* Vehementior autem oratio distincta esset, hoc modo, τῆς πατρίδος ἐξωρίσαντο, οὐ καλῶς ἅμα ποιήσαντες, οὐ μὰ τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, id est, *ejecerunt, & injuria certe quidem, per ipsam Reipublicæ salutem.*

VII.

τυχὸν, *vulgaris.*

Aorist. 2. participii verbi τυγχάνω, fere significat *obvium ac tritum aliquid*, aut absolute, *fortuitum quidlibet.* Sic τυχόντες ἄνθρωποι, *homines ex trivio:* ἡ τυχοῦσα ζημία, *pœna qualibet*, aut *vulgaris*: τὸ τυχὸν πταῖσμα, *qualibet offensio.* Demosthenes epist. ad Philipp. μικρὰ προφάσις, καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα, ἅπαντα διέσεισε, καὶ διέλυσε, *levis prætextus, & qualibet offensio cuncta succutere*

tere ac dissipare solet: quod ipsum dixerat Olynth. 2. ἡ πρώτη πρόφασις ἅπαντα ἀνεχαίτισε, καὶ διέλυσεν: Est enim ἀναχαιτίζειν, *arrepto quasi capillo retrahere.*

VIII.

Aliquando, τὸ τυχὸν in neutro, significat *casu, forte, fortuna*, cui opponitur, τὸ ἐκ προνοίας, *quod certo consilio, & providentia fit.* τὸ τυχὸν, *casu.*

Aliquando, idem est quod ἴσως, *forte*. Synes. Epist. ad fratrem: τυχὸν δ' ἂν καὶ τὰ πρωτεῖα συγχωρηθείημεν, id est, *quin & primæ quoque partes nobis forte concederentur.* Quo sensu, apud Atticos dicitur conjunctim, τυχὸν ἴσως. τυχὸν, *forte.*

IX.

De participio verbi ὑπάρχω, pauca hæc notanda. Primo, præter vulgarem acceptionem, qua τὰ ὑπάρχοντα, ponuntur ἀντὶ τῶν ὄντων, vel τῆς οὐσίας, id est, *pro bonis & facultatibus*: Idem neutrum plurale, sumitur loco τῶν δυνατῶν, καὶ ἀφορμῶν, vel ἐνδεχομένων, id est, *subsidiis & opibus.* Thucydid. lib. 6. ἐρέσθαι τε ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ὅτῳ ἕπεσθαι κάλ- ὑπάρχοντα, *subsidia.*

λιστα

λισα ἀμωνεῖδε ἀυτὲς, *videte, qua ratione pro viribus, opibusque vestris, eos quam optime propulsare possitis.* Cui loco inest etiam significatio præsentis rerum status. Sed clarius lib. 7. præmissis ὡς, & ἐν, pro ἀπό: ὁρῶν ὃ ὁ Νικίας τὸ φρόνημα ἀδυμὲν, ὡς ἐν τῇ ὑπαρχόντων ἐθάρσωέ τε, ἢ παρεμυθεῖτο. *Nicias exercitum videns animis consternatum, eum tamen, prout ferebat præsens rerum status, confirmabat, atque solabatur.* Et lib. 8. sub initium, ὅμως ὃ, ὡς ἐν τῇ ὑπαρχόντων, ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι. *Sed tamen, ut in præsenti rerum statu,* vel *prout præsens rerum status pateretur, cedendum ac remittendum nihil visum est.*

X.

Secundo, idem neutrum pluralé, non absimili sensu, sed constructione dissimillima, pro *Deo ipso*, vel *fortuna*, vel alio quovis ponitur, quo auctore, talis, aut talis sit rerum nostrarum status. Demosthen. Olynth. 2. cum dixisset Deos, & fortunam populo Athenienſi favere, eum ne sibi desit cohortatur, μὴ χείρως εἶναι δόξωμεν τοῖς ἡμᾶς ἀυτὲς τῇ ὑπαρχόντων, *ne deterius nobis,*

nobis, quam Dii ipsi, a quibus ea habemus præsidia, consulere videamur, aut simplicius, *deterius quam præsens rerum status exigat.*

XI.

Tertio, ὑπάρχουσα τιμὴ, eadem significatione dicebatur, qua γιγνομένη τιμὴ, id est, *justa rei æstimatio*: ut ἀποδόσθαι τι τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς, *vendere aliquid justo pretio.*

Quarto, ὑπάρχων καιρὸς, non tantum pro *præsenti statu*, vel *tempore*, sed etiam pro illo, *quod tum præsens erat, cum aliquid fiebat.* Demosthen. pro Coron. eleganter, ἀναγκαῖον ὡς καθ' ἑκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ἀναμνῆσαι ὑμᾶς, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε, *necesse est, quomodo tunc sese res haberent, vobis in memoriam revocare, ut suo quæque tempore spectare possitis*, id est, *de singulis pro suo cujusque tempore judicare*; hoc est, *habita ratione temporis, quo fiebant.*

XII.

Ὤν, Participium verbi εἰμὶ (quo de superius aliquid obiter aspersimus) pri- ὂν *participium signif.* ζῶντα.

primo significat ζῶντα, *viventem*, ὃ μὴ ὤν, idem est quod θανὼν, *mortuus*. Thucydides lib. 2. τὸν γὰρ ἓκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν, *mortuum enim laudare omnes solent*. Et, τῶν ἓκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί πον ἔσονται, *mortuorum oblivio, qui postea nascentur, quibusdam erunt*, id est, *futura soboles extinctorum liberorum oblivionem afferet*.

XIII.

Florens & vigens.

Idem participium significat aliquid ἀκμάζον ἔτι καὶ κρατοῦν, *florens adhuc ac vigens*. Sic dicitur, ἀρχὴ οὖσα, *magistratus*, aut *principatus existens*, id est, *florentis adhuc vigoris ac roboris*. Sic οὖσα δίκη, *causa* vel *lis*, *qua de re ipsa disceptatur*, vel *nondum judicata, vel composita*. Sic ὄντες νόμοι, hoc est, κύριοι, ut ante diximus, cap. 3. Sect. 5. Reg. 16. *leges, quarum integra vis est*.

XIV.

ἓκ ὤν, extinctus, abrogatus.

Contra, negatione præmissa, *extinctum aliquid*, vel ἄκυρον, *& abrogatum*, significat. Nam ἀρχὴ ἓκ οὖσα, *sublatus, extinctusque magistratus*, aut *falsus*: ἓκ ὄντες νόμοι, *antiquatæ leges*:

μὴ

μὴ ὖσα δίκη, *transacta controversia*, vel *judicium nullum*, id est, *nullius auctoritatis ac momenti*: quod etiam ἡ μὴ ὖσα, tantum dicebatur, sine nomine δίκη. Hinc τὴν μὴ ὖσαν ἀντιλαγχάνειν τινὶ, apud Athenienses ille dicebatur, qui priore judicio, vel arbitrio damnatus, quod se tempori non stitisset, intra duos menses, *actorem in jus vocabat, & priorem sententiam nullam esse debere contendebat.*

XV.

Eodem pertinet, quæ dicitur, ὀυκ ὀυκ ὤν, ὖσα ὑπόθεσις, verbatim, *non existens argumentum*, vel *materia*, id est, *alienum, minimeque ad rem pertinens argumentum.* Demosthen. initio Olynth. 3. ὀυδὲν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες, ἢ τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, ὀυχὶ τὴν ὖσαν παριστάντες ὑμῖν, ἁμαρτάνειν. Quæ oratio nonnihil Attico more trajecta, sic ordinanda est, ἢ παριστάντες ὑμῖν τὴν ὑπόθεσιν, ὀυχὶ ὖσαν τὴν περὶ ἧς βουλεύεσθε, id est, *Qui hac utuntur oratione, aliud mihi agere nihil videntur, quam alienum a vestra deliberatione argumentum vobis obtrudendo, aberrare.* Quo sensu dici potest,

impertinens, alienum.

est, ἐκ ὧν ὑποθέσιν ὑποτίθεσθαι, μεταχειρίζεσθαι, *alienum*, aut *commentitium tractare argumentum.*

XVI.

τὸ ὄν, *verum.*

Eodem ex fonte oritur, ut τὸ ὄν, & τὰ ὄντα, *verum* significent: ut ἀμήχανον ἄρα τῆ ὄντος ἐξεύρησις, id est, *facultatem omnem superat veri investigatio.* Sic εἴγε τὸ ὄν, vel τὰ ὄντα λέγουσιν οἱ πώτη πῃ φιλοσοφοῦντες, id est, *si tamen verum dicunt, qui hoc modo philosophantur.* Alias τὰ ὄντα, id est, ἡ οὐσία, vel τὰ ὑπάρχοντα, id est, *res familiaris.*

τὰ ὄντα, *res familiaris.*

τῷ ὄντι, *vere.*

Hinc & dativus singularis τῷ ὄντι, idem est, quod ὄντως, ἀληθῶς, *vere.*

CAPUT VII.

CAPUT VII.

DE ADVERBIO.

SECTIO I.

De certis aliquot adverbiorum terminationibus.

Regula I.

Adverbiorum quidem, cum inter sese, tum vero cum aliis orationis partibus implicata sæpe ratio est. Quæ tamen eorum propria magis, ac singularia videbuntur, seponere conabor: ubi vero plurium concursus erit, tum illud seligam, cujus præcipua vis in quolibet idiotismi genere fuerit.

Ac primum quidem, Adverbia quæ proprium gentis idioma significant, in σὶ, in acutum fere desinunt, ut Ἑβραϊστὶ, *Hebraice*, Ἑλληνιστὶ, *Græce*, Ρωμαϊστὶ, *Romane*, Κελτιστὶ, *Gallice*: melius quam Ἑβραϊκῶς, &c. *Adverb. in σὶ.*

II.

Secundo, præcipuæ venustatis & elegantiæ sunt, quæ in δὸν, acuta ultima *In δὸν.*

terminantur: ut ἀγεληδὸν, *gregatim*, ἀναβαδὸν, *scansim*, βοτρυδὸν, *racematim*, & *in uvæ morem*, ἐπαναβληδὸν, *obvolutim*: ut ἐπαναβληδὸν τὴν ἐσθῆτα φορεῖν, *veste obvolutum esse*, ὁμοθυμαδὸν, *uno consensu*, στιχηδὸν, *ordine in versus quasi distributo*: ut δένδρα στιχηδὸν πεφυτευμένα, *arbores in versus digesta*: συσσηδὸν, *cominus*: (de quo in capite 3. de Nomine diximus, Sect. 12. Reg. 3. ubi de phrasi, ἐκ χειρὸς,) σωρηδὸν, *cumulatim*, νεφεληδὸν, *nubium instar*.

III.

In τί. Tertio, nec minoris elegantiæ sunt in τὶ, vel in εἰ desinentia. Prioris generis exempla sunt, ἀκονιτὶ, *sine pulvere*: ἀνιδρωτὶ, *sine sudore*: ἀπονητὶ, *sine labore*: ἀμεταστρεπτὶ, *nusquam respectando, sans tourner la teste*: ἀψοφητὶ, *sine ullo, vel tenuissimo strepitu*: ἀσκαρδαμυκτὶ, vel ἀσκαρδαμυκτεὶ, vulgo, *sans siller*: παντρατὶ, & παντραπᾷ, *cum toto exercitu*.

IV.

In εἰ. Posterioris, quæ sequuntur: ἀκλαυσεὶ, vel ἀκλαυσὶ, *sine fletu*: ἀποβοεὶ, id est, *primo clamore*, vel *primo impetu*: ut ἀποβοεὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, *primo impetu urbem capere*: ἀποψεὶ, *primo*, vel *proprio*

prio intuitu: παυσυδεὶ, vel παυσυδεὶ, apud Thucydidem maxime, idem quod apud Poëtas, παυσυδίη, *viribus omnibus, omnique impetu*: παυδημεὶ, *publice*: ἀκηρυκτεὶ, *sine præconis voce.*

V.

Quarto, notanda præterea sunt, quæ in σδω, acuta penultima terminantur: quorum ego, saltem præcipuorum, brevem, nec inutilem seriem hic attexo. Primum est ἄρσδω, quod aliquando significat μετεώρως, *sublime*: ut ἄρσδω φέρεσθαι, *sublime ferri*: Aliquando *funditus*, malam in partem, id est, ut Græci loquuntur, ἀναιρετικῶς, vel ἀφανιστικῶς: ut πόλιν ἄρσδω ἐξολοθρεῦσαι, *urbem funditus evertere.*

In σδω, acut. pen.

ἄρσδω, *sublime.*

Funditus.

VI.

Secundum, ἀειστίνδω, quod nulla voce Latina reddi potest: significat enim *optimos quosque deligendo*: *virum e viro lectum* dicit Tullius pro Milone. Sic apud Polybium, senes Lacedæmone ἀειστίνδω ἀριστῶν dicuntur, *ita deligi, ut non nisi optimi quique capiantur.*

ἀειστίνδω.

VII.

βάδην, *sensim, tranquille.*

ἀναβάδην, *negligenter.*

Tertium, βάδην, quod proprie *sensim ac pedetentim*, reddi potest: idem ferme quod ἡρέμα, hoc est, *tranquille ac placide.* Inde compositum ἀναβάδην, (quod tamen paulo ποιητικώτερον videtur,) Aristophani tritum, in Comœdiis, ac potissimum in Acarnensibus; est *pedibus sursum versus extentis, pendente ac supino capite.* Unde etiam *negligenter & perfunctorie* significat, non autem (ut nonnulli perperam) *studiose, & quasi totum aliqua in re occupari.* Euripides certe quidem ab Aristophane carpi videtur, quod ἀναβάδην ἐποίει, hoc est, *carmina sua pedibus sursum porrectis, otiose, negligenterque scriberet;* eique καταβάδην opponitur, id est, *corpore honestius composito*, quodque liberaliorem animi contentionem ostendat. tametsi per ἀναβάδην, *locum superiorem*; per καταβάδην, *locum inferiorem* intelligere possumus.

καταβάδην.

VIII.

ὀπηχάδην, &c. *obiter.*

Quartum, ὀπηχάδην, quod idem est, ac λίγδην, ὀπαλίγδην, ὀπαύδην, & ἀκροδίγως, *strictim, obiter*, & quasi ἀφοσιωμένως, id est, *perfunctorie*: ut ὀπαλίγδην ἅπτε-

ἅπτεσθαι τῆς Ἑλλάδος, *strictim linguam Græcam attingere.*

IX.

Quintum, ἐπιτροχάδην, hoc est, *cursim*, vel *expedite*: quo Poëtæ quidem sæpius, aliquando tamen Oratores utuntur. ἐπιτροχάδην, *cursim.*

X.

Sextum, κρύβδην, idem est, quod κρύφα, & λανθανόντως, *clam & occulte*: junctumque cum verbo substantivo, adjective sumitur: ut apud Demosth. ὃ γὰρ εἰ κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς Θεοὺς, *suffragium, etsi obscurum est, Deos tamen latere non potest.* Quod etiam Latini dicerent, *clam esse*, ut κρύβδην τι κακουργήσασθαι, *clam scelus aliquod moliri.* κρύβδην, *clam.*

XI.

Septimum, προτροπάδην, magis Poëticum, & ab Homero sæpius usurpatur: ut προτροπάδην φοβέεσθαι, *fuir à vau de route.* προτροπάδην.

XII.

Octavum, σποράδην, *sparsim, huc illuc, passim, ac temere*: σποράδην ἔκειντο ἀνὰ τὸ σποράδην, *sparsim.*

τὸ πεδίον οἱ σφαπῶτες, *sparsim fusi per campum milites jacebant.*

XIII.

φορέδην. Nonum, φορέδην de eo dicitur, qui aut *lectica*, aut *alienis manibus efferatur*: ac fere cum verbo κομίζεσθαι, jungitur: ut τῆς μάχης τραυματίαν φορέδην ἐκκομίζεσθαι, *e pugna manibus alienis vulneratum auferri.*

XIV.

φύρδην, *promiscue.* Decimum, φύρδην, id est, *mixtim*, seu *promiscue*: quod etiam πεφυρμένως, a verbo φύρω dicitur: de iis proprie, *quæ simul subiguntur, & quasi macerantur*: tum metaphorice de iis, *quæ distingui cum deberent, perturbantur & confunduntur.* Cui non absimile χύδην, & κεχυμένως, hoc est, *temere, ac sine delectu*, ὡς ἔτυχεν: ut χύδην λέγειν, καὶ γράφειν, id est, *temere dicere, ac scribere.*

χύδην, *temere.*

Jam proprios Adverbiorum quorumdam, cum singulorum, tum etiam cum aliis conjunctorum idiotismos, alphabetico, quantum fieri poterit, ordine prosequamur.

SECTIO II.

SECTIO II.

De Adverbiis ἀκριβῶς, & ἄμα.

Regula I.

Ἀκριβῶς præter notam significationem, pro *exquisite & accurate*; significat etiam, Primo, ἀνενδότως, id est, *severe omnino, ac veluti summo jure*; idemque, quod Tullius ait, *ad vivum resecare*: ut λίαν ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ἡμαρτημένων ἐξετάζειν, id est, *quosvis errores nimis ad vivum resecare.* ἀκριβῶς, *severe.*

II.

Secundo, quod vulgo dicimus, *justement, autant qu'il faut & non plus*, cujus significationis insigne est exemplum illud Plutarchi in Alexandro: ubi de Alexandri galea loquitur, τὸ δὲ κράνος, inquit, ὡς πρὸς τὸν πολεμὸν ἀκριβῶς, καὶ μόλις ἀντέσχεν, ὥστε τῶν πρώτων φαύσαι τειχῶν τὸν πέρυσα τῆς κορίδος, id est, *Galea vix quantum opus erat, ictui restitit, ut summos ei capillos securis ala strinxerit.* ubi Interpres ἀκριβῶς, *certo* reddit, minus apte, meo judicio; ἀκριβῶς, *justemẽt.*

dicio; πέρυγα vero, *mucronem* vertit, cum sit *ala*, id est, *pars latior ejus instrumenti ad secandum apta, & in alæ morem expansa.*

III.

ἀκειβῶς, *parce.*

Tertio, *parce*: quæ significatio superiori affinis est: *parce* enim est *vix tantum quantum necesse sit*: ut ἀκειβῶς τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα χορηγεῖν, *parce res ad victum necessarias suppeditare.* quo sensu ἀκείβεια quoque Plutarcho dicitur in Pericle, ubi Xantippus adolescens profusus, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκείβειαν, γλίχεσθαι καὶ μικρὸν αὐτοῖς χορηγοῦντος, *nimiam patris, sordide ac minutatim pecuniam suppeditantis, parcimoniam ægre ferebat.*

IV.

ἄμα, *cum dativo.*

Ἅμα, cum dandi casu, tempus significante, eleganter conjungitur: ut ἅμα τῷ καιρῷ, id est, *commode*; vel, *ut primum se dedit occasio*: ἅμα τῷ ὄρθρῳ, id est, *summo diluculo*: ἅμα τῇ ἑσπέρᾳ, *sub primam vesperam*: ἅμα τῷ ἔαρι, θέρει, χειμῶνι, *primo vere, prima æstate, prima hyeme.*

V. Non

V.

Non absimili modo, cum infiniti- ἅμα, cum
vo, nominis instar jungitur: ut ἅμα τῷ infiniti-
συγκεκροτῆσθαι, vel συρραγῆναι τὸν ἀγῶνα, vo.
ut primum certamen commissum est:
ἅμα τῷ αἰσθέσθαι τὸ σκώμματος, *ut primum fraudem sensit*. Quo sensu, jungi etiam solet cum Indicativo, sequente particula καὶ, & verbo rem factam significante: ut ἅμα ἐνέτυχεν αὐτῷ, καὶ πικρότερόν τι προσεφέρετο, *ut primum in eum incidit, continuo gravius ipsum appellavit*. Tum vero particula, τε, sæpe huic adverbio postponitur: ut ἅμα τό, τε ῥηθὲν ἀκήκοα, κὴ βοηθήσων ἐδίωξα, *simul atque rem audivi, statim ad opem ferendam equum admisi*.

VI.

Potest & cum duplici participio ἅμα, cum
jungi, sequente καὶ, ut ἅμα τε γράφων, partici-
καὶ λέγοντος ἀκούων, *simul & scribens, &* pio.
dicentem audiens: vel cum uno tantum participio, sequente verbo, sine καὶ: ut ἅμα γὰρ τοιαῦτα ἀπειλῶν, πλη-
γὴν ἐνετείνατο πικρὰν, id est, *hæc enim interminando, grave simul inflixit vulnus*.

VII.

ἅμα ἔπος, &c.

Ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον, verbatim, *simul dictum, simul opus*; quod Latini brevius adhuc, nec minus eleganter, *dictum, factum*: Galli, *aussi tost fait, que dit.*

SECTIO III.

De Adverbiis ἀμέλει, ἀντικρὺ, & ἄντικρυς.

REGULA I.

ἀμέλει, *utique.*

Ἀμέλει, factum ex imperativo verbi ἀμελέω, quasi dicatur, *securus esto*: Primo, eleganter ponitur confirmandæ & illustrandæ rei gratia: quo modo Latini, *certe quidem, profecto, utique, plane, omnino*, usurpare solent: ut τοῦτο γὰρ, ἀμέλει, τῷ γε τὴν ἡλικίαν προβεβηκότι ἀπρεπέστατον φαίνοιτ' ἄν, *id enim profecto homine jam ætate maturo indignissimum habeatur.*

II.

ἀμέλει, *ironice.*

Secundo, εἰρωνικῶς ponitur, ut *nimirum, scilicet, videlicet*, apud Latinos: e. g. οὕτω γὰρ ἀμέλει, ῥεμβεύων ἀεὶ, καὶ ἀναβαλλόμενος ἐς τοὐπίον, συμπεραινεῖς κατὰ γνώμην

τὸ

τὸ πρᾶγμα, *ita enim, videlicet, dum fluctuas continuo dumque procraſtinas, rem ex animo conficies.*

III.

Tertio, etiam initio membri aut periodi, eſt *enimvero, & quidem, quippe, enim*, ut ἀμέλει, τίς γὰρ ἀνειμένως τοιαῦτα πινα πάθοι ἄν; *enimvero, quis enim hæc negligenter, ac diſſolute ferat?* ἀμέλει, *quippe.*

IV.

Quarto, non abſimili modo uſurpari poteſt, cum noſtra ipſi fiducia dubitationem alteri omnem eximimus, ut, τί ὀρρωδεῖς τὸ νυνί; τί ὑποκνεῖς; ἀμέλει, οἷοις γε κἀγὼ πρότερον, συμπεσεῖν ἐχθροῖς μέλλομεν, *Quid metuis nunc? quid hæſitas? nempe cum iiſdem nobis, quibuſcum ante, hoſtibus futura res eſt.* ἀμέλει, *fiduciæ index.*

Tale videtur illud Ariſtophanis in Nub. Actu primo, Scen. 6. ubi cum ex Strepſiade quodam, ridiculo ac joculari homine quæreretur, quomodo tandem aliquid diſcere poſſet? reſpondet ille fidenter, ἀμέλει καλῶς, *Ego vero, præclare ſcilicet*: tametſi Scholiaſtes velit, ἀμέλει παρέλκειν, vel ἁπλῶς eſſe, μὴ ἀδύμι, *ne labores, ſoluto ſis animo, ne vous en mettez pas en peine, laiſſez moy faire*:

quo

quo modo Imperativi ſignificationem retinebit.

V.

ἀμέλει, *verbi cauſa.*

Quinto, ac poſtremo, cum exemplo rem illuſtramus, idem fere eſt, quod οἷον: quaſi dicas, *exempli cauſa*: ut ſi quis dixiſſet naturam, ἀμήχανόν τι χρῆμα φαίνεσθαι, *ſuperari non poſſe*; dicti firmandi cauſa ſubjungeret, ἀμέλει, τὰ ἐξ ἁπαλῶν διεστραμμένα τῶν δένδρων, οὐδεμία μηχανὴ ὀρθὰ τὸ λοιπὸν ἀποφαίνειν, id eſt, *exempli gratia, pravas ab tenerioribus uſque radicibus arbores, nulla deinde vi erigere poſſis.*

VI.

De Adverbiis ἀντικρὺ, acuta ultima, & ἄντικρυς, acuta antepenultima, notandum primo, tametſi ἀντικρὺ ſæpius *e regione, vis a vis*, ſignificet: ἄντικρυς vero, *palam & aperte*: tamen alterum pro altero uſurpari, apud Oratores ſimul & Poëtas.

VII.

ἄντικρυς, *de part en part.*

Secundo, utrumque apud Homerum, ſæpe idem eſſe, quod vulgo dicimus, *de part en part*: tametſi ἄντικρυς, potius, quam ἀντικρὺ, hoc modo uſurpet: unde creberrimum illud, ἄντικρυς δ' αὐχένος ἦλθεν ἀκωκὴ, id eſt, διαμπερὲς, &

& διαφορά: cum significat teli cuspidem alicujus cervices *omnino penetrasse*.

Ita videtur accipiendum illud Thucydid. lib. 2. ubi de Thebanis, qui Platæensium in urbe male habiti, in muri arcem subierant; cujus portas, extra murum, exitum aperire putarent: οἰόμενοι πύλας (τοῦ τείχους, vel τῆς πόλεως) τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι, ᾗ ἄντικρυς ὁδὸν ἐς τὸ ἔξω, id est, *rati fores hujus ædificii, (muri* aut *urbis) portas esse, atque ulteriorem & apertum extra urbem exitum dare*: Scholiast. etiam annotat, hic τὸ ἄντικρυς, esse ἐξεναντίας, non alio sensu.

VIII.

Tertiò ἄντικρυς, in acie potissimum & certamine est, κατὰ πρόσωπον, *a fronte*, opponiturque πρὸς κατόπιν, *a tergo*. Dionys. Halicarnass. lib. 3. οἱ μὲν ἄντικρυς ὀθούντες, οἱ δὲ κατόπιν, ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτούς, id est, *alii a fronte, alii a tergo invadentes, ite porro, atque illos omnino contemnite*. ἄντικρυς, *a fronte*.

IX.

Quarto, ἄντικρυς, *aperte*; eleganter aliquando reddi potest, per id quod *purum* ἄντικρυς, *palam*.

purum putumque, vulgo dicimus; ut ἄντικρυς διαβολὴ ταῦτα, ſupple ἐστὶν, *hæc vero pura puta calumnia eſt*; Gallice, *c'eſt une pure calomnie que cela*: hoc eſt *aperta*, & *perſpicua*. Sæpius *palam*, & γυμνῇ κεφαλῇ. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 7. de Coriolano. οὐ κρύφα, καὶ δι' εὐλαβείας τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ἄντικρυς καὶ θρασέως, *non clam ac verecunde ſententiam dicens, ſed palam ac fidenter*.

X.

Quinto, ἄντικρυς apud recentiores, (vix enim antiquiores ſic uſurparunt) aliquam habet *comparationis*, & *proportionis* ſignificationem. Cujus hæc duo præcipua exempla ſunto: Alterum apud Ariſtidem in Exordio Panathenaïci, τὰς μὲν ἄλλας χάριτας, inquit ille, οὐ τῶν πραγμάτων ἄντικρυς εἶναι συμβέβηκεν, id eſt, *alia gratiarum genera, vix rebus paria*, vel *cohærentia*, vel *congruentia fuerint*: loquitur autem de Athenis, quas oratione potiſſimum, tanquam orationis parentes, celebrandas eſſe putat.

Alterum apud Themiſtium, Oratione 9. ἀλλὰ, inquit, τὰ νῦν γε, ἄντικρυς τῆς Σωκράτους μεγαλοψυχίας, οὐχ ἥρπασε

πασε τὸν καιρὸν βουλιμιῶν: quem locum eleganter, ut omnia, interpres ita reddit; *sed ut in præsentia sese gerit, plane Socraticam illam constantiam, atque animi robur expressit: non enim occasionem illam temporis arripuit, quamvis gravis eum fames urgeret.* Brevius tamen tironum causa, ita verti possit; *At nunc quidem, Socraticam animi magnitudinem æmulatus, urgente licet gravi fame, non statim occasionem arripuit:* ubi τὸ ἄντικρυς, *instar* significat.

XI.

Sexto, sumitur etiam ἄντικρυς, pro τῷ ὄντι, vel ἀτεχνῶς, id est, *vere, proprie, plane.* Eusebius Præparat. 11. παραθεμένου δὲ τὸν Θεὸν μόνον ἄντικρυς ὄντα, *cumque Deum unum ex omnibus vere ac proprie esse declarasset.* Idem Demonstrationis lib. 1. τοιοῦτος δὲ καὶ οὗτος γεγονὼς, (de Enocho loquitur) ἄντικρυς Χριστιανικῶς, ἀλλ' οὐχὶ Ιουδαϊκῶς ζῶν ἀναπέφηνεν, *non Judaico, sed plane Christiano more vixit.*

ἄντικρυς, *vere.*

XII.

Septimo, reddi potius debet, *diserte,* vel *conceptis verbis.* Demosthen. de Fal-

ἄντικρυς, *diserte.*

Falsa Legat. γράψας ὥσπερ νῦν λέγω, τοῖς ῥήμασιν ὅτως ἄντικρυς, *quod ego decretum totidem plane, quibus nunc dico verbis, conceptum edidi.* Dionys. Halicarnass. lib. 5. Ῥούτυλοι δὲ Λατίνοις ἐπικουρίαν πέμπειν ἄντικρυς ὑπέσχοντο, *Rutuli autem, se auxilia Latinis missuros diserte promiserunt.* Idem lib. 4. ὁρίσας ἄντικρυς τὴν αἰτίαν τῆς δίκης, ὅτι τὸν δῆμον ἀδικοῦσιν, id est, *Hanc diserte accusationis causam proferens, quod populum violarent.*

SECTIO IV.

De Adverbiis ἀραρότως, ἀτρέμα, ἀτρέμας, ἀυτίκα.

REGULA I.

ἀραρότως, *firmiter.*

Ἀραρότως (quod Adverbium a vulgatis Lexicis, atque omnium amplissimo Stephani thesauro abesse miror) a præterito med. ἀραρὼς, id est, *firmus*, atque *compactus*, *firmitatis* etiam atque *constantiæ* significationem habet, maximeque *militaris*. Dicunt enim Græci, μένειν, ἑστηκέναι, στῆναι ἀραρότως, *gradum figere*, & quasi ἐν προβολῇ,

βολῇ, *in procinctu stare.* Plutarchus utrumque jungit in Pompejo: παράγγελμα, inquit, τοῖς τεταγμένοις ἔδωκεν, ἑστῶτας ἐν παρατολῇ, καὶ μένοντας ἀσφαλῶς, δέχεσθαι τοὺς πολεμίους, *in mandatis* Pompejus *dederat antesignanis, ut in procinctu stantes, pressoque vestigio, hostem exciperent.* Eadem repetit in Cæsare. Ita Diodor. Siculus lib. 3. de quodam ferocissimi tauri genere, quod alias quidem cornua, perinde atque aures movet, κατὰ δὲ τὰς μάχας, inquit, ἴσησιν ἀσφαλῶς, *at ubi pugnandum, fixa cornua immotaque tenet.*

II.

Ἀκρίβεμας, & ἀκρίβεια, idem fere sunt; nec enim tantum significant *absque motu*, aut *sensim & placide*, sed etiam πανταχόθεν ἁρμοζόντως, καὶ ἀκριβῶς, *convenienter omnino & accurate, nihil ut non suo loco & ordine positum sit.* Plutarch. in Themistocle, τοῖς χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίτοι οὐδὲ αὐτοῖς ἀκρίβεια συντιθεμένοις: id est, *magis Thucydidi cum annalibus convenire videtur, tametsi ne secum ipsi quidem in omnibus omnino consentiant*: vel, *tametsi non satis exquisite ac diligenter confecti sint.* Ubi meo judicio Stephanus male

ἀκρίβεια, *accurate.*

vertit, *sensim & placide*: nisi, (quod tamen ipse reprehendit) placide factum id dicatur, quod non tumultuarie, sed otiose diligenterque factum sit. Melius Amiotus, *encor qu'elles mesmes ne soient gueres bien faites.*

III.

ἔχε ἀτρέμας, *quiesce.*

Dicitur etiam ἔχε ἀτρέμας, Homero & Aristophani: vulgo, *ne vous bougez, ne vous mettez point en peine.* Quomodo usurpavit etiam Lucianus in Charonte, cui descendere cupienti, quod eminus non videret, Mercurius, ἔχε ἀτρέμας, inquit, ἦ που γὰρ ἰάσομαί σοι, id est, *mane modo, nam huic etiam incommodo probe medebor.* Dixit eodem sensu Xenophon Instit. 6. ἀτρεμίαν ἔχειν, ubi equites aliquot jubet sub aliquam speculam provectos, ἀδήλους τοῖς πολεμίοις ἀτρεμίαν ἔχειν, *efficere ne ab hoste conspicerentur, ac tantisper immotos ibi consistere.*

IV.

Αὐτίκα, præter communem acceptionem, qua *mox*, vel *statim* significat; in qua, vis majoris gratia, nonnunquam adjunctas etiam habet particulas, δὴ μάλα, vel γε μάλα.

Pri-

Primo, interdum cum articulo præpositivo, & nomine, significat *præsens*: ut ὁ ἀυτίκα φόβος, *præsens metus*; τὸ ἀυτίκα δεινὸν, *præsens calamitas*; αἱ ἀυτίκα ἡδοναὶ, *præsentes voluptates*: quo etiam modo compositum παραυτίκα usurpatur: Imo ἐν τῷ παραυτίκα, significat etiam *impræsentiarum*. ὁ ἀυτίκα, *præsens*.

V.

Secundo, cum particulis τε, & καὶ, sumitur eodem sensu, quo adverbium ἅμα: ut ἀυτίκα τε τὸν ἐχθρὸν ἑώρακε, καὶ πρὸς τὰς διαλλαγὰς ὥρμησεν, id est, *simul atque inimicum vidit, cum eo in gratiam redire voluit*. ἀυτίκα τε, καί.

VI.

Tertio, apud Thucydidem sæpe opponuntur, τὸ μὲν ἀυτίκα, τὸ δὲ μέλλον: ut τὸ μὲν ἀυτίκα, δύσμαχον· τὸ δὲ μέλλον, εὐκαταγώνιστον ἂν γένοιτο, *in præsentia quidem, ægre superari queat: in posterum tamen, facilius expugnabitur*.

VII.

Quarto, ἀυτίκα, & ἀυτίκα γέ τοι, & ἀυτίκα δή που, initio ferme periodi, significant, *Ac primum quidem*, vel *Atque ut inde ordiar*: præsertim, ubi res ex- ἀυτίκα γέ τοι, *initio periodi*.

emplo confirmanda eſt. Sic apud Lucianum, ἀυτίκα γε ὁ μὲν ἥλιος ὑποσὶ, οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, (φασὶ) σχολὴν ἄγων, *Ac primum quidem, ut inde ordiar, ſol, qui ne tantillum quidem vacat, ut aurem ſcalpat.* Ita ſæpe, Αὐτίκα γὰρ, *Principio enim*, cum primam confirmationis noſtræ rationem allaturi ſumus.

SECTIO V.

De Adverbiis ἀυτόθεν, εἶτα, & ἔπειτα.

REGULA I.

ἀυτόθεν, *ex tempore.*

Αὐτόθεν, præter vulgarem ſignificationem, pro, *ex eodem loco, aut tempore.* Primo, ſæpe idem eſt, quod ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *in promptu, ex tempore.* Hermogenes, ἐν δικανικῇ ἰδέᾳ λόγου, κἂν ἐσκευασμένος ἥκῃς, προσποιοῦ ἀυτόθεν λέγειν, id eſt, *in forenſibus cauſis, ut maxime paratus venias, finge tamen ex tempore te dicere.* Sic ἀυτοσχεδιαζόμενα omnia, *quæ tumultuaria opera fiunt*, ἀυτόθεν fieri dici poſſent.

II.

ἀυτόθεν, *e re nata.*

Secundo non prorſus abſimili ſignificatione reddi poteſt, *e re nata*, vel *per ſe*,

se, vel *ex iis quæ sunt ad manum, quæ oculis tenentur ac manibus*: quomodo Tullius, *rem ipsam per se loqui* dicit. Ita Chrysostomus tom. 5. ubi de sancti Babilæ miraculo, τότε ἦ αὐτόθεν, inquit, ἐδείκνυτο, ὅτι δαιμόνων ἦν ἔργα, τὰ τελούμενα, τῇ τε ἄλλῃ ἀπάτῃ, καὶ ταῖς θυσίαις αὐταῖς, ubi vocem hanc interpres omisit. Sensus autem est, *Tum vero dæmonum opera esse, quæ fiebant, res satis ipsa, cum aliis fraudibus, tum sacrificiorum genere loquebatur*, id est, ἀνθρωποθυσίαις.

Ita sæpe Eusebius: ut primo Præparationis, αὐτόθεν δὴ ἔν τοῦτο, καὶ οὐκ ἐκ μακρᾶς διελέγξομεν, *Atque hoc commentum promptis & obviis, non longius arcessitis rationibus refellemus.* Ibidem: καὶ τὸ αὐτόθεν ἦ θεὸς εὐζωΐαν πᾶσιν ἀνθρώποις προβεβλημένον, id est, *jam vero illud ipsum, quod omnibus per se hominibus ad bene beateque vivendum propositum est.*

III.

Tertio, interdum idem est quod *manifeste, sine larva, ultro, ac de industria.* Ita sumere videtur Plutarch. in comparatione Solonis & Publicolæ: cum enim dixisset Solonem παιδιάς τινι ὕπῳ, καὶ προσποίημα μανίας ἀναλαβόντα, αὐτόθεν, *palam.*

joco, & quadam furoris simulatione, ad rempubl. accessisse; de Publicola subjungit, ὁ δὲ αὐτόθεν ἀναῤῥίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ, *Ipse autem ultro, sine larva, ac simulatione, jacta de maximis rebus alea, in Tarquinium consurrexit.* Tametsi Latinus & Gallicus Interpres, *illico*, vel *ipso statim initio*, reddere maluerint: sed meo judicio, non ita hoc sensu Publicola Soloni opponeretur.

IV.

Εἶτα, quod proprie *deinde* significat, Primo, ab Atticis oratoribus, initio periodi ἐνθυμηματικῶς, id est, *argumentis premendo*, usurpatur; ac fere ὀργητικῶς, *iracunde*; præsertim, ut rei alicujus indignitatem exaggerent: tuncque reddi potest, *quid ergo? ergone? itane vero? & tu? nunc demum? an vero?* Exempla passim apud Demosth. obvia: ut pro Corona, in Æschinem, ea sibi tum objicientem, quæ cum fierent, ipse tacebat; εἶτα, inquit, ὦ τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν, τηλικαύτην πρᾶξιν ὁρῶν ἀφαιρούμενόν με τῆς πόλεως, ἠγανάκτησας; *Quid ergo*, vel, *an vero tunc*, (*o quo te nomine appellem?*) *tune, inquam, præsens cum esses, cum abs*

εἶτα, *quid ergo?*

abs me tanta commoditate rempubl. spoliari videres, significationem indignationis ullam dedisti?

Ibidem, cum ex eo quæsiisset, sibine, an urbi hostis esset, ac sibi potius esse responderet; subdit, εἶτα, ὃ μὲν ὦ παρ' ἐμοῦ δίκην ὑπὲρ τούτων λαβεῖν, ἐξέλιπες· ὃ δ' ἐγὼ ἀδικῶ παντάπασιν, ἐντοῦθα ἀπλύτους; *Quid ergo?* vel, *Itane vero? ubi pœnas horum abs me criminum repetere potuisses, dissimulasti: ubi nullus in me culpæ locus esse potest, tum me demum aggrederis?* Quo loco Gallus ita verteret, *Et cependant.*

εἶτα, & *tamen.*

V.

Secundo, eodem fere sensu in medio membro, usurpari potest. Demosthen. ibid. ἐμβρόντητε, εἶτα νυῦ λέγεις; *homo stupidissime, nunc demum hoc dicis?*

Tertio, sine interrogatione, initio periodi, reddi potius debet, *Et tamen.* Gall. *Et cependant.* Demosthen ibid. Εἶτα τοῦτο μὲν οὐχὶ λέγει τὸ ψήφισμα· εἰ δ', &c. *Et tamen de hoc decreto, nihil dicit: quod autem, &c.*

VI.

Quarto, etiam cum interrogatione, periodorum initio, paulo interdum mitius est, vertique potest, *Age ergo*: Gall.

εἶτα, *age ergo.*

Et bien. Demosthenes ibidem cum ostendisset, Athenienses omnia semper pro salute Græcorum, & egisse libenter, & fortiter sustinuisse, concludit: Εἶτα, ἐγὼ τεθεωρηκὼς, ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις τὴν πόλιν, ὑπὲρ τῶν τοῖς ἄλλοις συμφερόντων ἐθέλουσιν ἀγωνίζεσθαι. ὑπὲρ αὐτῆς τρόπον τινὰ τῆς συμβουλῆς οὔσης, τί ἔμελλον κελεύσειν; &c. *Age ergo, cum viderem hanc urbem, tot atque hujusmodi occasionibus, aliorum causa dimicationem adire voluisse: cum ejus ipsius gratia suscepta esset deliberatio, quid me jubere oportuit?*

εἶτα, *cur ergo?* Ibidem, cum διὰ τί, commodius redderetur, *cur ergo?* Εἶτα παρὼν, ὅτε με εἰσῆγον οἱ λογισταὶ, διὰ τί οὐ κατηγόρεις; *Quidni ergo, præsens cum esses, quo tempore me rationibus exigendis præpositi, ad eas reddendas sisterent, me accusabas?*

VII.

ἔπειτα. Ἔπειτα compositum, eundem etiam usum habet, tametsi rariorem. Demosthen. ibid. ἔπειτα, ὦ κατάρατε, σὺ τὸ τῆς παρὰ τουτωνὶ τιμῆς ἐμὲ ἀποστερῆσαι βουλόμενος, τρόπαια, καὶ μάχας, καὶ παλαιὰ ἔργα ἔλεγες; *Et tu, homo execrande, quo me civium honore spoliares, tropæa, pugnas, antiqua facinora prædicabas?*

SECTIO VI.

SECTIO VI.

De Adverbiis ἐπεὶ, *&* ὅπεικῶς.

Regula I.

Ἐπεὶ, quod proprie, vel *postquam*, vel *quandoquidem* significat: sæpe tamen significantius redditur, *nam*: idque vel per se solum, quod usitatissimum est, vel cum particulis τοί γε. Demosthen Philipp. 1. ἐπείτοιγε, (unica voce) εἰ πάντα ἃ προσῆκε, προσηλόντων, ὅπως εἶχε, *nam si, cum ea vos quæ oporteret, omnia præstaretis, res tamen ita se haberent.* ἐπεὶ, *nam.*

II.

Idem adverbium tres alios potissimum usus habet observatione dignos. Primus est, ut cum adverbiis εὐθέως, τάχιστα, & aliis similibus, reddatur Latine, *cum primum*, vel, *simul atque*: tametsi ἐπειδὴ, pro ἐπεὶ, hoc sensu non raro usurpetur. Exempla apud Xenophontem præcipue obvia: ut ἐπεὶ τάχιστα ὑφέλαβον, id est, *cum primum suspicari cœperunt*: ἐπειδὴ εὐθέως ᾠήθοντο, *simulatque senserunt*, vel *subodorati sunt*. Quo etiam modo, sæpe adverbium utrumque ἐπεὶ τάχιστα, *ut primum.*

que cum infinitivo modo conjungitur, ut ἐπεί, vel ἐπειδὴ εὐθέως αὐδέεσθαι.

III.

ἐπεὶ δὲ, *verun-tamen.* Secundus est, Plutarchi fere proprius, ut sequente particula δὲ, significet, ἀλλὰ, id est, *veruntamen*: alioqui sensus hæreret in plerisque. Sic accipe locum illum in Theseo, p. 1. ubi cum dixisset tempora supra Lycurgum & Numam fabulosa esse; subdit, ἐπεὶ ὅ τὸν μὲν Λυκοῦργον, καὶ Νομᾶ λόγον ἐκδόντες, ἐδοκοῦμεν οὐκ ἂν ἀλόγως πρὸς Ρομύλῳ φέρεσθαι, id est, *veruntamen, vulgata jam a nobis Lycurgi Numæque historia, visi nobis sumus, non abs re ad ipsum usque Romulum aspirare posse.* Quo loco si vertas ἐπεὶ, *postquam*, pendebit omnino sententia. Obiter quoque hic nota, Latinum Interpretem male reddidisse, ἂν φέρεσθαι, *evasisse*; eum significet *evadere*, seu *pervenire posse*, ob particulam ἄν.

IV.

ἐπεὶ, *deinde.* Tertius, eidem Plutarcho familiaris, & in Stephani notis observatus, est, ut initio periodi, pro ἔπειτα, id est, *deinde*, absolute sumatur. Sic in Publicola, ἐπεὶ ὅ Ταρκυίτιον, inquit, μισῶν ὁ δῆμος,

μος, ἀρχὴν ἀποστάσεως ἔλαβε τὸ Λυκρετίας πάθος, id est, *deinde vero*, vel *deinceps*, *perosus Tarquinium populus*, *defectionis ansam ex Lucretiæ casu arripuit*. Quo loco Interpres Latin. quod ἐπεὶ vertisset *postquam*, ne hiaret sententia, particulam consequentem unam alter, alter alteram omisit. Amiotus longe consultior, dum vertit: *Si advint que Tarquinius fut si hay & mal voulu du peuple*.

Quod si ἐπεὶ significaret *postquam*, mallem ego primum καὶ consequens, vertere *tum*: qui usus est hujus particulæ non insolens. Idem in Pompejo, ἐπεὶ δὲ πρὸς Κίνναν πορευθεὶς, ἐξ αἰτίας τινὸς ἔδεισεν, καὶ ταχὺ λαθὼν ἐκποδὼν ἐποίησεν ἑαυτόν. id est, *Deinde profectus ad Cinnam, ob crimen aliquod in se conjectum, metuere cœpit, ideoque sese ex ejus oculis furtim subduxit*. ubi si vertas *postquam*, particula καὶ initio consequentis periodi expungenda erit: nisi, ut ante jam monui, reddere malis ἐπεὶ, *postquam*, & καὶ, *tum*.

Eodem modo sumi videtur apud Herodot. ut cum ait lib. 2. p. 114. Ἐπεὶ ὦν τοὺς νεανίας ἀποπεμπομένους, ἰέναι τὰ πρῶτα μὲν διὰ τῆς οἰκεομένης, &c. id est, *Inde*, vel, *tum igitur dimissos adolescentes primum*

mum quidem cultam regionem peragrasse: ubi oratio, nisi ἐπεὶ eo modo sumeretur, esset prorsus ἀναπόδοτον.

V.

Ἐπεικῶς, *probe.*

Ἐπεικῶς, præter vulgatam *æqui bonique*, atque adeo, *moderati* significationem; Primo, sumitur interdum, quo modo *probe*, apud Latinos, ut *probe intellexi*, ἐπεικῶς ἔμαθον, *probe mihi conscius sum*, id est, ἐπεικῶς ἐμοὶ συνοίδα.

VI.

ἐπεικῶς, *admodum.*

Secundo, reddi potest, *admodum*, ut apud Xenophontem Ἑλληνικῶν 5. ubi de Thebanis adversus Lacedæmonios castra metantibus, καὶ γὰρ ἦν στενὸν ἐπεικῶς τοῦτο, καὶ δύσβατον χωρίον, id est, *angustus enim admodum locus is erat, accessuque difficilis.*

VII.

ἐπεικῶς, *commode.*

Tertio, significat *commode*, *omnino*, seu *belle*. Demosthen. Olynth. 1. ἐμοὶ δὲ ἀλλ' ἐπεικῶς, τοῦθ' ὅπερ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ἡμῖν, *sed commode omnino accidit, ut quod ex Philippi rebus ad vincendum maxime difficile est, idem quoque nobis sit utilissimum*: vulgo diceremus, *cela va le mieux du monde.*

Ali-

Aliquando, *satis commode* potius, quam, *admodum commode*: Idem ubi de Philippo convalescente, ἐπεὶ ἀνέλαβεν ἑαυτὸν, inquit, καὶ ὅπεικῶς ἔσχε τὸ σῶμα, id est, *ubi se recreare cœpit, & corpore esse firmo satis ac valente.*

VIII.

ὅπεικῶς, *satis.*

Quarto, reddi potest *satis*, absolute. Plato in Phœdone, τὸ μὲν σῶμα οὐκ εὐθὺς οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ὅπεικῶς συχνὸν ὑπομένει χρόνον, id est, *corpus nihil quicquam istorum continuo subire solet: sed potius satis multo tempore incorruptum manet.* Quo loco istud ὅπεικῶς, &c. Gallice reddi potest, *un assez bonne espace de temps.*

IX.

ὅπεικῶς, *circiter.*

Quinto, significat etiam circiter; quod tamen Latini per *admodum* exprimere solent. Polyb. lib. 6. de sociorum equitatu, ejusque distributione loquens, ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσιν, inquit, τὸν μὲν ἱππέων, εἰς τοὺς ὁπλίτας, ὅπεικῶς τὸ τρίτον μέρος: id est, *Ex ea sociorum multitudine, sumunt equitum in extraordinarios partem admodum tertiam.* Gallice, *bien la troisiesme partie.*

Quam

Quam eandem ſententiam aliter expreſſit Plutarchus in Lycurgo, particulis uſus (πȣ, ȣ̃ μάλιστα,) ἔτεσί πȣ μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν, μετὰ τὸν Λυκȣ̃ργον, id eſt, *annis poſt Lycurgum admodum triginta ſupra centum.*

X.

ἐπιεικῶς, *bona fide, ſerio.*

Sexto, ac poſtremo, reddi poteſt, *bona fide, ex animo, ſerio, ac ſine fuco;* eodem fere ſenſu, quo εὐγνωμόνως. Plato in Alcibiade I. ȣ̓κȣ̃ν τοσȣ̃τον μὲν ἡμῖν ἐς τὸ πρόσθεν πεπέρανται· ὃ γάρ ἐσμεν, ἐπιεικῶς ὡμολόγηται, id eſt, *hactenus igitur id a nobis effectum eſt, ut quidnam ſimus ſincere a nobis ac bona fide ſtatueretur.* Sic, quod ait Plautus in Captivis; *Bona fide, tu mihi iſthæc verba dixiſti?* Græce reddi poſſet, μῶν σύγε ἐπιεικῶς, vel ἐσπȣδασμένως τȣ́σδε τȣ̀ς λόγȣς ἔλεγες;

SECTIO VII.

De Adverbiis ἐπίπροσθεν, ἢ, ἦ, *cum aliis particulis.*

REGULA I.

ἐπίπροσθεν εἶναι, *luminibus officere.*

Ἐπίπροσθεν εἶναι, cum dativo, idem eſt quod verbum ἐπιπροσθεῖν, id eſt,

est, *luminibus officere*. Plutarch. in Pericle, ἔοικε πάντῃ χαλεπὸν εἶναι, καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τ' ἀληθεῖ, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γενόμενοι, τὸν χρόνον ὀπίσωθεν ὄντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων ἔχωσι. Quæ postrema verba male accipit Latinus Interpres, dum reddit, *antequam res cognoscant, præveniuntur tempore*. Integrum locum sic verte, *Aegre omnino potest historia verum investigare & consequi, quod posterorum cognitioni, ac veluti luminibus, quo minus res gestas intelligant, elapsum tempus officiat.*

II.

Particula ἦ, cum accentu acuto, ἤ; *an?* præter vulgaria significata, *quam*, & *vel*: Primo sæpe reddi debet, *an*, cum dubitatione, quando diversa orationis, & oppositа membra proponuntur. Demosthen. pro Corona, τῆς ποίας μερίδος πρὸς τὴν πόλιν ἐβούλεθ' ἂν; πότερον τῆς σωτηρίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν; ἢ τῆς ἀπιστίας πάντα γιγνόμενα; *utrius partis urbem hanc fuisse vellet? ejusne, quæ conjuncta quædam malorum, quæ Græcis evenerunt, causa esset? an illius, quæ mala ista fieri negligenter permisisset.*

III.

III.

ἢ ἄν, alioqui. Hæ cum particula ἄν, significat *alioqui*. Plato in Phædro, πᾶσα ψυχὴ φύσει σκέπτεται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῷον: id est, *omnis animus res suapte natura contemplatur, alioqui nunquam hoc in animantis genus venisset.* Quo sensu additur interdum γε, post aliquid aliud interjectum. Demosthen. πρὸς Βοιωτ. ἢ δεινόν γε ἂν εἴη, *alioqui grave sane id fuerit.* Interdum etiam additur δή, non tantum absolute & serio sed etiam per ironiam: ut apud Lysiam, πρὸς Σίμωνα ἀπολογία, ubi cum dixisset, exilium indictum esse, non tantum adversus mutua certamina, rationem dicti reddens subjungit, ἢ πολλοὺς δὴ ἐξήλασαν: id est, *alioqui multos videlicet exilio damnavissent.*

IV.

ἦ οὐ; nonne? Hæ οὐ; tam initio periodi, quam in medio, significat, *nonne?* ut apud Plat. ἦ οὐχ ὁρᾷς, ὅσον ἔργον προστάτεις; *nonne vides quantam, & quam difficilem rem imperes?*

V.

ἦ γάρ, nonne? Item quoque significat ἦ δή cum accentu circumflexo. Plato in Hippia minore,

nore, ἦ γὰρ, ὦ Ἱππία, οὐ ταῦτα ἦν ἃ ἔλεγες; *nonne, mi Hippia, ejusmodi erant quæ dicebas?* respondet ille, ἔγωγε, id est, *plane istuc ipsum dicebam.*

Idem fit præmissa propositione, cui assensum impetrare volumus: ut ibid. δεινοὶ, inquit, ὡς ἔοικέν, εἰσι, κατὰ τόν σου λόγον, καὶ πολύτροποι, ἦ γάρ; id est, *versuti, ut videtur, illi sunt, atque, ut ex oratione tua colligo, vafri & versipelles, nonne?*

VI.

Tertio, ἦ γὰρ ἄν, significat etiam *alioqui.* Chrysostomus 2. de Providentia, ταῦτα μὲν οὐ φανερῶς προσέθηκε τὰ ῥήματα· ἦ γὰρ ἄν, ὑποπτεύσαντες αὐτὸν εἶναι ἐχθρὸν, ἔφυγον. *His quidem verbis palam & aperte non utebatur; alioqui suspectum eum, tanquam inimicum habentes, protinus aufugissent.* ἦ γὰρ ἄν, *alioqui.*

VII.

Ἦ που, circumflexa penultima, initio periodi, significat primo, *utique, enimvero, hercle, nimirum*; idque fere sequentibus particulis ὅτι γε, id est, *quandoquidem.* Plato in Phædone, ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους πείσαιμι, ὅτι γε μηδὲ ὑμᾶς δύναμαι πείθειν, id est, *ægre* ἦ που, *enimvero.*

enimvero, vel *utiq; aliis id persuaderem, quando ne vobis quidem persuadere possum.*

VIII.

Secundo, in media periodo, eodem sensu accipitur, præcedente εἰ, & sequente γε, idque fere post aliam particulam. Demosthen. in Aristocratem, εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων, τῶν ἤδη κεκριμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται, ἦπου περί γε τοῦ μήτε ἑαλωκότος, μήτε κατεγνωσμένου, πάνδεινον γράφειν, id est, *si de homicidis jam damnatis usque adeo cautum est, profecto longe indignissimum fuerit, hoc de illo sancire, qui neque convictus, neque condemnatus fuerit.*

IX.

ἦπου, *multo magis.* Tertio, eodem loco reddi potest, *multo magis*; dum ait, εἰ τῶν ἀψύχων οὐδὲν ἐσθ' ὅσιον ἐᾶν ἄκριτον· ἦπου, τὸν ἄνθρωπόν γε ὄντα, ἀνόσιον καὶ δεινὸν, ἄνευ λόγου καὶ ψήφου ποιεῖν ἔκδοτον, id est, *si nefas est inanimatum quidpiam legitimo judicio spoliare, multo sane magis impium ac sceleratum fuerit, hominem indicta causa atque indemnatum dedere.*

X. Quar-

X.

Quarto, eodem aliquando ſenſu, abſque particula γε, reſpondet præcedenti ὅπου, quod, *ſi*, vel *quandoquidem* ſignificat. Iſocrates de pace, ὅπου γὰρ οἰκῆσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦπου βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν κατασχεῖν, id eſt, *ſi urbes ædificare potuerunt, multo magis, ſi modo voluerimus, loca ejuſmodi plurima tenere poterimus.* ὅπου ἦπου.

XI.

Quinto, in media quoque periodo, vel ſolum, vel additis particulis γε, & καὶ, contrarium ſignificat, id eſt, *multo minus*, vel *nedum*, σχολῇ γε. Plutarchus in Politicis Præceptis, οὐδὲ τούτων ἐπιμελητέον ἐστὶ παρέργως· ἦπου τῶν περὶ τὸν βίον ἀμελητέον, id eſt, *ne horum quidem perfunctorie ſuſcipienda cura eſt: multo minus quæ ad vitam pertinent negligenda.* ubi particula οὐδὲ verti debet, *ne quidem*, quemadmodum & alibi ſæpe. Dicere autem poterat, ἦπου γε καὶ τῶν περὶ τὸν βιὸν ἀμελητέον. ἦπου, *multo minus.*

XII.

Id etiam fit, præcedente ὅπου. Plu-

tarch. ibid. ὅπȣ, inquit, τἀνδρὶ τ' ἄλλα θαυμασίῳ, μικρὸν ȣ̓̃τω φιλανθρώπευμα παραλειφθὲν, ὑπεροψίας ἠνέγκε δόξαν· ἦπȣ κολȣ́ων ἄν τις ἀξίωμα συνάρχοντος, ἐπιεικὴς ἂν φανείη. id est, *si viro alias plane singulari, omissum tam exiguum humanitatis officium, arrogantiæ suspicionem attulit, multo sane minus, qui collegæ dignitatem infringat, vir bonus ac civilis habeatur*: ubi alterutrum ἂν abundat, de quo infra, Cap. 8. Sect. 3. Reg. 1.

XIII.

ἦπȣ σχολῇ γε.

Aliquando vero τῷ ἦπȣ, additur σχολῇ γε, tuncque vel σχολῇ abundat, vel ἦπȣ affirmat, significatque *profecto*. Sic supra dici posset, ἦπȣ σχολῇ γε κολȣ́ων.

XIV.

At ἤπȣ acuta penultima, significat, εἴτε, id est, *sive*, quemadmodum ἤτοι, & aliquando tantum ἢ, *quam*. Exempla passim obvia.

(o)

SECTIO VIII.

SECTIO VIII.

De Adverbiis μᾶλλον, *&* μάλιστα.

Regula I.

Μᾶλλον, ut plurimum adjunctam habet conjunctionem δὲ, nec tamen verti debet, *potius vero*; sed Latina phrasi, *seu potius, vel potius*: quod nunquam Græce dicitur, ἢ μᾶλλον. μᾶλλον δὲ, *vel potius.*

II.

Idem adverbium junctum cum ἀεὶ, significat *magis atque magis*; vulgo, *de plus en plus*, ut προὐχώρει καθ' ἡμέραν ἀεὶ μᾶλλον, id est, *indies magis magisque proficiebat.* Quo sensu τῷ ἀεὶ, non raro additur enclitica π. ἀεὶ, μᾶλλον *magis atque magis.*

III.

Jungitur interdum comparativo, ut apud Isæum, πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον, *longe promptius.* Apud Isocrat. χρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, id est, *præstare mori.* Ita Tullius non semel ait, *potius malo*, cum *malo* satis esset. μᾶλλον, *cum comparat.*

IV.

παντὸς μᾶλλον.

Jungitur etiam eleganter cum genitivo παντὸς, ad exprimendum singularem aliquem excessum; vulgo diceremus, *plus que tout autre*: ut παντὸς μᾶλλον ὧδὰ τοῦτο ἢ νίκη μεθ' ἡμῶν γένοιτ' ἄν, id est, *hoc modo facilius, quam alio quolibet, victoriam consequi poterimus.*

V.

μᾶλλον, *subintellectum.*

Postremo, sæpe μᾶλλον subauditur, in verbo βέλομαι, sequente tantum ἤ, id est, *quam*, cum tamen verbum illud cum ea particula verti debeat, *malo quam*, ut βέλομαί σε ἀπέναι, ἢ παρόντα ῥαθυμεῖν, id est, *abire te malo, quam præsentem otio langueſcere.*

VI.

τὰ μάλιστα, *præsertim.*

De adverbio μάλιστα, quatuor notanda sunt. Primo, sæpe jungitur cum articulo neutro plurali τὰ, tumque significat *præsertim*, aut *maxima ex parte*; ut ὁ στόλος τὰ μάλιστα διεφθάρη, *classis maxima ex parte consumpta est.* Sic ὑπ' ἄλλων μὲν ὅσων, τὰ δ' μάλιστα, ὑπὸ ῥαθυμίας ἡμῖν ἔρρει τὰ πράγματα, id est, *cum aliis plerisque de causis, tum inertia maxime res nostræ pessum eunt.*

VII.

VII.

Secundo, idem fere eſt, quod ὀπιεικῶς, id eſt, *admodum*, vulgo, *bien juſques*; apud Atticos præſertim, ut apud Thucydidem, Xenophont. & alios. Sed tunc fere, cum numeralibus jungitur. Thucydid. 2. ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις, *diebus admodum*, vel *omnibus quadraginta*. Quo ſenſu non raro adjunctas habet particulas πη, τοι, aut πως, aut πȣ, encliticas.

μάλιστα, *admodũ*.

VIII.

Tertio, μάλιστα μὲν, ſequentibus poſtea, εἰ δὲ μὴ, reddi poteſt, *principio*, vel *ante omnia*. Sic Terentius in Andria, *Te per amicitiam obſecro, principio ut ne ducas*; (*uxorem ſcilicet*,) Græce reddi poteſt, μάλιστα μὲν ȣ̓ γῆμαι: Sequitur, *ſed ſi id non poteſt*, Græce tribus his voculis, εἰ δὲ μὴ, hoc eſt, *ſin minus*. Ita ut per μάλιστα μὲν, ſignificetur, id quod omnino vellemus fieri, ſi quo modo fieri poſſet: tum per εἰ δὲ μὴ ſubjiciamus id, quod ſaltem ejus vice fieri cupimus: vulgo, *au defaut de l'autre*. Ita plane accipiendus Platonis locus in Menexeno, ubi præclaram illam ad liberos ſuperſtites, defuncti parentes ex-

μάλιστα μὲν, εἰ δὲ μή.

hortationem habent, πᾶσαν πάντως σπουδὴν παρέχεσθε ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑμῖν εὐδοκιμήσετε, εἰ δὲ μή, ἴστε ὡς ἡμῖν ἡ νίκη διαμάχῃ φέρει, id est, *omni studio contendite, principio quidem uti superetis; sin minus, intelligite, hanc nobis victoriam probro futuram.*

IX.

μάλιστα φάσκω.

Quarto, μάλιστα, cum verbo φάσκω, & similibus, videtur significare παῤῥησίαν quandam: ut vulgo dicimus, *haut & clair.* Plutarchus in Alexandro de Clito indignante, quod Macedones in convivio deriderentur, ὑγιαίνετε, μάλιστα φάσκων, ὡς καλῶς ἐν βαρβάροις ὑβρίζεσθαι Μακεδόνας. ubi μάλιστα, cum sequente φάσκων, non cum præcedente ὑγιαίνετε, jungit etiam Amiotus, *disant tout haut, que c'estoit une grand' honte d'injurier les Macedoniens, parmy les Barbares.* Ita Lucianus in Charonte; ὅτι δεῖπνον, οἶμαι, καλεῖς, ἐς πρώ ὑστεραίαν, μάλιστα, ἥξω, ἔφη, *ad cœnam, opinor, invitatus, magna voce, cras, inquit, veniam.* nisi quis, μάλιστα, jungat cum ἥξω, tunc autem significabit, *omnino, libentissime*; vulgo, *sans faute.*

X. Quin-

X.

Quinto, præcedente, vel ſequente ὁμοίως, cum dandi caſu, reddi poteſt, *quam*, vel, *ut qui maxime*. Demoſth. de reditu ſuo, Εὕροιτε ἐμὲ ἐυρήσετε τῷ πλήθει, τοῖς μάλιθ' ὁμοίως, id eſt, *me tam populi ſtudioſum reperietis, quam qui maxime*. Contra dici poſſet, τοῖς ἥκιστα ὁμοίως, vel ὁμοίως τοῖς ἥκιστα, *quam qui minime*. quod ſupr. de Nomine Cap. 3. Sect. 13. Reg. 4. dicebatur, ὡς ὀδὲν χρῆμα. μάλιστα, *ut qui maxime.*

SECTIO IX.

De Adverbiis μεταξὺ, μέχρι, οἴγε, ὁμῶ.

Regula I.

Μεταξὺ, cum participio eleganter conjungitur, eo in caſu quem ſententia poſtulat; ut *inter*, apud Latinos, cum gerundiis in *dum*; ut μεταξὺ περιπατῶν, τῷ ἐχθρῷ ἐνέτυχεν, *inter ambulandum in hoſtem incidit*. quod dici poſſet, μεταξὺ περιπατοῦντι ἀπλώτησεν ὁ ἐχθρὸς, *inter ambulandum ipſi hoſtis occurrit*. μεταξὺ, *cum participio.*

II.

μεταξὺ, *cum.* Aliquando, ſed rarius, ſumi videtur pro μετ, *cum*, ut apud Plutarch. in Theſeo, καὶ μεταξὺ τοῦ δυνατοῦ σύνεσιν ἔχοντες, *prudentiam cum poteſtate conjunctam habentes.*

III.

μέχρι τίνος; *quouſque?* De adverbio μέχρι, adverte ſequentia. Primo, μέχρι, vel ἄχρι, ante conſonantem, ut μέχρις, vel ἄχρις ante vocalem; cum interrogativo τίνος, vel ποῦ, ſignificat *quouſque*; ut μέχρι ποῦ vel τίνος, τοῖς πράγμασιν ἀνειμένως χρησόμεθα; *quouſque tandem res negligenter curabimus?*

IV.

μέχρι που, *ut etiam.* Secundo, μέχρι που, & ἄχρι που, ſine interrogatione, cum infinitivo jungitur, ſignificatque, *ut etiam*; ut μέχρι που καὶ ἐπιδακρύσαι, τἀνδρὶ προσέπαθεν, *tanta eum cepit hominis commiſeratio, ut ejus quoque malis illachrymaretur*; vulgo, *juſques aux pleurs, juſques à en pleurer.*

V.

μέχρι Tertio, additur etiam πρὸς, quemad-

admodum Latini dicunt, *usque ad*: μέχρις, μέχρι πρὸς τὰς ὑπερμένης ἐσχατιὰς διεφοίτησεν ἡ φήμη, *ad ultimos usque orbis fines ea fama pervenit.* μέχρις, usque ad.

VI.

Quarto, cum aliis adverbiis & particuliis jungitur, ut μέχρις ἐνταῦθα, *hactenus*, vel *huc usque*, μέχρι τοῦδε, vel μέχρι δεῦρο, *huc usque*, *hactenus*, *eatenus*; cum de oratione vel disputatione aliquatenus progressi loquimur. μέχρι πόρρω, *longe*, vel *diu*: μέχρι τοῦ νῦν, id est, μέχρι τοῦ παρόντος, *in præsens usque tempus*: μέχρι σήμερον, *jusques à aujourd'huy*: μέχρις ἐχθές, *jusques à hier*: μέχρι πρώην, quod Latine vix exprimi potest, *jusques à avant hier*. Synes. ἀπειθὴς μέχρι πρώην διαγιόμενος, verbatim, *cum usque ad nudiustertius luctu caruisset.* μέχρι τοῦδε, hactenus.

VII.

Quinto, cum genitivis quibusdam, ut μέχρι τοῦ λόγου, vel τοῦ λέγειν, *verbis tenus*: μέχρις ἡμῶν, *ad nos usque*, id est, *ad nostram usque ætatem*: μέχρις οὗ, *donec*, vel *quoad*; μέχρι τῆς ζωῆς, id est, διὰ βίου, *per totam vitam*: ut μέχρι ζωῆς μέχρι λόγου, verbis tenus.

ζωῆς ἄρχων διετέλεσεν, *tota vita in magistratu fuit*; μέχρις εἴκοσι ἐτῶν, id est, *ab anno* 20. *& infra.* Demosthen. Olynth. 3. Ἐψηφίσασθε, τοὺς μέχρι πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν, αὐτοὺς ἐμβαίνειν, *Decrevistis ut qui essent intra quintum & quadragesimum annum, in naves conscenderent.* quo numero comprehendebantur, qui annum illum 45. attigerant, quique infra illum erant, modo ætate militari essent.

VIII.

μέχρις ἕως. Sexto, apud Herodotum maxime, & alios Jonicos, μέχρις ἕως, simul jungitur cum alio gignendi casu; particula ἕως, prorsus abundante; ut μέχρις ἕως τῆς διαλλαγῆς, id est, *usque ad gratiæ reconciliationem.*

IX.

οἶγε. Οἶγε, interdum cum verbo βλέπω, aut alio simili, verbatim est, *quo quidem respicio*, vel *specto*: Sicque apud Atticos, impeditam efficit orationem, & significationem habet ab sequenti aliqua voce pendentem. Aristides in Panathenaïco, ἐμοὶ μὲν ἀλλ' οἶγε βλέπων, τὸ

τὸ δίκαιον ἐποιούμην, καὶ περὶ ἧς εἶχον ἐν νῷ τροφῆς εἰπεῖν. Quo loco Interpres, *Jam*, inquit, *ejus alimenti, de quo, cum eo tenderem, & in animo habebam dicere*, Quis hoc intelligit, *cum eo tenderem?* Deinde τὸ δίκαιον ἐποιούμην omittit. *Forte ita reddi possit; Jam vero illius alimenti, quo, dum in illud intuerer, hujus orationis æquitatem maxime niti arbitrabar; de quo etiam mihi propterea dicendum esse statuebam.* Qua in oratione οἶγε, pendentem significationem habet ex sequenti voce, τροφῆς.

X.

Ὁμοῦ, proprie *simul*: aliquando tamen, *circiter*, aut *fere*, significat: ut apud Dionys. Halicarnass. ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη, *anni circiter quingenti.* Quo sensu dicitur, etiam ὁμοῦ τι. Apud eundem, ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων: quod Thucydides, aliique Attici, per adverbium ἐγγὺς, efferre solent. ὁμοῦ, *circiter.*

SECT. X.

SECTIO X.

De Adverbiis, ὅπη, ὅπῃ, ὅπως, ἅτῃ, ῥᾳδίως.

REGULA I.

ὅπη ἂν παρείκοι.

Ὅπη, cum verbo παρείκοι, in tertia persona optativi, vel etiam subjunctivi, & particula ἄν, significat proprie, *quocunque*, vel *loco*, vel *tempore*, vel *modo liceat*. ut ὅπη ἂν παρείκοι, ἄφομαι τῶ πρήγματος, *ut primum licebit, vel quomodocunque licebit, rem aggrediar.* ubi παρείκοι est impersonale, quemadmodum per se est etiam apud Atticos, sine particula ὅπη, tuncque significat *promptum, facile, integrum est.* Plato Legum 5. Βελόμενον ἡδέως ζῶν, ἐκὲν παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῶν, id est, *qui suaviter & jucunde vivere volet, ei non tam facile*, aut *integrum erit, sua sponte intemperanter vivere.* Eodem modo usurpatur ἐξῆν, de quo Cap. 5. Sect. 14. Reg. 11.

II.

ὅπη δοκοῖ.

Eodem fere sensu, ὅπη δοκοῖ, a Thucydide, & aliis Atticis usurpatur, id est, *ubi*

ubi commodum visum est: ut ὅπη δοκοῖ, ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς, εἰσέβαλον εἰς τὸ στράτευμα τῶν Θρᾳκῶν, id est, *ubi commodum visum est*, vel *qua parte commodum visum est*, *pauci licet adversus multos*, *in Thracum aciem impetum fecerunt*.

III.

Ὅπη οὖν, vel ὅπη ἂν, duabus vocibus, vel ὁπηδηοῦν, ὁπηδήποτε, & ὁπηδηποτοῦν, unico verbo, id est, *quoquo modo*, vel *quomodocunque*; ut πειράσομαι ὅπη οὖν τὸ ἄχθος ὑποσείσασθαι, *conabor id oneris quoquo pacto excutere*. ὅπη οὖν, *quoquo modo*.

IV.

Ὅπου, præter significationem *ubi*, & eam quæ paulo ante in ἦπου, allata est, aliquando reddi debet, *quo usque*, sine interrogatione, vel *eo usque dum*. Plutarchus in Publicola, ubi loquitur de arboribus, & aliis quæ ex agro Tarquinio in Tyberim projecta fuerant: ὑπήγαγεν ὁ ῥοῦς, οὐ πολὺν τόπον, ἀλλ' ὅπου τὰ πρῶτα συνενεχθέντα, καὶ περιπεσόντα τοῖς στερεοῖς ὑπέστη, id est, *fluxus amnis haud procul detulit*; *sed eo tantum usque*, *dum primi manipuli vadis illisi*, *& incurrentes subsisterent*. Hic enim ὑπάγειν, est *secundo amne deferre*: συμφέρεσθαι vero, ὅπου, *quo usque*.

ro, & στρεπεσεῖν, *incurſare, rencontrer*; τὰ στερεὰ *denique*, quod vulgo dicimus, *terre ferme*.

V.

ὅπως pro πῶς.

Ὅπως, Primo, interdum, licet rarius, pro πῶς interrogante ſumitur, ac fere reſpondendo ei, qui per illud πῶς interrogaverat; ut ſi quærenti, πῶς ἂν αὐτὸν προσείποιμι; *quomodo eum appellem?* reſpondeas, ὅπως, vel ὅπως ἄν; *quomodo?* quaſi dicas, *quæriſne quomodo?*

οὐχ ὅπως.

Secundo, præcedente οὐχ, licet aliquando nativam ſignificationem retineat: ſæpius tamen ſignificat, *non ſolum*, vel *non ſolum non*, vel *ne dum*. *Non ſolum*, ut οὐχ ὅπως τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ἐκάκωσεν, *non tantum hoſtes fugavit, ſed etiam eorum regionem vaſtavit*. Demoſthenes in Midiam, οὐχ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, id eſt, *non modo cujusquam per eos dies corpus non violandum eſſe putaviſtis*.

Non ſolum non. Demoſthen. pro Coron. οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ μισθώσας σεαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύῃ, *non modo nullam iis gratiam habes, ſed etiam mercede corruptus, rempubl. horum in perniciem geris*.

Ne

Ne dum, Lucianus Prometh. οὐδὲ μνημονεύσειν ἔτι ὤμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἀγανακτήσειν, id est, *eorum ne recordaturum quidem amplius Iovem putabam, ne dum adeo graviter indignaturum.*

VI.

Tertio, ὅπως, seu *præcipiendo*, seu *vetando*, sæpe usurpatur ἑλληνιστικῶς, idque ut plurimum præcedente ἀλλὰ, vel ἀλλ, vel sequente γε, δὴ, δὲ, ἄρα, τοίνυν, ἄν & similibus: tunc autem construitur vel cum futuro indicativi, vel cum subjunctivo, vel cum optativo, Plato 1. de Republ. καὶ ὅπως μοὶ μὴ ἐρεῖς, *ac vide ne mihi dixeris.* Demosthenes de Falsa Legat. καὶ ὅπως γε, ἄν τι τούτων γίγνηται, τούτους ἐπαινέσεσθε, καὶ μέν τοι, κἄν τι τῶν ἐναντίων, ὅπως τούτοις ὀργιεῖσθε, *at videte, ut si quid istorum fiat, hos laudetis; sin contrarium quid, ut iis irascamini.* Ἀτὰρ eodem modo usurpatur. Ita Gallice, *qu'on ne face pas cela:* ἀλλ' ὅπως μὴ τοῦτο διαπράττοιτ' ἄν. ὅπως, *defectivum.* ἀτάρ.

VII.

Οὕτω, vel ὕτως, etiam ante consonantem, Attice idem fere est, quod apud Latinos, *ita demum*, vel *tum demum*: ὕτως, *ita demum.*

mum: ut apud Xenophont. παιδείας 2. προσευξάμενοι θεοῖς, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν ζῶας, ἕτω διέβαινον ὅρια, id est, *cum vota Diis nuncupassent, uti ab iis volentibus ac propitiis mitterentur, ita demum fines transierunt.* Apud Demosthen. passim obvium.

VIII.

ἕτω πως & πῦ.

Secundo, cum eo adverbio particulæ πως, vel πῦ, sæpe ornatus causa tantum conjunctæ, παρέλκυσι: ut ἕτω πως ἔλαθεν ὑποδυσάμενος τὴν αὐτοκράτορα, *Ita clam omnibus sese in Imperatoris gratiam insinuavit.*

IX.

ἕτω, temere.

Tertio, significat *temere*. Demosthenes 1. Philipp. ὑμεῖς δὲ ἕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. *Vos autem pecunias temere, nec rebus exigentibus, in festa impenditis.*

X.

ἕτως ὄναιο σύγε, macte animo.

Quarto, eleganter, Attici præsertim, cum eo adverbio jungunt ὄναιο σύγε, & alias similes pro diversitate personarum loquendi formulas: Eodem sensu quod Latini dicunt, *macte animo*, idque

idque fere cum gignendi casu : ut ἕτως ὄναιο σύγε τῆσδε τ φιλοτιμίας, id est, *macte animo, & hanc diligentiam novis semper incrementis auge.*

XI.

Interdum præcedente ὅπως, vel ὡς, respondet, verboso quodam orationis tractu. Demosthenes Olynth. 2. φημὶ δεῖν ὑμᾶς τοῖς Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι, *dico vos oportere Olynthiis opem ferre; atque ut quis hoc accuratissime, ac diligentissime faciendum esse dixerit, ita mihi placuerit maxime.* ὅπως, ὅτως.

XII.

Quinto etiam ῥᾳδίως cum ἕτω jungitur, significatque *temere.* Plato 2. de Republ. ἆρ' ἔν ῥᾳδίως ἕτω παρήσομεν, τὰς ὁπτυχόντας μύθους ἀκούειν τοὺς παῖδας; id est, *an igitur passim ac temere adeo, quasvis fabulas a pueris audiri patiemur?* ἕτω ῥᾳδίως.

XIII.

Hoc ipsum etiam ῥᾳδίως, per sese aliquando significat. Demosthenes Philipp. 1. sub finem, ὅταν γὰρ ὑμεῖς, ἐξ ὧν ἂν ἀκούητε, ὅ, τι ἂν τύχῃ ῥᾳδίως ψηφίζεσθε, τί καὶ ῥᾳδίως, *temere.*

χρὴ προδοκᾶν; id est, *Cum vos ex iis modo, quæ audieritis, quicquid in mentem venerit temere statuatis, quid tandem expectandum vobis est?*

XIV.

ῥᾳδίως, *admodum.*

Præterea ῥᾳδίως, interdum est *facile admodum*; interdum vero *admodum* solum: ut apud Lysiam, ἀγρὸν ταλάντου ῥᾳδίως ἄξιον, id est, *agrum talento facile, vel admodum æstimandum.*

XV.

ῥᾳδίως ἔχειν.

Ῥᾳδίως ἔχω, idem quod *meliuscule*, vel *satis commode habeo*: ῥᾷον ἔχειν, *commodius habere.*

XVI.

ῥᾴδιον ἢ pro ῥᾷον.

Notandum postremo etiam ῥᾴδιον, sequente ἢ, *quam*, usurpari pro ῥᾷον, ut apud Plutarch. in Pompejo, ὁ δὲ ῥᾴδιον οἰόμενος, αὐτῷ καταλύσειν τὴν δύναμιν πολεμοῦντος, ἢ τὸ σῶμα λήψεσθαι φεύγοντος, *ille autem ratus, sese facilius, ejus bellum gerentis copias profligare posse, quam fugientem comprehendere.*

SE-

SECTIO XI.

De Adverbiis πῶς, ὦ, & iis quibus approbamus aliquid, aut improbamus.

Regvla I.

Πῶς γὰρ; & πῶς γὰρ ἂν; usurpantur ἐλλειπτικῶς, ubi aliquid ante negavimus; ut τῶν ἀριστευόντων οὐκ ἂν σύ ποτε γένοιο. πῶς γάρ; vel πῶς γὰρ ἂν; ὅγε πρὸς ὁντιναοῦν καταπεπτηχὼς κίνδυνον; *nunquam ex strenuißimis futurus es: quomodo enim?* (sup. *id fieri poßit*) *qui ad quodvis periculum animo concidas?* πῶς γάρ; & πῶς γὰρ ἂν;

II.

Secundo, πῶς οὐ; in consequentia dictionis verti potest, *nonne?* aut *quis neget?* ut πῶς οὐκ ἀδικεῖς, τοῦτο ποιῶν; verbatim, *quomodo non injuriosus es, hoc faciens?* id est, *nonne injustus es, dum hoc agis?* πῶς οὐ; *nonne?*

At in periodi vel membri clausula, reddi potius debet, *quidni enim?* vel *quis enim hoc neget?* ut ἐκεῖνα μὲν ἄξια χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω, πῶς γὰρ οὔ; *illa quidem*

dem gratiarum actione, & laude digna esse judico: quidni enim, vel *quis enim hoc neget?* tuncque, ᾰ acuitur.

III.

πῶς, *certo modo.*

Tertio, licet non interroget, accentum tamen retinet, cum significat certo quodam & peculiari modo; nam cum ἀδιαφόρως ponitur, pro *aliquo modo*, tunc encliticum est. Aristoteles ita sæpe usurpat, ut Ethic. 2. ᾧ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς: id est, *Non reprehenditur, qui absolute irascitur, sed qui certo quodam modo.*

Quo sensu, πῶς μὲν, & πῶς δὲ, sæpe opponuntur. Themistius de illis, qui Aristotelem putabant duplicem intellectum statuere, illorum ex opinione ait, πῶς μὲν δύο φύσεις τούτους εἶναι τοὺς νοῦς, πῶς δὲ μίαν, id est, *certo quodam modo duos illos intellectus, duas esse naturas, alio vero, tantum unam*; licet eædem particulæ reddi quoque possint, *partim*, vel *interdum*, ut πῇ μὲν, πῇ δὲ· ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δὲ· ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ.

Aliquando certus ille modus, ἔμφασιν addit. Sic ille apud Aristophan. in Pluto, cum dixisset, μετρίᾳ γὰρ ἀνδρὸς ἐκβεβήκεις πώποτε, *quippe nunquam modestum*

stum in hominem incidisti; subjungit de se ipso, ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεὶ, *at ego, singulari quodam modo, iis semper moribus fui.*

IV.

Πῦ; interrogativum, proprie quidem est, *ubi?* Aliquando tamen sumitur, ἀντὶ τοῦ, πῶς; Ita Demosthen. pro Coron. Πῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι; *quomodo autem eruditionis tibi meminisse fas sit?* πῦ; *ubi?*

At που encliticum, est particula παραπληρωματικὴ, id est, *ornatus causa tantum adhibita*; eodem fere sensu, quo γε, δὴ, πῶς. Plena exemplis omnia.

V.

Adverbium vocandi ὦ jungitur interdum cum pronomine οὗτος, eodem sensu, quo apud Latinos, *heus tu*, & apud Gallos, *un tel*: etiamsi verbatim sonent ista duo, *o hic*. Imo quod magis mirum est, illud οὗτος sine adverbio vocandi ὦ, cum nominativo ejus, qui vocatur, eodem sensu conjungi solet. Plato initio convivii, ὄπισθεν κατιδών με, πόῤῥωθεν ἐκάλεσε· ὁ Φαλερεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς; id est, *me a ter-*

go conſpicatus, vocavit a longe: heus tu, inquit, Phaleræ Apollodore, non exſpectabis? Arnobius amat hunc idiotiſmum, ut lib. 2. *Et tamen, o iſti, qui pollutas tes noſtras vitiorum criminamini fœditate.* jungitur etiam ὦ cum voce ἑτάν: ſed per aphæreſim ὦταν, vel ὠτᾶν, vel ὦ 'τᾶν, vel ὦ 'τᾶν, ut ſignificetur, *amice, bone vir.* & alia id genus.

VI.

Obſervanda quoque adverbia ſunt, quibus fere in dialogis, ad probandum quod ab alio dicitur, vel ad improbandum uti ſolent. Prioris generis ſunt, πῶς γὰρ ἐχί; *Quidni enim?* Quod tamen Plutarchus in Pompejo, ironice uſurpavit, πῶς γὰρ ἐχὶ γενναῖα ἐνταῦθα (forte legendum ταῦτα) καλά; *quis enim egregia hæc & præclara eſſe neget?* Θαυμαστῶς, *mirum quam id verum ſit.* Ναὶ, *etiam, ita.* Ὀρθῶς, *præclare.* Οὕτως, *ita eſt ut dicis.* Πάντως δήπου, *utique*, vel *omnino ſane.* Πάνυγε, vel πάνυ μὲν δή.

πῶς γὰρ ἐχί;

Eodem ſenſu, πῶς δ' ἔ; vel πῶς γὰρ ἔ; *quidni enim?* vel, *qui enim aliter fieri poſſet?* Quomodo, aliis etiam adjunctis uſurpatur: Demoſthen. pro Corona.

συγα-

συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ, δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί! πῶς γὰρ οὔ; κατὰ τῆς πατρίδος, id est, *Philippo studere, indignum, o terra, vosque o Superi, facinus! cui enim aliud videri possit, cum adversus patriam id fieret?* Σφόδρα γε, *equidem perlibenter*; vel, *& quidem admodum.* Τί μήν; *quidni enim?* vel, ut Plautus, *quippeni.* ὑπερφυῶς δὴ, *majorem in modum probo; vel, etiam, atque etiam probo.*

His adduntur aliæ voces; quæ adverbia non sunt: ἀνάγκη, *prorsus necesse est*: ἔγωγε, *equidem ita sentio*: ἔμοιγε δοκεῖ, *mihi quidem ita videtur*: εἰκός γε, vel εἰκός τοι, vel ἔοικε, vel κινδυνεύει, vel φαίνεται. quæ omnia reddi possunt, *simile vero est*: vulgo, *il y a bien de l'apparence*: παντάπασι μὲν οὖν, idem quod πάνυ μὲν οὖν.

VII.

Alterius generis pauciora sunt, ac fere quæ sequuntur, καὶ πῶς; *quomodo enim id esse posset?* οὐ γὰρ, & οὐ γὰρ οὖν, *nequaquam hercle*: οὐδαμῶς, *nullo plane modo*: οὐ δῆτα, οὐ μὲν δὴ, *neutiquam sane*: οὐκοῦν ἔγωγε, *ego vero, nequaquam.* Absolute autem οὐκοῦν est, *non igitur*: at οὐκοῦν *igitur*, affirmando. Οὐκ ἔοικε, vel οὐ φαίνε-

ται, *il n'y a pas d'apparence*: πῶς γάρ; *quorsum enim?* vel, *qui enim id esse, vel fieri posit?*

SECTIO XII.

De Adverbiis, quæ præcipuam in negando vim ac suavitatem habent; ac nominatim de iis, in quibus μὴ præcedit.

REGVLA I.

οὐκ, postpositum verbo.

ADverbium negativum aliquando verbo postponitur, licet constructio & Latinitas, ut præponatur, exigat. Plato de Republ. 3. δεῖ δέ γε οὐχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν, pro οὐ δεῖ δέ: id est, *non oportet autem, uti paulo ante a nobis dicebatur.* Demosthen. in Midiana, ἔχει δὲ οὐχ ὅπως ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς, pro ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, id est, *hæc autem non eo se modo habent; ac ne ad eum quidem propius accedunt*: De illo οὐδ' ἐγγύς, & simil. paulo post. Sect. 13. reg. 18.

II.

Negationes plures.

Secundo, notandum est, plures negationes interdum vehementius negare: ut

ut οὐδὲ μὴν ἔγωγε, μὴ ἐγὼ τοῦτο ποιήσαιμι, *neque ego id unquam fecerim*: quod Tullius ipse cum alibi, tum etiam de Finibus 3. imitatus est, dum ait, *Quamquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere*: quod Græce reddi possit, καί τοι οὔφασι μηδὲ τὰς ἀρετὰς, μηδὲ τὰς κακίας αὐξάνεσθαι.

Aliquando tamen, licet rarius, more Latino affirmant. Demosthen. μὴ οὖν δίκην ταῦθ', ὧν ἡμᾶς οὕτως ἐξηπάτησε, μὴ δότω δίκην, id est, *ne vero propterea, nullas eorum quibus nos decepit, pœnas persolvat*: id est, *aliquas persolvere debet.*

III.

Tertio, negationem, etiam cum interrogatione, ut plurimum affirmare. Xenophon in Agesilao, τὸ δέ γε μὴν πῶς οὐ σαφῶς πρὸς τὸ γενναῖον ἔγνω; id est, *quis porro non videat, hoc eum generosa prorsus animi inductione sensisse?* verbatim, *hoc autem quomodo non aperte secundum fortitudinem sensit?* *Negatio cum interrogatione affirmat.*

IV.

Μὴ οὐ, μὴ οὐκ, & μὴ οὐχὶ, sequente participio, redduntur, *quin*, vel *nisi*: ut οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην, τοῦτο λέγων, μὴ οὐχὶ *μὴ οὐ, quin, nisi.*

οὐχὶ πρότερον ἀληθευσάμενος, id est, *dignus non essem, cui hac in re fides haberetur, nisi jam ante vera dixissem.*

V.

μὴ οὐχὶ καὶ, *quin.*

Additur etiam καὶ, post οὐ, vel οὐχί: ut οὐ γὰρ ἂν Ἕκτωρ ἀνῃρέθη, μὴ οὐχὶ καὶ Τροίας αὐτῷ συμπεσούσης, *nec enim Hector interfici poterat, quin Troja simul cum eo rueret.* Tullius sæpe dicit, *ut non*, pro *quin.*

VI.

μὴ οὐ, *cum infinitivo.*

Interdum infinitivo jungitur: ut οὐδαμῶς ἐνδέχεται τὸν διηνεκῶς φιλοπονοῦντα, μὴ οὐ καὶ τῆς παιδείας ἐπιτυχεῖν, *fieri nullo modo potest, quin eruditionis compos fiat, qui assidue in labore versatur.* Atque hæc constructio sæpe obscuritatem affert, quæ tamen tolletur, si præmittamus particulis negantibus, ἐφ' ὅτῳ, vel si phrasim resolvamus per ἢν μὴ, idest, *nisi*, & subjunctivum aut optativum: vel denique mutemus infinitivum in participium. Synesius ad Euoptium, νόμους ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον, id est, *divinæ justitiæ leges verebitur, nisi partem quæstus aliquam in eum derivarit, a quo tanto plura perceperit.*

Lo-

Locus erit clarior, si legas, ἐφ' ὅτῳ μὴ οὐχὶ ἀποδάσωτο, vel μὴ οὐχὶ ἀποδασώμεν@.

VII.

Μὴ & οὐκ, ante verba quædam, ita construi debent, quasi sequerentur. Verba illa fere sunt, λέγω, φημὶ, φάσκω, προσποιοῦμαι, ἀξιῶ, δικαιῶ: ut οὐ φημὶ σε τῇδε τὴν ὁδοῦ ἐχόμενον ἀδυπορεῖν: pro φημὶ οὐ, id est, *nego te hac via posse recta progredi.* μὴ & οὐκ verbis quibusd. præponi.

Sic in προσποιοῦμαι apud Æschinem in Ctesiphontem, ἐὰν δὲ μὴ προσποιῆ ὑμᾶς ἀκούειν, pro ἐὰν προσποιῆ μὴ, id. est, *sin autem vos audire se dissimulabit.* Gallice commode, *que s'il ne fait paroistre semblant de vous entendre.* Interdum vero, μὴ προσποιεῖσθαι, absolute ac per se solum, pro *dissimulare*; Gallice, *n'en faire aucune semblant.* Ita Thucydides, δεῖ δὲ καὶ εἰ ἠδίκησαν μὴ προσποιεῖσθαι, id est, *ut illi nos injuriis affecerint, dissimulandum tamen est.*

VIII.

Sic verbum ἀξιῶ usurpatur: nam οὐκ οὐκ ἀξιῶ. ἀξιῶ, est ἀξιῶ μὴ, *cupio, volo, æquum censeo, ne,* vel *indignum censeo ut.* Demosth-

en.

mosthen. ὑμᾶς ὦ στρατιῶται συνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ἀῤῥωδίᾳ ἔχειν, id est, *vos ego milites convenire jussi, quod indignum censerem, vos ubi nihil gravius subesset, timere.* Hic οὐκ ἀξιῶν, pro ἀξιῶν οὐκ. Sic apud Poëtas, ἀνώγω, *jubeo*, passim constructur. Iliad. ρ. vers. 357.

Οὔτέ πν' ἐξοπίσω νεκροῦ χάζεσθαι ἀνώγει, pro ἀνώγει δὲ ἕπνα, id est, *jubebat, ne quis a cadavere recederet.*

IX.

μὴ γάρ γε, μὴ γδ δή. Μὴ γάρ γε, & μὴ γδ δή, id est, *absit enim*; ut τοὺς εὐσεβεῖς θεραπεῖαι τὰ βέλτιστα ὁ Δαίμων οὐκ ἀφαιρήσεται· μὴ γδ δὴ ἡ τῶν γνώμης ἡμῶν κατορύξειεν, *fortuna viris fortibus rerum optimarum nunquam optionem eripiet: absit enim ut nostra sit voluntate potentior.* Ita Demosthen. pro Coron. τίς οὐκ ἂν κατέπλυσεν ἄν σε; μὴ γδ τῆ πόλεώς γε μηδ' ἐμοῦ, id est, *quis te non execratus esset? absit enim, ut id, vel in rempubl. vel in me ominari velim*: cui orationi deest, καταπλύσω ἂν φήσαμι.

X.

μὴ δῆτα. Eodem fere sensu, μὴ δῆτα. Synesius μὴ δῆτα, ὦ πάντων ἐμοὶ θεοσφιλέστατε, *absit vero, o mihi mortalium omnium suavissime.*

vissime. Quod etiam in fine periodi absolute ponitur: ut οὐκ ἄν ποτε παίρροδοθεῖσαν καταισχύναιμι τὴν δόξαν, μὴ δῆτα, *Nunquam fama a majoribus acceptæ per me obsoleſcet; absit enim*: vel, *Superi meliora.*

XI.

Μήπ, μήπγε, μήπ δή, μήπγε δή, οὔτοι μήπ, μήπγε, οὔτοιγε δή, μὴ ὅπ, μηόπ, μὴ ὅπγε, μὴ γε, *&c. ne* ὅπ δή, μήτοιγε, vel μήτοιγε δή, signifi- *dum.* cant *ne dum*, vel *non ſolum non*: Plato in Epiſtola ad Dionyſium, ἐγὼ οὐδὲ ἀνθρώπῳ, μὴ ὅπ δὴ Θεῷ, παρεκελευσάμην ἂν δρᾶν τοῦτο, id eſt, *ego ne hominem quidem id facere juberem, nedum ut Deum aliquem.* Cicero, *quo minus*, ait lib. de Fato.

SECTIO XIII.

De Adverbiis ὀ, *vel* ὀκ, *& particulis cum eo conjunctis.*

Regula I.

Οὐκ, aliquando in fine periodi, aut vehementioris negationis, aut ornatus cauſa ponitur. οὐκ *in fine periodi.*

Primo

Primo, cum accentu, absolute atque indefinite: ut οὐκ ἄν ποτε τοῦτο ποιήσαιμι, οὐχ οὕτω μαίνομαι, οὐκ: *Nunquam id faciam, nec enim tantum insanio*: qui Idiotismus Gallorum maxime proprius est; dicunt enim, *je ne suis pas si fol, non.*

II.

οὐ γάρ; *nonne?*

Secundo, ἐ γάρ, sæpissime interrogat, significatque, *nonne?* Plato 6. de Republ. οὐ γὰρ ταῦτα μέγιστά ἐστιν; ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον; id est, *nonne hæc maxima vere sunt? an aliquid aliud majus esse potest?* Quo modo sæpe indignationi servit. Lucianus, οὐ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ἄνδρα ἀπελθεῖν τὸν βίον, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις; id est, *Quid malum? nonne oportebat hominem senio confectum ex vita discedere, locoque junioribus cedere?*

III.

Alias οὐ γάρ, sine interrogatione, initio periodi, sequentibus, μὲν & δὲ, in diversis membris, orationem efficit Latinis auribus parum usitatam, quæque satis explicari non possit, nisi posterius membrum ante prius exponatur, idque additis aliquot vocibus. Demosthen.

pro

pro Corona insigne exemplum suppeditat, οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ· ἐμὲ δ' ὥσπερ ἐξελέγξειν ὑπόμιζεν αὐτὸς, οὐκ ἂν ἐγράψατο, Adverb. *Non enim videlicet Ctesiphontem quidem propter me accusare potest: me autem, si quidem convincere se posse putavisset, non accusasset.* Quæ oratio sic ordinari supplerique potest, *Nec enim profecto credibile est, ab eo me ipsum accusatum non iri, si convincere posse credidisset, qui nunc odio mei, Ctesiphontem accuset.*

IV.

Tertio, οὐ γὰ ἀλλὰ, apud Atticos, affirmat, idemque est, quod ἢ γὰ, *etenim.* Aristophanes in Ranis, μὴ σκῶπτέ με, οὐ γὰ ἀλλ' ἔχω κακῶς, *ne me irrideas, male siquidem habeo.* οὐ γὰ ἀλλά.

V.

Quarto, οὐ γάρ τοι ἀλλὰ eodem fere sensu dicitur, addito etiam, γε, post aliam vocem. Plato in Euthydemo, οὐ γάρ τοι ἀλλὰ, τοῦτόν γε τὸν λόγον, πολλῶν δὴ ἐγὼ πολλάκις ἀκηκοὼς, ἀεὶ θαυμάζω, id est, *quippe, hoc enim dictum, ut sæpe jam & a multis audierim, mihi tamen semper mi-* οὐ γάρ τοι ἀλλά.

rum videtur. Reddi etiam aliquando potest, *enimvero.*

VI.

οὐ γὰρ ἄν. Quinto ; οὐ γὰρ ἄν, id est, *alioqui non*: ut σ γὰρ αὐτῇ βοηθείας ἔτυχες, οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτον προὐχώρησας, id est, *ejus auxilio usus es ; alioqui tamen perficere non potuisses.* Lucianus in Timone, ἦπου φιλόσοφός ἐστιν, οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξήῃ καθ' ἡμῶν, id est, *utique Philosophus est, alioqui nunquam tam impiis adversum nos verbis uteretur.* Demosthenes eodem modo usurpat, οὐδὲν γὰρ ἄν, pro Coron. οὐδὲν γὰρ ἂν ἐδαιμονέστερον προὔδότης, *alioqui nihil esset proditore felicius.*

VII.

οὐ γὰρ ἄν ποτε. Additur interdum ποτὲ, Plato Reipubl. ϛ. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτέλμων τὼ τροφόν τε καὶ μητέρα κείρειν, *nunquam enim alioqui nutricem matremque tondere*, id est, *diripere ausi essent.*

VIII.

οὐ γὰρ ἄν που. Οὐ γὰρ ἄν που significant *absit enim.* Plato in Sympolio, ὅπως ἂν φαύνῃ κάλλιστος τοῖς μὴ γιγνώσκουσιν· ὃ γὰρ ἂν που τοῖς

γε

γε εἰδόσιν, *ut videlicet iis, qui minus hominem norunt, optimus appareat: abſit enim, ut iis qui norunt*: ſupple, *talis videatur.*

IX.

Οὔμενουν, unica voce, accentu in antepenultima tribus præcipue modis uſurpatur. Primo, pro, *Atqui non.* Demoſthen. pro Coron. οὔμενουν ὥ εἰπεῖν ἑτέρῳ, *atqui alii tum nemini vacuus erat ad dicendum locus.* verti etiam poſſet, *& tamen non.* οὔμενουν.

Secundo, pro, *non utique, non ſane*: ut οὐχ ἑταῖρος ὅδε ἐστιν ὁ ἡμέτερος; ἔμενουν ἄλλος, *numquid ſocius iſte noſter eſt? profecto, non alius.* Quo modo eleganter includitur parentheſi. S. Gregor. Nazianz. de S. Baſilio; Πάντα γὰρ τὸν ἄνδρα θαυμάζων (οὔμενουν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατόν.) *Nam cum in omnibus virum hunc admiror, (quantum profecto dici non poſſit.)*

X.

Tertio, ſumitur, pro οὐ μέντοιγε, vel οὐ μήν: id eſt, *veruntamen non, neque tamen.* Ita Pauſanias de incendio, quod in Praxitelis officinam incubuerat; Tum enim ſervus caſum hunc nuncians, addebat, οὔμενουν πάντα γε ἀφανισθῆναι, id eſt, *neque tamen conſumpta eſſe omnia.*

XI.

Οὐ μὴν, *neque vero, neque tamen.* οὐ μὴν, ἀλλὰ, vel ἀ μὴν ἀλλ' ἀλλὰ, *verum enimvero non, aut ne.* at οὐ μὴν ἀλλὰ, vel οὐ μὴ ἀλλὰ καὶ, *verum enimvero*, affirmando; in periodorum initiis. Exempla passim.

XII.

οὐχ ἥκιστα. Οὐχ ἥκιστα, *non minime*, sæpe apud Atticos sumitur, ὑποκορισικῶς, pro μάλιστα, *maxime*: quemadmodum, οὐχ ἧττον, *non minus*, pro λίαν ἄγαν, id est, *valde.*

XIII.

Οὐχ ὅπ, οὐχ ὅπως, vel μὴ ὅπ, μὴ ὅπως, μονονὺ, μονουχὶ, sæpe significant *non solum*, vel *non solum non*: utrum vero, tali vel tali loco, ex antecedentibus & consequentibus intelligi poterit. Sic apud Ciceronem, *non modo*, utrumque significat.

XIV.

οὐχ ὁρᾷς; Οὐχ ὁρᾷς; verbatim, *non vides?* fere apud Oratores parenthesi includitur, & cum interrogatione conjunctum ironice usurpatur, pro οἶμαι, *videlicet*, *nimirum.* Demosthen. pro Corona, in Æschinem genus suum despicientem, ἀγαθῇ δὲ, inquit, (οὐχ ὁρᾷς;) τύχῃ συμβεβιω-

ξιωκὼς, τῆς ἐμῆς ὡς φαύλης κατηγορεῖς, id est, *Egregia scilicet vitæ fortunæ usus, meam ut humilem obscuramque traducis.*

Ibid. Æschini, verbum quod sibi exciderat, irridenti, πάνυ γὲ, inquit, παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τυπὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τυπὶ διελέχθην ἐγὼ, i. e. *In hoc enim, videlicet, posita erant fortunæ Græciæ, quod hanc, non illam vocem usurparem.* Galli hunc idiotismum egregie repræsentant: *ne voyez vous pas?* nisi quod verba illa parenthesi non includunt, sed orationis initio collocant: v. g. *ne voyez vous pas comme il tremble?* de homine admodum secure, μάλα γὲ (οὐχ ὁρᾷς;) τρόμῳ κατέχεται.

XV.

Οὐδὲ, per se solum, reddi sæpe debet, *ne quidem*: barbarus enim esset, qui diceret οὐ μέν. Demosthen. pro Corona, οὗτοι δὲ, οὐδὲ γράψαντος ἐμοῦ, ταῦτα ποιεῖν ἠθέλησαν, i. e. *at isti, ne decreto quidem per me edito, hæc facere voluerunt.* Idem Olynth. 1. οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ' εἰ συνέζη τι παρὰ τῶν θεῶν χρηστὸν, μνημονεύουσι, id est, *qui occasionibus bene usi non sunt, ii, ne si quidem* οὐδὲ, *ne quidem.*

dem a Diis bonum aliquod acceperint, meminerunt.

Dicitur etiam μηδέ. Demosthenes pro Corona. εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδ' εἰ πάντα τὰ κοινὰ ὑπερευπεπολίτευμαι: ubi utrumque μηδὲ, *ne quidem*, reddi debet; sic, *me si talem esse nostis, qualem iste criminabatur, ne vocem quidem meam auditote: ne si quidem*, vel (*ut etiam*) *in publicis omnibus negociis summa fuerim cum laude versatus.*

XVI.

μηδὲ, vel οὐδὲ ἄν.

Μηδὲ, & οὐδὲ, sequentibus ἂν εἴ τι, vel ὁ, τιοῦν γένοιτο, vel γένηται, vel ποιῇ vel simili, nonnihil orationem intricatam efficiunt; ac fere construenda sunt, cum verbo aut participio, voces illas consequente. Nazianz. 2. in Julian. ὡς οὐδ' ἂν ὁ, τιοῦν γένηται, περισώσοντος ἐκ τῆς αὐτοῦ δυναστείας τὴν πόλιν, id est, *utpote qui urbem ab ejus potestate vindicaturus non esset, quicquid demum eveniret.* Quæ oratio ita construenda est, ὡς οὐδὲ περισώσοντος, &c. ὁ, τιοῦν ἂν γένηται: non autem, quod ista omnia; οὐδ' ἂν ὁ, τιοῦν γένηται, significent *quicquid evenerit*: alioqui

lioqui sensus esset plane contrarius, & affirmaret, non negaret.

XVII.

Οὐδὲ εἷς, μηδὲ εἷς, & μήτε εἷς, pro μηδεὶς, & οὐδεὶς, sæpe apud Atticos usurpantur, tam in fine, quam initio periodi: imo etiam inter utramque vocem inseritur aliquando ἄν, quod ad sequens verbum referatur. Demosthen. contra Leptin. ὑμῶν τοίνυν οὐδ' ἂν εἷς οὐδὲν ὧν ἰδίᾳ τινὶ δοίη, τοῦτ' ἀφέλοιτο πάλιν, id est, *nemo quidem vestrum quicquam ulli unquam abstulerit, quod ei semel dederit.* ubi etiam τοῦτο, videtur abundare. οὐδὲ εἷς.

XVIII.

Οὐδ' ἐγγὺς & μηδ' ἐγγύς: (quod secundum rarius est,) verbatim, *neque prope*; Galli feliciter, *ny à peu pres*, id est, *multum abest.* Demosthen. sæpissime, ut in Midiana, ἔχει δὲ οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγὺς, *atqui hæc non ita se habent: multum abest.* οὐδ' ἐγγὺς, *multum abest.*

Quo sensu creberrimum etiam est, πολλοῦ γε δεῖ, & πολλοῦ γε κὴ δεῖ: Gallice, *il s'en faut bien.* Sed Plato cum interrogatione conjungit, ut Legum 7. Βούλεσθε ζημίαν τοῖς μὴ ποιοῦσι γράφωμεν, ἢ πολλοῦ γε δεῖ, *multum abest.*

πολλοῦ γε δεῖ; *Placet ne vobis, ut mulctam adversus eos qui hoc non fecerint decernamus, an longe secus videtur?*

XIX.

οὐδὲ πολλῷ δεῖ. Eodem significatu dicunt, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ: sed (quod a tironibus diligenter observandum) illud οὐδὲ cum superiore verbo potius construendum est, quam cum πολλοῦ δεῖ. Demosthen. de Falsa Legat. οὐ γὰρ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, *non enim haec illorum vice contigerunt, multum abest.* Quam orationem sic ordina, οὐ γὰρ οὐδὲ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, πολλῷ δεῖ. alioqui si construatur cum, πολλῷ δεῖ, vel οὐδὲ affirmabit, vel sensus erit plane contrarius. Exemplum illustrius est contra Leptin. φανήσεται γὰρ οὐδὲ πολλῷ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης, id est, *nec enim id cum futura ignominia compensari poterit: multum abest.* ordo igitur est, οὐδὲ γὰρ φανήσεται, πολλῷ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης, vel πολλῷ δεῖ in finem rejiciendum est.

XX.

οὐδ' ὀλίγου δεῖ. Dicunt praterea, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, sed tunc οὐδὲ construitur cum ὀλίγου δεῖ, non autem

autem cum alio verbo. Demosth. de Falsa Legat. οὐδέ γε ἴσον ἐστὶν ἀδίκημα, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, *nec par sane flagitium id fuerit, neque parum abest*, id est, *multum abest, vel, imo plurimum inter utrumque discriminis est.*

CAPVT VIII.

DE CONJUNCTIONE.

SECTIO I.

De Conjunctione ἀλλά.

Regvla I.

ἀλλὰ, *interrogat. & respons. serviens.*

DE hac Conjunctione, ut communia mittam, notanda quæ sequuntur.

Primo, sæpius in oratione, Attica præsertim, repetitur, & interrogationi simul, ac responsioni servit, Demosthenes pro Coron. Τί δὲ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἅνδρας; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεθ'. *Quo tandem consilio eos convocaretis? ad pacem ne? at jam omnes in pace erant. an ad bellum? at de pace deliberabatis.* ubi ex tribus ἀλλὰ,

primum & ultimum respondent, secundum interrogat. Sic *at* apud Ciceron. Verrina. 3. *At mores commodi; quis contumacior? at hæc sine cujuspiam malo: quis acerbior?* Græce, ἀλλά γε τρόπον ἐπιεικής· ἀλλὰ τίς ἰσχυρογνωμονέστερος; ἀλλ' ἐν τούτοις μηδένα βλάψας· ἀλλὰ τίς ἀπηνέστερος;

II.

Secundo, in iisdem responsionibus, aliquando significat, *Enimvero, utique, plane, prorsus*: estque tunc concedentis potius, aut indulgentis, quam refellentis. Xenophon. lib. 7. expedit. se ipsum inducit, militibus, ut occasionem arriperet, urgentibus, ita respondentem: Ἀλλ' εἴ τε λέγετε, καὶ ποιήσω ταῦτα, &c. *Enimvero recte loquimini, atque hæc libenter fecero.*

III.

ἀλλὰ, saltem.

Tertio idem est quod, *at certe*, vel *saltem*; quo tamen sensu particulas γε οὖν, vel οὖν γε, vel γοῦν, sæpius adjunctas habet. Aristoteles, εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς: id est, *si minus hoc universi possunt, at certe per tribus.* Galenus ad Glaucon. Εἰ μὴ οἷόν τε περὶ ἡμέραν τὴν πρώ-

πρώτῳ, ἀλλὰ τῇ δευτέρᾳ γε πειρατέον ἐξευρεῖν τῷ ἰδέαν τῆς πυρετοῦ, id est, *si minus primo die licebit, at secundo quidem conandum est, ut febris speciem cognoscas*: ubi ἀλλὰ & γε interjecta voce aliqua separantur. Ita, quod Tullius pro Cluentio ait: *non timuisse, si minus vim deorum, at illam ipsam noctem!* Græce reddi potest, οὐκ ἄρα φοβηθῆναι εἰ μὴ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τήν γε νύκτα!

IV.

Quarto, ἀλλὰ, sequente ἆρα, vel ἦ, vel μὴ, vel ἆ, ἆκ, ἆχὶ, interrogat. Plato Legum 10. ἀλλ' ἆρά που περισφερεῖς τῶν ἀρχόντων, ἤ τινες τούτοις; *utrum tandem similes (Dii) sunt principum quorundam, an potius Deorum, principes aliqui?* Idem in Gorgia, ἀλλ ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *an vero (quod ajunt) post festum venimus?* Xenophon 4. Memorabilium, ἀλλὰ μὴ γεωμέτρης ὀφθυμεῖς γενέσθαι ἀγαθός; *an vero cupis bonus esse geometra?* Sæpissime tamen, ἀλλ' ἆχὶ citra interrogationem, verti debet, *non autem.* Demosth. pro Coron. εἰ τοῦτ' τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγὼ, *si hoc verbum, non autem aliud hoc protulerim.* Barbarum enim esset, ἀλλά.

V. Ali-

V.

ἀλλ' ἦ. Aliquando etiam, ἀλλ' ἦ, Periodorum initio, citra interrogationem, verti debet, *Enimvero, utique, plane, profecto.* Ita Dio Chrysostom. novo sane more, duodecimam orationem exorsus est. Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, ὦ ἄνδρες, ἐγὼ καὶ παρ' ὑμῖν, καὶ παρ' ἑτέροις πλείοσι, πέπονθα τὸ τῆ γλαυκὸς, ἄτοπον καὶ παράδοξον πάθος, id est, *Mihi quidem, Auditores, cum apud vos, tum apud alios plerosque, id ipsum usu venit, quod noctuæ contigisse ferunt, absurdum utique ac præter expectationem.*

VI.

ἀλλὰ γὰρ, vel δή. Ἀλλὰ γὰρ, & ἀλλὰ δὴ, sæpe etiam interrogant. Plato 2. de Republ. ἀλλὰ δὴ Θεοὺς οὔτε λανθάνειν, οὔτε βιάσασθαι δυνατόν; id est, *an vero Deos, nec latere, nec cogere quisquam potest?* Sæpius tamen non interrogant, & significant *at enim.* nec aliter Græce dici potest, *non autem,* quam, ἀλλὰ μὴ, vel rarius, ἀλλ' οὔ.

VII.

Ἀλλὰ νὴ Δία, vel νὴ Δία ἀλλὰ, ironice pro *at enimvero, scilicet, nimirum.*

De-

Demosthen. in Lept. Ἀλλὰ, νὴ Δία, ἐκεῖνό ἀν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα, *at enim vero, id forte nobis obiiciet.*

VIII.

Ἀλλὰ δὴ καὶ, *imo etiam*, vel *usque adeo* significant. Libanius, ὅτοι ἄδειαν ἔχον ἀπιέναι ὅπῃ ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους, id est, *liberam, quocunque vellent abeundi potestatem habuere, atque adeo ad ipsos hostes.* ἀλλὰ δὴ καὶ, *imo.*

IX.

Πλὴν ἀλλὰ, fere significat *tamen, veruntamen*, ut etiam πλὴν καί. Lucian. πλὴν ἀλλὰ, τί ἂν πάθοιμι; *veruntamen quid agerem?* Quomodo interdum repellentis est, ac refellentis: interdum approbantis, & concedentis. πλὴν ἀλλὰ *tamen.*

At vero πλὴν ἀλλ' ἢ, redditur, *nisi*, ut πλὴν εἰ, & πλὴν ἐάν. Aristot. 1. Metaphys. ἢ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρὸς πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, id est, *nec enim hominem sanat Medicus, nisi per accidens.* πλὴν ἀλλ' ἢ, *nisi.*

X.

Ἀλλά τοι, & ἀλλὰ μὴν *atqui, at certe, at vero.* Exempla passim obvia: sed ἀλλὰ ἀλλὰ τοι vel μήν.

λὰ μὴν, in assumptionibus dialecticis usurpatur, quo modo *atqui* apud Latinos. unde est hoc Luciani argumentum: εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ Θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσι βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ Θεοί. *si enim aræ sunt, sunt etiam Dii; atqui aræ sunt, ergo & Dii.*

XI.

Ἀλλ' ἢ, ἀλλ' ὅτι, & ἀλλ' ἢ ὅτι, *nisi quod.* Synesius Epist. ὃ δὲ παρὰ πόδας ἐποιεῖτο κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν, ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο, *quod præsens periculum intentabat, aliud erat nihil, quam quod passis velis navis ferebatur.*

XII.

ἀλλὰ, *adhortantis.*

Ἀλλὰ, interdum adhortantis est; tuncque fere conjungitur, cum ἄγε, vel ἄγε δή. vel imperativo verbi εἶμι *eo*; nec quicquam per se significat. Dionysius Halicarnass. lib. 3. οἱ μὲν ἀντικρυς ἐπιόντες, οἱ δὲ κατόπιν, ἀλλ' ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτούς. id est, *Alii a fronte, alii a tergo ingruentes, ite porro, atque illos omnino contemnite.* ubi ἀλλ' ἴτε, pro ἴτε δή.

Eadem conjunctio, ita nonnunquam post

post comparativum adverbium sequitur, ut sumi videatur pro ἤ, *quam*. Thucydid. sæpe, ut lib. 2. τὴν τάφον ὀπισημότατον (ἐλάμβανον) οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν ἀείμνηστος καταλείπεται. id est, *sepulchrum illustrissimum*, (supple *habuerunt*) *non illud potius, in quo jacent, quam in quo perpetua eorum gloria remanet*. Latini tamen potius dicerent, *tam, quam*.

Idem paulo post, οἱ γὰρ οἷς κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν αὖ τοῦ βίου, ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται, id est, *nec enim, qui duriore fortuna utuntur justius vitam profundant, quam qui de adversa quadam mutatione, dum vivunt, adhuc periclitantur*. Felices ac fortunatos intelligit, qui dum vivunt, in continuo adversæ sortis periculo versantur.

SECTIO II.

De Conjunctione ἄν, *spectata in primo & secundo usu.*

Regvla I.

Conjunctio ἄν, (præter quam quod sæpe sumitur pro εἰ: & præter alium

lium vulgarem usum, quo fere cum optativo & subjunctivo conjungitur:) apud Græcos Oratores maxime, usus habet tam elegantes, quam varios, quos etiam apud Poëtas, κε & κεν, encliticæ repræsentant. Nos facilitatis causa, illos omnes ad quatuor præcipuos revocamus. Primo est ἀοριστολογικὸς, id est, *indefinitus*: secundus δωητικὸς, quasi *potestativus*: tertius ἀφθονπληρωματικὸς, id est, *abundans*: quartus ἐλλειπτικὸς, id est, *deficiens*.

Quatuor usus conjunctionis ἄν.

II.

1. *Conj.* ἄν *usus indefinitus, cum optat. vel subjunct.*

Primus igitur indefinitus, omnium facillimus, maximeque contritus est, cum indefinitam loci, temporis, ac cæterorum id genus significationem habet: quomodo fere cum optativo, vel subjunctivo constituitur: ut ὅ, τι ἂν λέγοις, πλέον γενήσεται μηδὲν, vel μηδέν· *quicquid dicas, amplius fiet nihil*, id est, *nihil propterea consequere.*

III.

2. *Conj.* ἄν *usus* δωητικός.

Secundus δωητικὸς, amplissime patet; itaque dicitur, quod fere sententia commode, per verbum δώσαδζ declarari possit; licet etiam per verbum ὀφείλειν *debere*, id fieri queat.

IV. Pri-

IV.

Primum igitur, cum imperfecto indicativi, seu præcedat, seu sequatur, affert significationem præsentis, & imperfecti optativi: ut εἴπερ ἂν ἐώρων ἀδικοῦντα, οὐκ ἂν ὠβλεώρων, *si viderem injuriis afficientem, non paterer*: pro ἂν ὁρῴλω. ἂν *cum imperf. indic. optativi.*

Sæpe etiam pro plusquam perfecto, quia imperfectum pro aoristo poni solet. Demosthen. initio Philipp. 1. ἡσυχίαν ἂν ἦγον, *quievissem, vel quiescerem.* Et paulo post, εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τὰ δέοντα αὐτοὶ συνεβούλευον. οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι, *si enim superiori tempore opportunum ipsi consilium dedissent; nihil vos nunc necesse esset deliberare.*

V.

Secundo, cum aoristo utroque indicativi, sumitur pro aoristo, vel plusquam perfecto optativi: ut ἐκεῖνον ἂν ἐξέβαλον, εἴπερ ἂν παρεισέδυσατο, pro ἐκβάλοιμι, & παρεισδυσαιτο, id est, *illum ejeciſſem, si clam se ingeſſiſſet.* Demosthen. Philipp. 1. οὐδὲν ἂν, ὧν νυνὶ πεποίηκεν, ἔπραξεν, id est, *nihil eorum quæ nunc fecit, præstitisset.* ἂν *cum aorist. utroque.*

VI.

ἂν cum pluſqu. perf. ind.

Tertio, cum pluſquam perfecto indicat. pro eod. pluſquam perfect. optativi. Demoſthenes pro Coron. ὥϛε τὴν εἰρήνης ἂν διημαρτήκει, *Ita pacem non obtinuiſſet.* Ibidem, ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, id eſt, *qui ſuarum etiam injuriarum*, id eſt, *nobis ab eo illatarum meminiſſet.* Ibid. in voce paſſiva, ἐξήρπαϛο ἂν τοιοῦτος, id eſt, *Homo ejuſmodi ereptus fuiſſet*; nempe, Judicium manibus.

VII.

ἂν cum prat. med.

Quarto, cum præterito, etiam medio, tametſi rarius. Demoſthen. ibid. ἐπεὶ ἀλλά γε ὑμᾶϛ αὐτὰϛ, πάλαι ἂν ἀπολώλατε, id eſt, *Alioqui, quantum ad vos attinet, pridem utique jam periiſſetis.*

VIII.

ἂν cum optativ.

Quinto, non tantum cum imperfecto, vel aoriſtis indicativi, ſed etiam cum optativo ſæpius, quam cum ſubjunctivo: vim habet ſupprimendi aliquid, ſed tamen διωπτικῶϛ: ut, τοῦτο μὲν τῷ ἀντιδίκῳ ἐκὼν ἂν συγχωροίην, τὰ δ' ἕτερα,

ρα, οὐκ ἄν, supple, συγχωροίην, id est, *hoc quidem adversario libens concesserim, alia vero non item.*

IX.

Sexto, Latini vim illam διωπικὴν, ἄν *cum futuris.* fere per futurum optativi, vel per aoristum subjunctivi exprimunt: ut patet superiori exemplo. Tullius pro Cœlio, *Jam ista deferuerit, jam ætas omnia, jam dies mitigarit,* ταῦτα μὲ ἂν ἥδη κεῖνος ἀφείη, πάνυ' ἂν ἤδη ὑλικία που καὶ χρόνῳ καταπεαύσειεν.

Aliquando per imperfectum, aut plusquam perfectum optativi: ut *ires tu vero, obsecrares, obtestarere,* pro *ire, obsecrare deberes,* aut *debuisses.* ἀμέλει, σὺ μὲ ἂν προσέρχοιό τε, καὶ ἀντιβολοίης, καὶ καταμαρτύροιο.

X.

Septimo, cum interrogatione, ac fe- ἄν *cum* re particula γὰρ, & optativo, indigna- γάρ. tionis sensum aliquem indicat, & contemptus. Æschines in Ctesiph. σὺ γὰρ ἄν, [Demosthenem appellat,] κώμῳδοποιήσαις; σὺ γὰρ ἂν προέλθοις, μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνα-

δωσῳ πάρεσι; *Tu, ut vel unum vicum ad defectionem impelleres? tu, ut adires, non dico urbem, sed domum unam, ubi aliquid subesset periculi?* Quasi dicat, *nunquam id faceres.* Sic apud Latinos cum indignatione: *tu, ut id feceris? ut præsente me verberaris?* σὺ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσας; σὺ γὰρ ἂν ἐμοῦ παρόντος ἐμὲ τύψας; Gallice, *que tu l'ayes battu en ma presence?*

XI.

Octavo, vim illam δυνητικὴν, & cum futuri significatione conjunctam habet, non modo cum optativo, sed etiam cum futuro indicativi, & aliorum modorum: itemque cum præsenti, præterito, & utroque aoristo infinitivi, & participiorum.

ἂν cum fut. indic. Ac primo cum futuro indicativi. Isocrat. in Areopagitico, οὐκ ἔστιν ὅπως, οὐκ ἂν οἷόν ἄπαντα κακὰ πάσομεθα, id est, *fieri non potest, quin omnia fere malorum genera patiamur.*

XII.

Cum futuro infinit. Cum futuro infinitivi. Idem in Butir. ἐνόμισε τοὺς μὲ τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μείζονων καταφρονήσειν, *existima-*

stimavit, qui hæc nihili facerent, eos majora quoque contempturos.

XIII.

Cum futuro participiorum rarius, aliquando tamen: ut ἀτὰρ δὴ, ὡς μάλα φιλοφρονητικῶς ἂν δεξιωσόμενος, ἀπλώτητα, obviam ei profectus est, quasi eum peramanter excepturus.

Cum futuro participio.

XIV.

Cum præsenti infinitivi sæpissime. Xenophon παιδείας I. δοκεῖ μοι ἆθλα προτιθεὶς, μάλιστα ἂν ποιεῖν ἐνασκεῖσθαι ἕκαστα, ὥστε ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρεσκευασμένους χρήσασθαι, id est, *mihi quidem videtur, si præmia proponet, effecturus maxime, ut in singulis optime exercitati sint, eosque ubi opus erit, maxime promptos & expeditos habeat.* ubi ποιεῖν pro ποιήσειν, & ἔχειν pro ἕξειν. Demosthen. initio Philipp. I. ἡγοῦμαι δὲ πρῶτος ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν: *existimo, ut primus etiam ad dicendum surrexerim, me tamen veniam jure consequuturum.* ubi ἂν τυγχάνειν, pro τεύξεσθαι.

Cum præsenti infinitivi finit.

XV.

Cum Aoriſt. infinit. Cum Aoriſtis infinitivi. Xenophon. Ἑλλ. 6. νομίσας οὐκ ἂν ἔτι συμμίξαι αὐτῷ τὰς μισθοφόρας, pro συμμίξειν, *ratus mercenarios ſeſe cum eo deinceps minime conjuncturos.* Idem Παιδείας 8. ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν, pro πείσεσθαι. *Jam in tuto collocatus ero, ſicut mali amplius pati nihil poſſim,* quo loco maxima vis δυνηλικὴ exprimitur.

XVI.

Cum particip. præſent. Cum participio præſentis. Idem Ἑλλ. 7. ἐπεὶ ἔγνω οὐκ ἂν δυναμένῳ τὴν πόλεως κρατεῖν, pro δυνησόμενῳ, *ubi ſe urbis dominum eſſe non poſſe cognovit.* Demoſthen. pro Coron. τῶν τότε Ἀθηναίων, πολλὰ ἂν ἐχόντων μνησικακῆσαι Κορινθίοις, καὶ Θηβαίοις, *cum Athenienſes eo tempore, acceptarum a Corinthiis ac Thebanis injuriarum memoria commoveri potuiſſent.*

XVII.

Cum Aoriſt. 1. Cum Aoriſt. 1. partic. Xenoph. Παιδείας 1. ὡς ἐδένα ἂν λήσαντα τὰ τῦ μεγίστυ θεῦ σημεῖα,

μεῖα, id est, *quasi neminem summi Nu-* *particip.*
minis signa latere possent, pro λήσοντα.

XVIII.

Cum 2. Aoristo participiorum. Idem Ἑλληνικῶν 6. ἐλογίζοντο δὲ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ συνελθοῦσαν ἂν ταχέως τὴν Λακεδαιμονίων, id est, *secum etiam ita ratiocinabantur, brevi simul coituras Lacedæmoniorum vires:* ubi συνελθοῦσαν, pro συνελθουσομένην. Demosthen. pro Coron. inter ἄν & particip. verbum inseruit, Θηβαίοις δ' ὅ, τιοῦν ἂν ἐφηδίωμα παθοῦσιν, *quicquid vero Thebani paterentur, id jucundum vobis futurum esset.*

Cum 2. Aorist. participip.

SECTIO III.

De tertio & quarto usu ejusdem Conjunctionis.

REGULA I.

TErtius usus, qui πλεοναστικὸς dicitur, is est, cum particula ἄν *abundat.* Aristoteles Ethic. 10. μάλιστα ἂν τοῦτο δυνάσθαι δόξει-

3. *abundat.*

δόξειεν ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων, νομοθετικὸς γενόμενος, id est, *ex superioribus, id maxime posse videatur, qui condendarum legum peritus fuerit.* ubi prius ἂν abundat, nisi dicamus ἂν δύνασθαι, sumi pro δυνήσεσθαι.

Aristophanes in Vesp. ἐγὼ γὰρ, οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα, ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμι ἄν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς, id est, *ego quippe ne lac quidem avium huic vitæ prætulerim, quam tu mihi nunc eripis.*

Plato 4. Legum, τοῦτο γὰρ ἔχουσα, (supple πόλις) πολλὴν ἐξαγωγὴν ἂν παρεχομένη, νομίσματος ἀργυροῦ καὶ χρυσοῦ πάλιν ἀντεπίμπλατο ἂν, id est, *hoc enim si haberet, ut rerum inde multarum exportatio fieret, ita magna vicissim auri argentique copia repleretur.* ubi ἂν, cum παρεχομένη junctum, manifeste redundat, vel significat παρέχειν δυνησομένη.

Demosthen. initio 1. Philipp. cum aoristo particip. vocem hanc ita conjunxit, ἐπισχὼν ἂν, ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο. ubi ἐπισχὼν ἂν, pro ἐπισχὼν tantum: id est, *ubi expectassem, donec eorum qui solent, plurimi sententiam dixissent*; nisi trajectio sit, pro

pro ἕως ἄν. conf. & supra Cap. 7. Sect. 7. Reg. 12.

II.

Quartus ac postremus usus, ἐλλιπτικὸς, id est, *deficiens*, bifariam dividi potest. Primum enim, conjunctio illa præsens, vim habet subintelligendi aliquid, quod orationi desit, adhibita fere verbi ejus repetitione, in quo vis significationis præcipua est. Synesius ad fratrem, de incerto quodam cædis auctore, τοιοῦτός ἐστιν, ὡς εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἄν, *ejusmodi ille est, ut facinus etiamsi non admiserit, admittere tamen potuerit*; vel *data occasione admissurus etiam fuerit*. ubi & verbum ποιεῖν repetitur, & ἄν, præter vim δυνητικὴν, simul aliquid aliud involvit, v. g. νίκα ἂν τύχῃ, *si res ita ferret*, aut aliud simile. 4. ἄν *desicit.*

III.

Ejusdem ἐλλείψεως, clarius etiam exemplum hoc est, quod apud eundem Synesium ibidem extat, τὲς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, (*delatores* intelligit; & supplendum ex præcedentibus, οἶμαι δεῖν ἀποτεροπιάζεσθαι,) ὅτι συνέπλασαν ἄν, *hos vero*,

(ſupple, *delatores execrandos puto*) *quod rem, ut minus forte confinxerint, confingere tamen parati per ſeſe fuerint:* nempe, εἴπερ ἂν καιρὸν τῳ λάβοιεν, *ſi quæ ſeſe daret occaſio.*

IV.

Alter modus, quo illa conjunctio ἐλλιπτικῶς uſurpatur, eſt, cum ipſamet deſideratur, ac ſubintelligitur. Tunc enim & imperfectum, & aoriſta vel perfecta, eodem modo explicari debent, per optativum; ac ſi expreſſa eſſet illa conjunctio. Ita, cum alicui loco, vel imperfecti, vel aoriſti, vel perfecti ſignificatio minus conveniet, ſtatim conjiciendum erit, particulam ἄν ſubintelligi: ſimiliterque præſens, vel Aoriſt. & perfectum, vel infinitivi, vel participiorum, per futurum explicandum eſſe. Pauca ex Demoſthene & Xenophonte ſubjiciemus exempla.

V.

ἄν cum imperf. deficit.

Ac primum de Imperfecto, clara illa ſunt. Olynth. 1. εἰ γὰρ τὴν αὐτὴν παρειχόμεθα ἡμεῖς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν, i d eſt, *ſi enim eandem in noſtra ipſo-*

ipsorum causa alacritatem ostendissemus: ubi παρειχόμεθα pro παρειχόμεθα ἄν, & imperfectum pro aoristo positum est.

Ibid. paulo post, ῥᾴονι, καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ, id est, *faciliore nunc, multoque modestiore Philippo uteremur*; pro ἐχρώμεθα ἄν.

Itemque hoc Olynth. 2. σφόδρα ἂν ἠγούμην φοβερὸν εἶναι τὸν Φίλιππον, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ἠξημένον, id est, *Philippum equidem valde metuendum putarem, si eum justis actionibus crevisse cernerem.* ἑώρων pro ἑώρων ἄν.

Et hoc Philipp. 1. quam sic orditur: εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν, verbatim, *si de novo quodam negotio propositum esset dicere:* vel, *si novum argumenti genus adjiciendum, esset propositum.*

Similiter de Aoristo judicandum. Idem ἄν *cum* Olynth. 1. εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν πεισθέντες, *aoristo* ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, pro ἀνείλοντο ἄν, *deficit*, id est, *si enim a nobis persuasi, bellum hoc suscepissent.* Ibid. εἰ τότε τῶν ἑνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως ἐβοηθήσαμεν αὐτοῖς, si tunc uni eorum, cui primum libuisset, ala-

alacriter opem tuliſſemus, pro ἐβοηθήσαμεν ἄν.

VI.

ἄν cum infinit. deficit.

Item de infinitivo præſentis temporis. Ibidem, βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτῶν, ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν, ἔχειν, pro ἔχησιν, vel ἔχοιεν ἄν, loquitur enim ibi de conſtantia in futurum: id eſt, *conſtantes ab iis, propter illa quæ metuunt, quæque paſſi jam ſunt, inimicitias geſtum iri.*

Jam de Aoriſto ejusdem infinitivi. Ibid. σκοπεῖτε, εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταύτῃ τελευτῆσαι, pro τελευτήσειν, *videte, quem iſta finem habitura ſperetis.* Idem pro Corona. cum Aoriſto primo medio, ſequente futuro activo: ῥᾷον ἤλπιζε, τὰ μὲν παρακρούσασθαι, τὰ δὲ πείσειν, id eſt, *ſperabat ſe facilius partim in fraudem inducere, partim etiam perſuadere poſſe.*

VII.

ἄν cum particip. deficit.

Denique de participio, in quo tamen id rarius accidit: Xenophon. Παιδείας 6. ἄλλους δὲ μισθοῦνται, ὡς ἄμεινον μαχουμένους ὑπὲρ σφῶν, ἢ αὐτοί, id eſt, *alios mercede conducunt, quaſi melius ſua cauſa pugna-*

gnaturi sint, quam ipsimet: ubi μαχομένους, pro μαχομένους ἄν, vel μαχεσομένους. Et lib. 7. in Aorist. participiorum, ὡς ἅτω μᾶλλον ἐπιπεσὼν ἀπαρασκεύοις τοῖς ἐναντίοις, id est, *quasi hoc pacto adversarios magis imparatos invasurus.* ubi ἐπιπεσών, pro ἐπιπεσὼν ἄν, vel ἐπιπεσεῖν μέλλων; cum de futura expeditione loquatur.

VIII.

Idem usus fere perpetuus est, præcedente conjunctione εἰ, cum imperfecto vel aoristo. Tunc enim vix unquam conjunctio ἄν exprimitur; semper tamen, meo quidem judicio, subauditur. Exemplis nihil frequentius. Ego lectione sexta pauca subjiciam, hic tantum monuisse contentus.

SECTIO IV.

De Conjunctionibus ἆρα, & γε.

REGULA I.

Ἆρα, acuta penultima, (nam ἆρα ἄρ' ἔν, circumflexum, adverbium est, *itaque*, quod *utrum* significat:) Primo, initio periodi, ac præsertim cum particula ἔν, sonat *itaque*, vel *quamobrem*.

Pla-

Plato 5. de Republ. ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοῖονδε γίγνεται, *quamobrem ex hoc, tale quid sequitur.*

II.

ἄρα, *forte, tamen.*

Frequentissime voci alteri subjungitur, significatque idem quod πȣ, vel ἴσως, id est, *forte*, vel *tamen*, vel *quodammodo*: ut εἴ τις ἄρα τȣ βραβείȣ ἄξιος ἐν τοσȣ́τοις γένοιτο, id est, *si quis forte*, vel *tamen, in tanta multitudine præmio dignus reperitur.*

III.

ἄρα, *utique.*

Non minus sæpe significat *utique, nimirum, videlicet, obsecro, quæso*: adeoque ornatui magis, quam novæ significationi servit. Appianus, ἠδόξησεν ἄρα, εἰ μὴ τὰ ὅμοια γενναίως ἐνέγκοι, id est, *male nimirum audiisset, ni similia constanter pertulisset*: hic enim ἠδόξησεν posuit pro ἠδόξησεν ἄν. Sic ἐννόησον ἄρα, *cogita obsecro*: νȣ̃ν ἄρα πρόσεχε, *attende, quæso.*

IV.

ἄρα, *videlicet, ironice.*

Quo etiam modo, non raro sumitur ironice, ut & νὴ Δία, & ȣ̓χ ὁρᾷς; verbi causa, ἕξει ἄρ' ἄνθρωπος ἀεὶ χαμαὶ ῥέπων, τὴν πόλιν ἑλεῖν αὐτοβοεὶ, *poterit videlicet homo semper humi repens, civitatem primo impetu capere.*

V. Pa-

V.

Particula γε, sola cum est, fere significat *saltem*, aut eam tacite significationem involvit: ut τἔτό σοι ἰάσομαι, τὸ μόν γε μέρος, id est, *huic malo medebor tuo, quantum saltem contendere potero.* Atque hic usus frequentissimus est. γε, *saltem.*

VI.

Eadem cum pronominibus, ἐγὼ, σὺ, ἔγωγε, αὐτὸς, significat *quidem:* ut ἔγωγε, *equidem: equidem.* ubi notandum in ἔγωγε, & ἔμοιγε, accentum in antepenultimam rethrahi, cum in ἐμοῦγε, ἐμέγε, & aliis casibus id non fiat.

VII.

A Platone potissimum, solius ornatus causa sæpissime usurpatur: ut πάνυ γε, id est, *admodum:* sic εὖ γε τ᾽ ἀφοίας, *macte egregiæ indolis.*

VIII.

Præcedente καὶ, & interjecta ut plurimum alia quadam voce, significat *imo.* Plato in Protagora, εἰρόμιλω τἔτον, εἰ τὰς ἀνδρείας λέγοι θαῤῥαλέας. ὁ δὲ, καὶ ἴτας γε ἔφη, id est, *quærebam ex eo, num viros fortes audaces esse diceret: Ille autem, imo temerarios, inquit.* γε, *imo.*

IX.

Γε δὴ, ut plurimum quoque significant γε δὴ, *sal-saltem.*

saltem. Demosthenes in Midiana, μέτριον παρέσχεν ἑαυτὸν, τόν γε δὴ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον, id est, *moderatum ac tolerabilem sese præbuisset, saltem toto illo judicii tempore:* hic enim παρέσχε, pro παρέσχεν ἄν.

X.

γέτοι, γεῦν, *certe quidem.*

Γέτοι, γέτοιπυ, γεῦν & γῦν, idem quoque significant; nisi quod sæpius reddi possint, *certe quidem*, vel *quidem certe.* Exempla passim obvia.

Nec raro γε, γε οὖν, & γουῦ redduntur, *nam*, vel *enim*: qua significatione interdum etiam apud Latinos *saltem, quidem* & *certe quidem* usurpantur: Et apud Gallos, *au moins.* Plato in Phœd. τυτονὶ γῦν τὸν λόγον θαυμαστῶς μοι εἶπες ὡς παρὰ δόξαν, id est, *nam hac quidem in disputatione, mirum quantum præter expectationem meam versatus es.* Ubi etiam notandum, illas ὑποκοριστικῶς usurpari: nec enim in vehementi asseveratione, ἀντὶ τῦ γὰρ recte ponerentur.

XI.

γέτοι, γε μὴν, *sane, atqui.*

Præterea γέτοι, & γε μὴν, aliquando significant *enim vero, sane, atqui.* Plato Legum 10. ἑπόμενοί γε μὴν αὐτοῖς, σκεψώμεθα τὺς ἐκεῖθεν, τί ποτε καὶ τυγχάνυσι

νεσι διανοίμεθοι præcesserat autem, εἰκὸς γέτοιπε σοφὲς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν: quem locum ita Ficinus vertit: *Certe non absurdum est, viros sapientes probe dixisse: quare sequamur ipsos inquiramusque, quidnam intellexerint.* Ego sic verterem: *probabile sane fuerit, eruditos homines recte loquutos esse: nos autem eorum vestigiis insistentes, quid ii porro senserint, qui eorum ex disciplina profecti sunt, videamus.* nam per τὰς ἐκεῖθεν, illorum aut *discipulos*, aut *sectatores* intelligit.

XII.

Γε μὴν, significat etiam *praterea*, vel γε μὴν, *quinetiam*. Xenophon in Agesilao, ἐλπίδων γε μὴν πάντας ἐνέπλησε, *quin etiam bona spe omnes implevit.* praterea.

SECTIO V.

De Conjunctione γὰρ, & δή.

REGULA I.

PRæter ea quæ in superioribus aspersimus; quæ sequuntur de particula γὰρ, notanda sunt. γὰρ δή, enim.

Primo, in significatione vulgari, sæpe adjunctam habet particulam δή superfluam. Plato in Apologia, ἐγὼ γὰρ δή ὅτε μέγα, ὅτε σμικρὸν σωφρονῶ ἐμαυτῷ: ego

enim mihi nullius plane rei conscius sum.

II.

γὰρ, *videlicet.* Secundo, ironice sumitur: ut σὺ γὰρ ἀπὸ τούτων ὁρμήσας, ἅπασαν μέλλῃς καταλαβεῖν τὴν χώραν, id est, *tu scilicet his viribus & initiis, universam occupabis regionem.*

III.

γὰρ, *interrogat.* Tertio, interrogationi servit, ut apud Latinos particulæ *nam* & *enim*: ut, *quisnam hoc fecerit?* τὶς γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσαι; Quo in genere notanda præcipue est hæc particula, cum indignationem adjunctam habet. Aristophanes in Pluto: τὸ γὰρ ἀνθρώπους τολμᾶν ὑμᾶς, ὡς ἅπαντ' ἐστ' ἀγαθὰ ὑμῖν διὰ τὴν πενίαν; id est, *Itane vero, audeatis etiam negare bonorum vobis omnium causam esse paupertatem?* Ita sæpe Tullius particulam *enim* usurpat: ut Philip. 8. *semel enim pacem defendi? ἅπαξ γὰρ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἐπραξα ἐγώ;*

IV.

ἆ γὰρ, *nonne?* Οὐ γὰρ, sæpe vehementer interrogat. Chrysostom. in cap. 15. Epistolæ 1. ad Corinthios; ἆ γὰρ ἐκκοπῆναι τὴν γλῶτταν ἐχρῆν; ἆ γὰρ σφαγῆναι τὴν καρδίαν τὴν ταῦτα τεκοῦσαν; id est, *quin enim? an non linguam istam exscindi oportuit? non cor istud extingui, quod talia*

lia pareret? Contra γὰρ, interdum παρέλκον, responsioni & approbationi servit. Plato sæpe, ἔστι γὰρ οὕτω. *Ita est.*

γὰρ, *abundat.*

V.

Δὴ, in soluta oratione, nunquam præponitur initiis periodorum, aut membrorum: in versu, modo sequitur, modo præmittitur: & tunc utrobique significat *prorsus, utique, sane, enimvero, plane, certe:* Exempla passim apud Homerum.

δὴ, *nunquam periodorum initio.*

VI.

Secundo, (præter communem illam & contritam acceptionem, qua significat *igitur*; in qua dicunt etiam δῆτα, quod tamen sæpius significat *videlicet.*) Eleganter postponitur particulæ καὶ, asseverandi gratia: ut καὶ δὴ βουλοίμην ἄν· id est, *equidem omnino vellem.* Quomodo non raro duplici καὶ includitur: ut καὶ δὴ καὶ ἀνόσιον τοῦτό γε· id est, *& impium sane id fuerit:* ubi alterum, καὶ, παρέλκειν videtur.

καὶ δὴ, *affirmat.*

VII.

Interdum aliquid inter καὶ & δὴ, majoris elegantiæ causa, inseritur: ut τοῦτο ἄρα τῷ ἐλευθέρῳ πρέπει, καὶ τῷ δικαίῳ δή· id est, *hoc profecto liberalem hominem decet, & vero etiam justum.*

Eodem pertinent ista, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, sine ullo verbo, id est, *quodque maxi-*

mum est. Sic καὶ τὸ δὴ προυργιαίτατον, *quodque potissimum*, vel *maximum operæ pretium est*; vel, *quodque maxime urget*: & similia, in quibus præpositivus τὸ, sumitur pro subjunctivo ὅ.

VIII.

δήπου, δήπουθεν, *nimirum.*

Δὴ, præfixum particulæ που, vel πουθεν, significat *videlicet*, *nimirum*, *opinor*; idque tam serio, quam joco. Serio, ut μέμνησθε γὰρ δήπου, *meministis enim*, *opinor*. Joco autem, σὺ δήπου τηλίκος ὤν, καὶ τῶν ἀνδρειοτάτων ἂν περιγένοιο· id est, *tu videlicet hac ætate, fortissimos etiam superare poteris.*

IX.

φέρε δὴ, *age vero.*

Interdum vel incitando, vel concedendo, sumitur, pro *sis*, *vero*, *porro*. Incitando quidem: ut φέρε δὴ, ἴθι δή· id est, *age sis*, *age vero*. Sic δεῦρο δή· id est, *huc age*. Concedendo autem, ut εἶεν δὴ ταῦτα, *sint ista vero.*

X.

Post adverbium ἐνταῦθα, videtur commode reddi, *enimvero*: ut ἐνταῦθα δὴ οὗτος δεινόν τι παθών· id est, *tum*, vel, *hic enimvero graviter commotus.*

XI.

τί δήποτε; *quid tandem.*

Sæpissime præfigitur particulæ ποτε; tuncque aut παρέλκει, aut ejus significatio

cum

cum vocis illius significatione confunditur: Reddi enim debet, *tandem*, vel *demum*: ut τί δή ποτέ σε οὕτωσὶ παροξυνεῖ; *quid tandem usque adeo te commovet?*

XII.

Οὕτω δὴ, non raro verti potest, *atque ita*: ut οὕτω δὴ, πάντα διειργασμένος, ᾤχετο χαίρων: *Atque ita confectis omnibus, exultans abiit.* οὕτω δὴ, *atque ita.*

XIII.

Ironice quoque per sese ponitur: ut ὑμεῖς ἄρα, φιλομαθεῖς δή τινες ὄντες, ἄσμενοι ἂν τῆς παιδείας ἕνεκα πάνθ' ὑπομένητε· id est, *vos nempe doctrinæ tam studiosi, ejus causa nihil non feratis.* δὴ, *ironicum.*

XIV.

Aliquando uni tantum elegantiæ servit: ut αὐτίκα δὴ μάλα, id est, *subito admodum*, vel *continuo*, qua in acceptione, non raro, vel sequitur particulam δὲ, ut ἐὰν δὲ δὴ, *quod si*: vel cum particulis similitudinem aut accessionem indicantibus conjungitur; ut καθ' ὃ δὴ, ὥσπερ δή: sic καθ' ὃ δὴ πρότερον, id est, *quemadmodum etiam ante factum idem est*, ubi fungitur vice particulæ οὖν, de qua postea. Imo & cum ea quoque conjungitur, ut καθάπερ οὖν δὴ, eodem sensu. δὴ, *abundat.*

XV.

Sed notandum hic primo, non initio periodi hoc loquendi genus usurpari: Erraret enim, qui orationem inchoans hac similitudine, *quemadmodum ferociens quidam leo*; sic eam Græce redderet, ὥσπερ δὴ vel δὴ ὃν λέων τις ἀγρι- : sola enim particula ὥσπερ, aut similis adhibenda tum est.

Notandum secundo, cum mediis in periodis usurpatur, indicari, placere admodum ac probari comparationem illam, vel accessionem; ideoque latere significationem adverbii *etiam*, vel *utique*, aut alterius similis.

SECTIO VI.

De Conjunctionibus εἰ, ἐὰν, ἄν, ἐάν, *& adjacentibus particulis.*

REGULA I.

Εἰ, & ἐὰν, quemadmodum ἄν, & ἐάν, per se solæ promiscue usurpantur, in vulgari acceptione, qua significeatur Latinum *si*. Latius tamen patet usus conjunctionis εἰ, quam cæterarum, ut constabit ex sequentibus; ubi tum de cæteris quoque monebimus, cum idiotismus

ſmus aliquis æqualiter illis omnibus conveniet.

II.

Εἰ per ſe ſolum, aliquando ſumitur pro εἰ, *utinam.* εἴθε, id eſt, *utinam*; apud Poëtas quidem ſæpius, rarius apud Oratores, Homerus Odyſſ. γ. verſ. 205.

Εἰ γὰρ ἐμοὶ τοσήν δε Θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν. *utinam tantum mihi facultatis & virium Dii concederent.* Xenoph. παιδ. 6. εἰ γὰρ γένοιτο, ἔφη ὁ Ἀράσπας, ὅ, τι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος, id eſt, *utinam vero, inquit Araſpas, exiſtat aliquid, in quo tibi rurſum uſui eſſe poſſim.* Ita forte ſumendum illud Virgil. Æn. 6. verſ. 187.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus,
Oſtendat nemore in tanto.

Sæpius jungitur cum ὤφελον, ἔφη, id eſt, *utinam vero, inquit.* Quibus in locis particula γὰρ, aut omnino vacat, aut reddi debet, *vero:* ut δὲ, ſæpe ſignificat *enim.*

III.

Εἰ, aliquando ſumitur pro ὅτι, *quod*; εἰ, *quod.* ac fere poſt aliquod verbum affectum aliquem animi ſignificans; ut ſunt θαυμάζω, *miror*; χαίρω, *gaudeo*; ἄχθομαι, *doleo*;

δακρύω, *lugeo*; κλαύω, *fleo*, & simil. Demosthen. de Falsa Legat. καὶ τὸς Ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγελεν, ὡς ἔχαιρον, εἰ πεισθεὶς τοῖς πραγμασιν, ἤδη ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, id est, *Arcadas etiam eo vobis lætari nunciavit, quod jam Athenienſium civitas rerum ſatageret.* Syneſ. ἔκλαιον, οὐκ εἰ τεθνηξόμην, *flebam, non quod paulo poſt moriturus eſſem.*

Iſocr. θαυμάζω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων, εἰ πεφύκασιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι μέγα φρονεῖν, id eſt, *miror equidem civitatum principes, quod efferri ſuum eſſe putent.* Oenomaus apud Euſebium Præparat. 6. ἐμοὶ δὲ θαυμάζειν ἔπεισιν, εἰ τοιαῦτα λέγων, οὐκ ἠσθάνετο τῆς ματαιολογίας τῆς ἑαυτοῦ. *Mihi vero plane mirari ſubit, ipſum dum iſta diceret, quam inania, quamque frivola diceret, non ſenſiſſe.*

IV.

εἰ, *utrum.* Aliquando idem eſt, quod πότερον, *utrum*, *an*, *num*, dubitando potius, quam interrogando. Plutarch. Lycurgo, εἰ καλῶς κείμενοι νόμοι τυγχάνοιεν, ἠρώτησε, id eſt, *rogavit, num rite conſtitutæ leges eſſent.* Quod etiam, raro licet, aliquando tamen, Latini auctores imitantur. Hic vero notandum eſt, hac in acceptione, non raro, εἰ μὲν, & εἰ δὲ μὴ, inter ſe

se opponi. Xenoph. παιδ. 8. εἰ μὲν ἓν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, εἰ δὲ μή, καὶ τοῦδε τὰ προγεγραμμένα μανθάνετε, id est, *utrum ego vos satis doceam, nec ne, ex senioribus etiam intelligite.*

V.

Eadem conjunctio proprium id habet, ut per se sola imperfecto & aoristis, aliquando etiam, licet multo raritus, cum perfecto conjungatur sine conjunctione ἄν. Quibus tamen in locis idem sensus est, ac si vel adhiberetur ἄν, vel optandi modus usurparetur. Plena exemplis omnia. Clarum illud ex Demosthen. Philipp. 1. quam sic orditur, εἰ μὲν περὶ καινῆς τινος πράγματος προυτίθετο λέγειν, verbatim, *si de communi quodam negotio propositum esset dicere:* vel, *si novum argumenti genus ad dicendum, esset propositum.*

Item Olynth. 1. εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ παρέχομεθα ἡμεῖς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν· *si enim eandem in nostra ipsorum causa alacritatem ostendissemus*, ubi imperfectum pro aoristo positum est.

Item Olynth. 2. σφόδρα ἂν ἡγούμην φοβερὸν εἶναι τὸν Φίλιππον, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον, id est, *Philippum equidem valde metuendum putarem, si eum justis actionibus crevisse cernerem.*

Similiter de Aoristo judicandum. Idem Olynth. 1. εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν πεισθέντες, ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, pro ἀνέλοιντο ἄν. id est, *si enim a nobis persuasi, bellum hoc suscepissent.* Ibid. εἰ πότε τούτων ἑνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως ἐβοηθήσαμεν αὐτοὶ, *si tunc uni eorum, cui primum libuisset, alacriter opem tulissemus*, pro ἐβοηθήσαμεν ἄν.

VI.

εἰ καὶ, *etsi.*

Εἰ καὶ, verbatim, *si &*, significat *& si*; quod etiam dicunt, καὶ εἰ: sed fere interposito γὰρ, *nam*: καὶ γὰρ εἰ significat *etsi enim.* Εἰ ἄρα, εἴγε, εἴπερ, εἰ δὴ, εἴ που· vel ἢν, & ἐὰν, cum iisdem particulis, sumuntur pro *si modo*, vel *si quidem*, vel *si forte*; quæ postrema significatio sæpius cadit in εἴπου, ἤνπου, ἐάνπου: vel *sic ubi.* Quarum acceptionum trita sunt exempla.

VII.

εἰ δὲ, *quod si.*

Εἰ δὲ, & ἐὰν δὲ, aliquando significant *quod si*, nunquam enim dicitur, ὅτι εἰ. Qua in acceptione, vel plena est oratio, ut εἰ δὲ κἄν, τοῦτο λίαν σοι δόξειεν, id est, *quod si hoc etiam nimium tibi videatur*; vel aliquid ad justum integrumque sensum desiderat. Demosthen. in Midiam, θάρρει, φήσειέ τις ἄν, οὐ γὰρ ἔπ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ·

ἐὰν

ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νυῦ ἀφέντες; id est, *Bonoes animo; dicat aliquis: nec enim nullam amplius injuriam accipies: quod si,* vel potius, *quid si*; (supple ἔτι ἂν ὑβρισθήσομαι, *novam aliquam injuriam accipiam:*) *num vos ei tum demum succensebitis, quem nunc impune dimiseritis?*

VIII.

Εἰ μὴ, vulgo quidem, significant *nisi*: εἰ μὴ, *nisi*, aliquando tamen apud Atticos, qui vocum & sententiarum trajectione gaudent, voces illæ simul conjunctæ, significationem istam amittunt, quod ad sententiæ totius explicationem verbum aliquod inter eas interjici debeat. Tunc autem εἰ μὴ, *si* reddi possunt, *si non jam*. Thucydid. lib. I. καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ μετὰ κακίας, δίξης δὲ μᾶλλον, ἁμαρτίᾳ τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ, ἐναντία τολμῶμεν, id est, *& venia quidem*, (supple *dari nobis possit*,) *si non jam improbitate quadam, sed potius cum gloria, superioris negligentiæ peccato contraria moliamur*. Hic enim τολμῶμεν inseri debet inter εἰ & μὴ, ut sensus clarior habeatur. *non jam.*

IX.

Εἰ δὲ μὴ, & aliquando εἰ δὲ ὑ communiter εἰ δὲ μὴ,

sin minus. niter verti debet, *sin minus:* ut, ἀλλ' ὅπως ἐς τὸπιὸν μετριώτερον ἂν φαίνοιτ· εἰ δὲ μή, πικρῶς ἄν σοι προσφέροιτο. id est, *sed videsis, ut majorem in posterum modestiam probes; sin minus, acerbe tecum acturus ille est.*

εἰ δὲ μή, *defective.* Aliquando tamen illæ voces magis ἐλλειπτικῶς usurpantur. Demosthen. de Falsa Legat. ὁ ὑπὲρ ὑμῶν γράψας μὴ ἄγειν ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς τὸ Φίλιππον ὅπλα· εἰ δὲ μή, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, ἀπόλωλε, καὶ ὕβρισται, id est, *qui vestra causa decretum ediderat, ne quis ad Philippum belli tempore arma deferret, sin minus,* (id est, *qui secus faceret*) *morte mulctaretur: is nunc periit, fœdeque tractatus est.* Hic post εἰ δὲ μή supplendum videtur, τὶς ἂν τῷ νόμῳ πείθαρχήσῃ, id est, *legi quis paruerit.*

X.

εἰ δ' ἄγε, *defective.* Εἰ δ' ἄγε, apud Poëtas sæpius, rarius apud Oratores, etiam κατ' ἔλλειψιν usurpantur; reddique possunt, *quod si non credis*, vel, *non creditis, age:* tuncque illud *age*, ad sequentia potius pertinere videri possit. Homer. Il. α. vers. 524. εἰ δ' ἄγε, τοι κεφαλῇ καταθήσομαι, ὄφρα πεπίθῃς, *quod si dubitas; age, tibi jam capite annuam, ut fidem adhibeas.*

Ali-

Aliquando tamen ad idem ἄγε pertinet εἰ δὲ, tumque tria illa verti possunt, *age vero*; vel, *nunc autem age sis*. Theocrit. in Pharmaceut. vers. 95. εἰ δ' ἄγε, Θέσυλί, μοι χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχϑ-ς id est, *age vero, Thestyli, gravis morbi remedium mihi aliquod excogita*. Hic enim τὸ μᾶχϑ-, posuit pro τῷ μηχανῷ· id est, *artem aliquam & machinam, qua morbus ille pellatur*.

XI.

Εἰ βάλῃ δὲ, vel εἰ δὲ βάλῃ, verbatim, *si vis autem*: eleganter & Attice; pro, *vel si mavis*; *atque adeo*. Gregorius de Athanasio, τὰς μὲν ἐν λόγῳ δεινὰς, τῇ πράξῃ· τὰς πρακλικὰς δὲ, τῷ λόγῳ νικήσας· εἰ βάλῃ δὴ, λόγῳ μὲν τὰς εὐδοκίμους ἐν λόγῳ, πράξῃ δὲ τὰς πρακτικωτάτας ὑπερβαλών, id est, *qui eloquentia præstantes, agendi laude: in agendo excellentes, oratione superavit: vel, si mavis*, (imo vero,) *& dicendo eos qui præstarent eloquentia, & eos qui agendo excellerent, agendo vicit*. εἰ βάλῃ δὲ, *vel si mavis, atque adeo*.

XII.

Εἴπερ, præter eum usum, quem Regul. 6. observavimus, tres alios habet. Primus est, ut sumatur pro *siquidem*, instituendo εἴπερ, *siquidem*.

endo comparationem inter diversa: tuncque particulas illas sequitur καὶ, in opposito membro. Demosthen. in Timocr. ἄξιον δὲ, εἴπερ περὶ τοῦ καὶ ἄλλου, καὶ περὶ τοῦδε διελθεῖν· id est, *æquum autem est, si de quoquam alio, certe de hoc etiam dicere:* ubi prius καὶ abundat.

εἴπερ, *quoniam.* Secundus est, ut significet ἐπεὶ, vel ἐπειδὴ, vel ἐπειδήπερ, vel ὅτι δὴ, id est, *quandoquidem.* Aristotel. 6. Politic. εἴπερ τοῦ δούλου ὄντος, τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται, id est, *quando quidem servi hoc proprium est, ut non vivat quomodo voluerit.*

XIII.

εἴπερ, *sic.* Tertius usus rarior est, ut sumatur pro *sic:* quod mirandum potius videtur, quam imitandum. Aristid. in Panathen. ubi Athenas, & Athenarum Acropolim, terrarum umbilicum esse ait: ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἀσπίδος, inquit, κυκλῶν εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων, πέμπτος εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ διὰ πάντων ὁ κάλλιστος· εἴπερ ἡ μὲν Ἑλλὰς ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς· ἡ δὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος· τῆς δ' αὖ πόλεως, ὁμώνυμος, (legendum videtur ἡ ὁμώνυμος· Ἀκρόπολιν enim Athenarum intelligit, quæ, ut ipsemet ait, & certum est, πόλις vocabatur.) id est, *ut enim*

in

in clypeo, ita circuli aliis alii imponuntur, ut quintus inter omnes pulcherrimus justum compleat umbilicum: (hic enim εἰς abundare videtur, aut πληροῖ, pro πληρῶται positum est.) *Sic Græcia in medio universæ terræ sita est: Attica Græciæ; Urbs Atticæ; Urbis demum in medio, cognominis ejusdem Acropolis collocata est.* Hic εἴπερ respondet τῷ ὥσπερ.

XIV.

Εἴπερ ἄρα, in medio fere periodi membro, (nunquam orationis initio) ἐλλειπτικῶς usurpatur. Tunc autem, quod integræ orationi deest, ex superioribus fere membris suppleri debet. Synesius Epistol. τοῦτο μὲν οὐκ ἔστι φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν· ἤρκει γὰρ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συναλγεῖσθαι· τὸ δὲ καὶ προσανιάσαι, πόῤῥω δεινόν, id est, *hoc quidem, non jam amicitiam renuntiare est, sed inimicitias denuntiare: alioqui satis erat, non simul dolere; at dolorem etiam addere, atrox prorsus atque indignum est.* Hic εἴπερ ἄρα, commode verti potest, *alioqui.* quod autem deest, ita suppleri possit: εἴπερ ἄρα μόνον ἂν εἴη φιλίαν ἀπειπεῖν· id est, *siquidem tantum id esset amicitiam renuntiare.*

εἴπερ ἄρα, *defective.*

Ari-

Ariſtotel. 10. de Cœlo, τὰ πάντα, καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὸ τέλειον, οὐ κατὰ τὴν ἰδέαν διαφέρουσιν· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, ἐν τῇ ὕλῃ, id eſt, *univerſum, & perfectum, forma non differunt, ſed materia tantum.* ubi in εἴπερ ἄρα, ſupplendum tantum eſt, διαφέρουσι.

Oenomaus apud Euſebium Præparation. 6. ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίννυται, ἀλλ' οὐκ, (εἴπερ ἄρα) ἑαυτὸν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; id eſt, *Nam iſte quidem Jupiter, illa, inquam, neceſſitatis veſtræ neceſſitas, quorſum in nos, ac non potius, (quando pœnas libet exigere,) in ſeipſum animadvertit, qui ejuſmodi eſſe neceſſitatem oſtenderit?* ubi poſt εἴπερ ἄρα, ſubauditur, τίννυσθαι χρή τινα, id eſt, *ſiquidem punire aliquem oporteat.*

Diogenianus ibid. εἰ ἄρα, pro εἴπερ ἄρα, poſuit: πῶς τοίνυν δι' αὐτῶν σημαίνεται τὰ πάντα ἁπαξαπλῶς καθ' εἱμαρμένην εἶναι· καὶ μὴ, εἰ ἄρα, ταῦτα μόνον, ὧν ἐστιν εἱμαρμένη; *Quomodo tamen omnia prorſus fato fieri ſignificant, ac non potius, ſi qua nominum iſtorum vis eſt, ea tantummodo, quæ fati lege teneantur?*

Εἰ δ'

Εἰ δ' ἄρα, non absimili modo, ab Atticis usurpatur: nisi quod, εἰ δ' ἄρα, membri sequentis initio collocatur, non autem in medio, ut εἴπερ ἄρα. Quare verti potest, *sin vero*, vel *alioqui*, supplendo tamen, quod justæ orationi deest, ex præcedentibus. Demosthen. in Midiam, ἐπεὶ ἀφειμένος γ' ἂν τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι· εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔσται τῶν μικροτάτων παρ' ὑμῖν, id est, *is enim facultatibus suis spoliatus cum fuerit, nulli forte amplius injuriam faciet: sin vero, tum vilior sane fuerit homine apud vos despicatissimo.* ubi in εἰ δ' ἄρα, suppleri potest, ἔτι καὶν ὑβρίζοι, *injuriam facere perget.*

SECTIO VII.

De Conjunctione καί, cum particulis adjacentibus.

Regula I.

Καὶ, præter ea, quæ de hac particula superius obiter attigimus: sequitur sæpissime particulam τε, tuncque ambæ reddi commode possunt, per *cum*, & *tum*, vel duplex & τε καὶ, *cum*, *tum*; &, &.

ut ἀνὴρ ὀξύς τε τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ σῶμα

ἐῤῥωμένως ἔχων, *vir cum acuto ingenio, tum robusto corpore.*

τε solum, *que.* Aliquando tamen, ac præsertim apud Thucydidem, τε solum reperitur, ut *que* apud Latinos: quod tamen Poëtis longe frequentius est. Thucydid. lib. 2. τά τε ἔξω ἔλεγον αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν, id est, *ac simul ipsis denuntiarunt, ea ne læderent, quæ foris essent.* Apud Ionas autem, aliquando τε vacat, quemadmodum π. Herodotus lib. 2. ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσάρων ἀνάπλοον στεινή ἐστιν, id est, *sed ita angusta est, ut quatuor circiter dierum navigatione ambiri possit.* ubi ὅσον τε, pro ὅσον π.

II.

καὶ, *etiam.* Καὶ, plerumque usurpatur pro *etiam*, non modo cum ἀλλὰ conjunctum, (quod nemo nescit,) sed etiam, quod raro tirones advertunt, per se solum. Itaque cum occurrit, nec sensus patitur, ut reddatur per &, statim cogitent sumi pro *etiam*: ut καὶ ἀναίτιος δίκην ὑπέμεινε, *etiam innocens pœnas dedit.* Exempla passim. Demosthen. pro Corona, ἐμοὶ τὴν εὔνοιαν καὶ νυνὶ ἀπόδοτε, *etiam nunc vestram mihi benevolentiam concedite.*

III.

III.

Καὶ, in parenthesi, cum aliquid postea vehementius pressuri sumus, commode reddi posse videtur, *sed, at.* Demosthen. de Cherson. Αἴτιον δὲ τούτων· (καί μοι πρὸς Θεῶν, ὅταν ἕνεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστω παῤῥησία.) id est, *istorum autem causa hæc est; (sed per Deos, liceat mihi, ubi de re utilissima dicendum est, fidenter loqui.)* καὶ, *sed, at.*

IV.

Aliquando, initio membri, vel periodi, aut interrogantis est, aut saltem dubitantis. Lucian. in Charonte, καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες, ἀράμενοι τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Ὄσσαν; &c. *An vero, Mercuri, cum duo tantum simus, Pelio & Ossa sublatis, id poterimus?* Gallice, *Et pourrions-nous bien?* καὶ, *an vero.*

V.

Apud Jones aliquando subauditur, ut apud Herodotum, cujus oratio interdum hiatus habet. Sic lib. 2. εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ· τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις, id est, *Quod si & tempestatum, & cœli stata ratio mutaretur; ita, ut ubi nunc boreas hyemsque consistunt,* καὶ, *subauditur.*

ſtunt, ibi auſtri ſitus eſſet. ubi τῇ μὲν νυῖ, pro ἢ τῇ μὲν νυῖ.

VI.

ἢ, *Attice vacat.*

Contra ſæpe ἢ, apud Atticos vacat; maxime poſt particulas τί ποτε. Xenoph. 2. Ἑλλωικ. τί ποτε καὶ καλέσαι χρή; id eſt, *eum quo tandem nomine appellari decet?* ubi plane abundat καί.

VII.

Aliquando deeſt ποτὲ, & ſola particula τί, vel ſimilis interrogans eodem ſenſu adhibetur: ut τί χρὴ ἢ λέγειν; *quid attinet dicere?* & ὑμῖν ὅ πῶς ἄν τις ἢ χρήσαιτο; *vobis autem quo modo tandem uti quis poſſet?* Demoſthen. pro Coron. Τί γὰρ ἢ βυλόμενοι, μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτὲς ἐν τύτῳ τῷ καιρῷ; id eſt, *Quorſum enim illos evocaſſetis eo tempore?* verbatim *quid enim & volentes*, &c.

VIII.

Καὶ, interdum ſignificat *atque*, ſed eo ſenſu quo apud Latinos, *atque*, reſpondet adverbiis *æque*, vel *perinde*: tuncque apud Græcos præcedunt fere κατὰ ταὐτὰ, vel κατὰ ταὐτὸ, *ſecundum eadem*, vel *idem*; vel ἴσα adverbialiter, pro ἴσως, *æqualiter*, vel ὁμοίως, *ſimiliter*.

Pau-

Pauſanias in Atticis, κατὰ ταὐτὰ ἔτός τε ἤχητε, καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα, id eſt, *is perinde reſonare ſolet, atque*, vel, *ut cithara pulſata.*

Gregorius Nazianz. πάσης τυχὼν παρ' αὐτοῦ δεξιώσεως, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος, id eſt, *omnem ab eo benevolentiam conſequutus, perinde ac ſi liberorum clariſſimus fuiſſet.* Sic οὐχ ὁμοίως διάκεινται τὴν ἕξιν, καὶ ὅτε ὑγίαινον, id eſt, *non perinde habitu comparati ſunt, atque cum bene habebant.*

Hoc Tullius imitatus eſt. Tuſcul. 5. *Pythagoram*, inquit, *reſpondiſſe, ſimilem ſibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui habetur maximo ludorum apparatu*: Græce, ὁμοίως που ἔχειν τόν τε βίον τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἀγοράν τινα, &c.

IX.

Interdum poſtponitur pronominibus ἕτερος & ἄλλος, eodem modo quo Latine, *ac*, vel, *atque*, pronomini, *alius.* Ariſtoteles 1. Politic. ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ, καὶ ὁ πλοῦτος, ὁ κατὰ φύσιν, id eſt, *ars enim quæſtuaria, alia eſt ac divitiæ, quæ tales ſuapte natura ſunt.*

X.

Interdum etiam duplici καὶ, nomen

τὴς indefinite ſumptum, aut particula γὲ includitur; tuncque poſterius κὴ vacat. Pauſanias in Laconicis, καὶ τινες κὴ ἀπώλοντο τῷ ϛραπωτῷ κεραυνωθέντες, id eſt, *& aliqui ex militibus fulmine icti occubuerunt.* tametſi reddi tum poſſit, *etiam*, vel *quoque*. Sic, κὴ γὲ κὴ αὐτὸς ταλαντεύομαι πὼ γνώμῃ, id eſt, *nam animi pendeo ipſe quoque*: ſic enim reddi debet nomen αὐτὸς præcedente κὴ, ut καγὼ, vel κὴ ἐγὼ, ſignificat *ego quoque.*

XI.

Κἂν unica voce, pro κὴ ἂν, cum jota ſubſcripto, apoſtrophe & accentu acuto: (nam cum ſola apoſtrophe & jota ſubſcripto, eſt κὴ ἐν, & cum dativo jungitur;) Interdum ut ſimplex κὴ, ſignificat *etiam*, interdum *etiamſi*: ut κἂν παντάπασιν ἀπαίδευτος ὦν, τοῖς κομψῇ πεπαιδευμένοις ἑαυτὸν ἀντιπαρεβάλλει, id eſt, *etiam*, vel *etiamſi imperitus, ſeſe tamen cum eruditiſſimis comparat.*

[---- minus recte. nam ſcribi debet ſine ι ſubſcripto. In hujuſmodi enim vocibus κᾆν pro κὴ ἂν, κᾖν pro κὴ ἐν, κἀκεῖνος pro κὴ ἐκεῖνος, κἀκεῖ pro κὴ ἐκεῖ, κἀγὼ pro κὴ ἐγὼ &c. --- primo fit thlipſis ϛῶ jota ſubjunctivi vocalis: deinde craſis: nec facta craſi amplius admittitur jota,

jota, ſed prorſus exteritur. In κἀγὼ igitur & ſimilibus contractio non fit ex αι & ε: ſed extrito prorſus jota fit craſis vocalium α & ε in α longum: ut κἀγώ. jota vero nullo modo ſubſcribi poteſt, niſi ſupponamus præter craſin, ſynæreſin etiam: nulla autem eſt ſynæreſis: jota enim in prædictis non ſubjungitur craſi factæ (ſubjungi autem oportuit, ut fiat ſynæreſis, nam quod ſubſcribitur poſterius eſt eo cui ſubſcribitur, ut apparet in omni diæreſi, quæ ſynæreſi opponitur, ubi ι ſubſcribitur, ut Νηρηΐδες-Νηρῇδες.) Sed medium locum occupat inter α & ε ante craſin factam. At ſi contra eveniat, ut ex aliqua monophthongo præcedente & diphthongo διὰ τοῦ ι ſequente fiat craſis, jota tum ſubſcribitur: unde in hujuſmodi contractis exiſtit triplex paſſio: ut κὴ εἶτα per thlipſin τοῦ ι-κα εἶτα: per craſin vocalium αε- -κᾶτα: & per ſynæreſin α vocalis longæ ex contractione factæ cum ſubjunctiva vocali ι κᾷτα: Sic κῇπε Dorice pro κὴ εἶπε: κῷνος pro κὴ οἶνος.]

XII.

Plane, interdum in re vel inſolenti, vel dubia, aſſeverandi cauſa ponitur, κἂν, *plane*.

ut πάντων μοι ἀντιστάντων κἂν ἐπεχείρησα τῷ πράγματι, id est, *vel invitis & repugnantibus omnibus, rem tamen omnino aggressus essem.* Interdum est, *quod si*; Gall. *& si.* Demosthen. pro Coron. κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο, μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, *quod si, ut pudori consulam meo, res abs me gestas non dixero.* Ibid. pro *si*, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ, *præsertim si hoc ab hoste quisquam patiatur.*

XIII.

κἂν εἰ, quod si.

Aliquando κἂν εἰ, simul conjunguntur & significant *quod si*, vel *etiamsi autem.* Demosthen. de Falsa Legat. Κἂν εἰ ταῦτα πάντα ὑπῆρχεν, *quod si omnia in illo essent.* Aliquando sumuntur pro *si*, voce quoque alia inter utramque posita. Ibid. κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκῃ τις τῶν πεπρεσβευμένων αὐτῷ, id est, *si quis ejus legationem impietatis damnet.*

Aliquando κἂν εἰ & κἂν sibi mutuo respondent, pro εἴτουν, & εἴτε, id est, *sive*, geminato. Aristotel. οἱ γὰρ ἀστέρες, κἂν εἰ μείζους, κἂν ἐλάττους φαίνωνται, *stellæ enim sive majores, sive minores appareant.* Κἂν εἰ μὴ, *etiamsi non.*

XIV.

καὶ δὴ, & quidem.

Καὶ δὴ, vel καὶ δὴ καὶ, vel καὶ δῆτα, vel καὶ δῆτα

καὶ δῆτα καὶ, ut plurimum significant, *Et quidem*, & *certe*, *quinetiam*, ut, Καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην, *Et vero*, vel *quinetiam libenter ex te quæsierim*. idque fere periodorum, aut membrorum initiis. Trita passim exempla.

XV.

Aliquando, καὶ δὴ, præter notata superius, reddi potest, vel *continuo*, vel *ideo*, vel *jamjam*. Demosthen. pro Coron. ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴποι τὰ προσόντα ἑαυτῷ, περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχοντα, id est, *quasi si quis ea prior objecerit, quorum ipse sibi conscius est, ea continuo talia esse oporteat*. Sic τοσοῦτον ὑπειπὼν, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι, id est, *ubi hoc unum dixero, jamjam ad eum me convertam*. Sic usurpatum est *atque*, a Virgilio Georgic. 1.

καὶ δὴ, *continuo*.

Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit; si brachia forte remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amne.

hic enim *atque*, significat *continuo*.

XVI.

Alias vero, καὶ, sequentibus γε δὴ, videtur interrogare potius, quam affirmare.

καὶ, *interrogat*.

mare. Plato ſub initium Convivii, Apollodorum illum, quem μανικὸν, id eſt, *furioſum*, vocabant, ita loquentem, introducit, Καὶ δῆλόν γε δὴ, ὅτι οὕτω διανοούμενος, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ περὶ ὑμῶν, μαίνομαι; *Ex eo ne vero inſanire me conſtat, quod de me ſimul ac de vobis ita ſentiam?*

XVII.

καὶ μὴν, *enimvero.* Καὶ μὴν, (nam καὶ μὲν, ſine voce aliqua interjecta, vel nunquam, vel raro admodum reperias:) Primo, reddi poteſt, *Enimvero: & vero: & ſane.* Demoſthen. pro Coron. Καὶ μὴν, εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν νυνὶ διέβαλλε, καὶ διεξῄει, ἢ καὶ ἄλλ' ὁ, τιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα, id eſt, *Enimvero*, vel, *& ſane, ſi quid in aliis, quæ jamjam dicendo criminabatur, aut aliud quidlibet abs me contra vos peccari videbat.* Ibid. καὶ μὴν, εἰ τὸ κωλύσαι τὴν τῶν Ἑλλήνων κοινωνίαν ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ, id eſt, *Enimvero*, vel, *& quidem, ſi operam Philippo meam, ad impediendam Græcorum ſocietatem, vendideram.* Ibid. καὶ μὴν, τὴν εἰρήνην ἐκεῖνος ἔλυσε, τὰ πλοῖα λαβὼν, id eſt, *Enimvero, pacem ille tum violavit, cum hæc navigia cepit.*

XVIII.

XVIII.

Secundo, idem est, quod *profecto*, vel *certe quidem*. Ibid. καὶ μὴν, οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν, id est, *Nec illud profecto dicere quisquam audeat.* — καὶ μὴν, *profecto.*

Tertio, significat *porro*, vel *jam vero*, vel *cæterum*. Ibid. καὶ μὴν, ὅτι πολλοὺς μὲν ἐστεφανώκατε ἤδη τῶν πεπολιτευμένων, ἅπαντες ἴσασι, id est, *Porro plerosque jam Reipubl. administratione perfunctos, a vobis coronatos esse, norunt universi.* — *porro.*

XIX.

Quarto, cum prima persona junctum, verti possit, *Equidem*. Plato sub initium Convivii, καὶ μὴν ἔναγχός σε ἐζήτουν, *Equidem modo te quærebam.* — *equidem.*

Quinto, καὶ μὴν καὶ valent, *Quin etiam*. Ibid. καὶ μὴν καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυχεῖν, id est, *Quin etiam laude sum hac in parte dignus.* — καὶ μὴν καὶ, *quin etiam.*

Sexto, καὶ μήν γε, *At saltem, at vero.* Ibid. καὶ μὴν, τῷ γε μὴ διαφθαρῆναι χρήμασι, κεκράτηκα Φιλίππου, id est, *At eo saltem Philippum vici, quod pecuniis ab illo corrumpi minime potuerim.* — καὶ μήν γε, *at saltem.*

XX.

XX.

καὶ τοι, *atqui.*

Καὶ, cum particula τοι enclitica, significat primo, *atqui*: ut καί τοι ὅσις ἂν τὰ τῆς πατρίδ' ἀπυχήματα καρπώσαιτο, ἕτ' ἂν ἀπολωλέναι δίκαι' ἡγοῖτο, id est, *atqui dignus profecto est, qui pereat, quisquis patriæ calamitatem felicitatem putat suam.* Demosthen. pro Coron. καί τοι πρὸς ἅπαντα τοῖς ἄλλοις δικαίοις, οἷς ἂν εἰπεῖν τις ὑπὲρ Κτησιφῶντ' ἔχοι, καὶ τοῦτο ἔμοιγε δοκεῖ καὶ μάλα εἰκότως ἂν λέγειν, *Atqui præter cætera jura,* (id est, defensionis capita,) *quæ Ctesiphontis in causa proferri possunt, hoc etiam existimo, & quidem summa cum æquitate, urgeri posse.*

XXI.

καί τοι, *at.*

Secundo, significat *verum*, vel *at*, idque fere cum dubitatione vel indignatione. Demosthen. pro Corona, καί τοι πόσα χρήματα τὰς ἡγεμόνας τῆς συμμορείας οἴεσθέ μοι δοῦναι; *At quantum pecuniæ, sodalitatum mihi principes daturos putatis?* ubi δοῦναι, pro δοῦναι ἄν, id est, δώσειν. Sic Tullius ultima Verrina. *At, quemadmodum ipse sese induit prima actione?* Græce, καίτοι πῶν αὐτὸς γε τρόπον περιέβαλεν ἑαυτὸν ἐν τῇ πρώτῃ ῥητορικῇ;

XXII.

XXII.

Tertio, rarius ſumitur pro κἂν, id eſt, *etiam*, Gall. *voire meſme*, affirmando. Euſebius lib. 3. Præparation. pag. 106. εἰ δή τις εἴη δυνατὸς ψυχῆς ἄγαλμα, καὶ μορφὴν ἐν εἰκόνι τεκτήνασθαι, δύναιτ' ἂν οὗτος καίτοι τῶν κρειττόνων, id eſt, *quare ſi quis animi ſimulachrum ac ſpeciem fingendo architectari poſſet, idem quoque poſſet ſuperiorum ac cœleſtium mentium imaginem aliquam fabricari.* niſi forte legatur καί τι, ſupple ἄγαλμα pro καί τοι.

καί τοι, *etiam.*

XXIII.

Quarto, redditur, *quanquam*, vel, *tametſi*, in correctionibus maxime rhetoricis: ut, καί τοι, σύ γε οὕτω σοφὸς ὤν, οὐδὲν τῶν παρ' ἐμοῦ δεήσῃ λόγων, id eſt, *quanquam tu, qui tantum prudentia vales, oratione mea non indigebis.*

καί τοι, *quanquã.*

Quo ſenſu addunt plerumque particulam γε. Gregor. Nazianz. ubi ſe dixit, ex Juliani apoſtatæ vultu & inceſſu, qualis futurus eſſet, cognoviſſe, addit, καί τοι γε οὐ τῶν εὖ πεφυκότων περὶ ταῦτα εἷς ὤν, id eſt, *tametſi ex iis non ſim, qui artis hujus admodum periti ſunt.*

XXIV.

Quinto, ſignificat, *& quidem*, *& vero*, *& vero.*

καί τοι, *& quidem,*

vero, initio periodi. Plutarchus in Cæsare, καί τοι καὶ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τὸν δῆμον, id est, *& quidem rumoris aliquid in populum sparserunt*: ubi notandum illud τοι duplici καί, inclusum ac tectum esse. Eodem sensu dicunt, interdum καὶ μὴν καί. Demosthen. pro Coron. καί τοι δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον, *Et vero, & sane, e duobus alterum fateatur necesse est.*

XXV.

proinde. Sexto, redditur *proinde*, vel, *itaque*, apud Isocratem sæpe, ut καί τοι, τί χρὴ νομίζειν ποιεῖν ἂν τὸν τοιούτοις ἐπιχειροῦντα; *proinde quid eum facturum putemus, qui talia conetur?*

quod. Septimo, καί τοι εἰ, vel, ἄν, idem est quod εἰ δὲ, *quod si*, ut καίτοι, εἰ πρὸς αὐτὸν οὕτω πως διέκεισο, *quod si hoc modo adversus eum affectus eras.*

XXVI.

& tamen. Octavo, idem est, quod, *& tamen*, Gall. *Et cependant.* Demosthen. pro Coron. καίτοι σὺγ' ἔφησθά με ταῦτα λέγοντα, εἰς ἔχθραν ἐμβαλεῖν τισιν, *Et tamen, hoc me orationis genere, inimicitias istas conflare dicebas.*

etenim. Nono, καὶ γάρ τοι, significat *etenim.*

Ibid.

Ibid. ἡ γάρ τοι πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐδείξατε ἐκ τούτων, *Etenim Græcis omnibus ita demum oſtendiſtis.*

XXVII.

Καὶ ἤ, rarius quidem, aliquando tamen, pro ἀλλ' ἤ, id eſt, *non autem.* Demoſthen. pro Coron. φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτ' ὀφλὼν τετυχηκὼς τότε, ἡ ἤ μέμψεως, ἢ δὲ τιμωρίας, *Atqui tum gratiam palam conſequutus ſum, non reprehenſionem aut pœnam retuli.* Ita etiam, ἡ μὴ, *uſurpatur,* ut Gallice, *& non.* Diogenianus apud Euſeb. Præparat. 6. ἡ μὴ ταῦτα μόνα, ὧν ἔστιν εἱμαρμένη; *non autem ea duntaxat, quæ fati lege teneantur?*

ἡ ἤ, *non autem.*

ἡ μὴ, *idem.*

SECTIO VIII.

De Conjunctionibus μὲν, *&* δὲ, *cum adjunctis particulis.*

Regula I.

PArticulas iſtas uſu conjunctiſſimas etiam tractatione conjungimus. Primum igitur μὲν cum particula γὲ, ornatus cauſa ſolum adhibetur, quia μὲν γὲ, idem quod γὲ, ſignificant. At per ſe ſolum, rarius licet, aliquan-

quando tamen, eodem modo vacat, ut *quidem*, apud Latinos. Atque id Platoni frequentius est. Sic 8. de Republ. ὅταν, ἦν δ' ἐγὼ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης, id est, *cum, inquam, primum quidem matrem moleste ferentem audiet.* Ibi enim, δὲ non sequitur.

μὲν, *vacat.*

Nominatim autem observandum, vix unquam reperiri ὃς μὲν, absolute positum, ut, *qui quidem*, Latine. Græci enim potius dicunt, ὅστις, ὅσπερ, ὃς δὴ, ὅς γε. Poëtæ vero etiam, ὅστε, ut passim Homerus.

II.

In membrorum diversorum, quæ tamen ad sese mutuo referri possint, initiis, fere, semper μὲν & δὲ collocantur: Latine autem rarissime, *quidem, vero*, quod Latini dissolutiones ament. Itaque dum Græca Latine redduntur, μὲν & δὲ, ut plurimum omitti debent, alioqui putidam sæpe Latinitatem efficient: tuncque, commode ablativus absolutus in priore membro usurpari poterit: ut, τὸν μὲν ἐχθρὸν κατέβαλεν, αὐτὸς δ' ἀραρότως ἔστη, *Ipse, afflicto jam hoste, presso gradu constitit.*

Contra, cum Græce Latina vertuntur, sæpe adhibendæ sunt illæ particulæ mem-

membris illis diversis quæ Latine nulla conjunctione copulantur. Quod si plura essent illa membra, tum subinde addendum fuerit, καὶ, vel πρὸς δ, vel πρὸς δ τούτοις, id est, *præterea*, initio membrorum, ante particulam ipsam μέν.

III.

Monendi quoque tirones sunt, licet voculæ istæ tam crebro usurpentur, nunquam tamen simul usurpari, quin absolute reddi possint, per, *quidem, vero*: ut, ὅτ-ος μὲν ἡμᾶς φενακίζει, ἡμεῖς δ' ὑπ' εὐηθείας, αὐτὸν ὑπερα-σπάζειν ἡμῶν οἰόμεθα, id est, *ille quidem fucum nobis facit, nos vero præ simplicitate, rebus eum nostris studere arbitramur.*

IV.

Monendi præterea, conjunctionibus illis partes etiam dissimiles conjungi posse: ut τῷ μὲν διὰ τὴν ἔχθραν, τῷ δ' ἐφαπτόμεν-ος τῷ καιρῷ, *partim ob inimicitias, partim occasionem arripiens*: sed tamen prioris membri participium, cum posterioris verbo committi non debere. v. g. male diceretur, τὸς μὲν πολεμίους ἐκβαλὼν, ὑπὲρ δ τῆς πατρίδ-ος ἠμυνάμην, nam, aut δ tollendum est, aut pro ἐκβαλὼν, dicendum ἐξέβαλον, id est, *propulsatis hostibus, patriam defendi.*

V.

Eleganter etiam id exprimunt, quod Latine dicimus, *cum*, *tum*; qui usus cum apud cæteros, tum præsertim, apud Isocratem longe frequentissimus: ut ipso statim cohortationis ad Demonicum exordio. Quod igitur habet Tullius initio orationis pro Dejotaro, *Cum in omnibus causis gravioribus, C. Cæsar, vehementius commoveri soleo; tum in hac causa ita me multa perturbant*: Græce reddi potest, παρὰ μὲν ἄλλους τοὺς ἀγῶνας, Γάϊε Καῖσαρ, ἐμπαθέστερον εἰωθά που διακεῖσθαι, παρὰ δὲ τουτονὶ, πλείστοις ὅσοις οὕτω πως διαταράττομαι.

Demosthen. pro Corona initio, πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ', Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα, id est, *Et quidem cum Æschine, hac in causa, multis sum rebus inferior, tum duabus potissimum, iisque permagnis.*

VI.

Μὲν, δὲ, serviunt etiam enumerationibus rerum, aut hominum, diversorum quidem, sed tamen eodem spectantium: tunc vero ridiculum esset, *quidem*, *vero* Latinis auribus inculcare: ut apud Xenophontem, ἐπαίνου ἕνεκα πάν-

πάντα μὲν πόνον, πάντα δ' κίνδυνον ὑπομένειν, id est, *laudis gratia labores omnes, omniaque pericula sustinere.* Sic apud Gregorium, Ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἐθεράπευε δὲ τὰς ψυχάς, id est, *corpora simul animosque curabat.* dici potuit, ἐθεράπευε δὲ καὶ τὰς ψυχάς.

VII.

Attice quoque sæpius repetuntur, crebris negationibus illigatæ, ita ut & membra membris opponantur, nec commode satis, Latinitate donentur. Insigne hoc in genere est illud Demosthen. orat. pro Coron. οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ· ἐδὲ ἔγραψα μέν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ· οὐδ' ἐπρέσβευσα μέν, οὐκ ἔπεισα Θηβαίους. Quæ particulis *ita ut*, subinde iteratis, hoc modo vertas: *Neque vero hæc ita dixi, ut eadem non proscriberem: nec ita proscripsi, ut in obeunda legatione non dicerem: nec in legatione sic dixi, ut ea Thebanis non persuaderem.*

VIII.

Frequentissimus est hujus oppositionis usus, cum uno aut pluribus omissis, aliquid aliud fieri significatur: tuncque prius membrum per ablativum absolutum, & passivum reddi debet, et-

iamsi Græce, infinitivus utrobique habeatur. Demosthenes pro Corona, ὁ τὸ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι παραλείπειν, ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν, ζητεῖν, id est, *non mutua disceptatione omissa, quendam alium, quem lædamus, quærere.* ubi observandum, membri prioris infinitivum παραλείπειν, mutari posse in accusativum participii παραλιπόντας: quod si fiat, μὲν & δὲ omitti oportebit.

IX.

Nec raro tamen, unicum μὲν, plurima δὲ consequuntur: quæ si Latine omnia redderes, barbarus fieres. Ita Dio Chrys. orat. 12. Ἔνθα δ' ὁρᾷς πανταχῇ μὲν ξίφη, πανταχῇ δ' θώρακας, πανταχῇ δ' δόρατα, πάντα δ' ἵππων, πάντα δ' ὅπλων, πάντα δ' ὡπλισμένων ἀνδρῶν μεστὰ, *Hic porro videas, ubique gladios, ubique loricas, ubique hastas; omnia equis, armis, atque armatis hominibus plena omnia.*

X.

δὲ post μὲν, *sed.*

Δὲ post μὲν, sæpissime reddi debet, *sed*: ita quidem ut membrum in quo locum habet, priori adversetur: ut σὺ μὲν ἀκούεις, ὁ σωὶς δὲ, id est, *audis tu quidem, sed non intelligis.*

XI. Μὲν

XI.

Μὲν δὴ, præmissa voce aliqua, periodorum ac membrorum initiis, aliquando significat, *& quidem*. Demosthen. pro Coron. περὶ μὲν δὴ τῶν ἰδίων, ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ, id est, *ac de privatæ quidem vitæ rationibus, quæcunque demum in me maledicta contumeliose contulerit.* Alias μὲν δὴ, id est, *igitur.* μὲν δὴ, *& quidem.*

XII.

Μέν τοι, primum in responsionibus, aut iis simili orationis genere adhibetur, approbandi atque assentiendi causa, ut apud Latinos, *vero, sane, utique, omnino.* Cicero Tusculan. 5. *quid igitur contra Brutum me dicturum putas?* respondet Atticus, *tu vero ut videtur, nam præfinire non est meum.* Græce ita possit, τί δή ποτ' ἐμὲ ἂν οἴει κατειπεῖν τοῦ Βρούτου; σὺ μέν τοι ὅπως ἂν σοι δοκῇ· τὸ γοῦν προδιορίζεσθαί τι, οὐκ ἐμόν γε, vel οὐ πρὸς ἐμὲ, vel κατ' ἐμέ. Sic apud Xenophontem, huic interrogationi, ἦ καὶ ἐμὲ οὖν, ἔφη ἡ γυνὴ, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; *An vero, inquit mulier, hæc etiam me facere oportebit?* subjicitur, δεήσει μέν τοι, ἔφην ἐγὼ, ἔνδον μένειν, id est, *te vero, inquam, intus ma-* μιέν τοι, *vero.*

nere oportebit. Dionysius Halicarnass. lib. 4. ubi Servius Tullius, postquam ex Tarquinio quæsivit, num quod sibi ex variis, quæ recensetur, criminibus objicere possit, ita concludit, δίκαιον μέν τοι ἄν, εἴ τί μοι τοιοῦτον ἡμάρτηται, τῆς ἀρχῆς ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς ἀποστερηθῆναι, id est, *justum sane fuerit, si quid hujusmodi commissum abs me fuit, me regno simul, vitaque spoliari.*

XIII.

At. Secundo, significatione superiori contraria, sumitur pro *at*, *verum*, *veruntamen*, aut absolute *tamen*: quemadmodum supra eodem hoc Cap. Sect. I. Reg. 9. diximus de πλὴν ἀλλά. Dionysius Halicarnass. lib. 4. ubi Servius cum quæsiisset, num superbe se gereret: τίς μέν τοι σοῦ πρὸ ἐμοῦ βασιλέων οὕτω μετρίως ἐν ἐξουσίᾳ διετέλεσε; *At quis ex præcedentibus regibus, tam in summo imperio moderatus fuit?* Xenophon, τοῦτο μέν τοι εἰδὼς οὐδὲν μᾶλλον ὅπως δεῖ γεωργεῖν, id est, *veruntamen, ut hoc norim, nihilo magis novi, quemadmodum arare oporteat.* Quo sensu nonnunquam ἐλλειπτικῶς ponitur. Plato in Gorg. σὺ δ' ὡμολόγεις σοῦ γε νῦν οὐδένα· σοῦ μέντοι ἔμπροσθεν, id est, *tu vero fatebare,*

bare, ex iis ſaltem qui nunc vivunt, ejuſmodi fuiſſe neminem: veruntamen ex iis qui prius: id eſt, *ſed tamen ex iis qui ſuperiori tempore vixiſſent, nonnullos fuiſſe dicebas*, ἔφασκες γενέσθαι τινάς.

XIV.

Aliquando μέντοιγε & μέντοιπȣ, unica voce proparoxytona, pro μέν τοι ponuntur, in utraque ſignificatione. Sunt qui addant, μέντ' ἂν, eodem modo uſurpari, ſed meo judicio illud ἂν ad verbum ſuum pertinet, non ad μέν τοι: ſed μέντ' per opoſtrophen. Demoſthen. pro Coron. ἐμὲ δ', τὸ τίνος φρόνημα λαβόντα, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα ἔδει; τὸ τούτων ἀνάξια ἐρȣ̃ντος; δικαίως μέντ' ἂν ἀπέθανον, *me autem, quo tandem ſenſu conſcendere ſuggeſtum oportuit? an ejus, qui his indigna dicturus eſſet? at juſte ſane periiſſem.* ubi manifeſte ἂν pertinet ad ἀπέθανον.

μέντοιγε, & μέντοιπȣ *pro* μέν τοι.

XV.

Μὲν ȣ̃ν, raro admodum ſignificat *igitur*; multo minus, *quidem igitur*. At primo commode reddi poteſt, *& quidem, & vero, enimvero*: maxime in periodorum initiis, præmiſſa tamen ſemper alia voce, ut ȣ̃τω μὲν ȣ̃ν πρὸς τὴν πόλιν διακείμενος ἀεὶ διετέλεσεν, id eſt, *&*

μὲν ȣ̃ν, *& quidem.*

quidem eo semper fuit in rempublicam animo. nunquam enim reperitur, ἐγὼ μὲν, pro, *& quidem*; nec, ἐγὼ δὲ, pro *& vero*; nisi apud Poëtas. Demosthen. pro Coron. πειράσομαι μὲν οὖν, ὡς μετειώτατα τοῦτο ποιεῖν, *Equidem*, vel, *ego vero id quam modestissime fieri poterit, præstare conabor.* Præcedente autem particula εἰ, verti etiam potest, *quod si*, vel, *& quidem si.* Idem ibid. εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον, κατηγόρησεν Αἰσχίνης, id est, *Quod si Æschines, quibus de rebus actionem instituebat, in iis tantum accusandis versatus esset.*

XVI.

Certe. Secundo, significat *quidem certe*, vel *sane*: Galli fere dicunt, *au moins*, vel, *pour le moins*: interdum, *& à la verité*: ut ea quæ sequuntur ad aliquam priorum confirmationem utcunque pertineant. Thucydid. lib. 1. cum dixisset nonnullos esse, qui scriberent quendam in Asia periisse; subdit ejus opinionis hoc argumentum, μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἔστι τῇ Ἀσιανῇ, i. e. *& sane hujus monumentum extat Magnesiæ, quæ Asiæ civitas est.*

XVII.

Porro. Tertio, redditur, *porro*, vel, *cæterum*, vel,

vel, *jam vero*; in iisdem periodorum initiis: ut αὐτὸς μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, πάντα ὑπεκίνησεν, id est, *cæterum accepto imperio cuncta mutavit.* Demosthen. pro Coron. πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ' ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα, *Porro*, vel, *jam vero*, *Athenienses hac in causa, cum aliis plerisque rebus deteriori conditione sum, quam Æschines, tum vero duabus præcipue, iisque permagnis.* Quo sensu, καθ' ὑποφορὰν, id est, *per subjectionem*, usurpatur explicandi alicujus causa, quod præmissum est: ut si, cum dixisses aliquid esse inutile, subjungeres, ἄχρηστον μὲν οὖν φημὶ ἔγωγε πᾶν ὅ, τι μηδὲν ἐπ' ἀρετὴν συντελεῖται, id est, *porro inutile*, vel *inutile autem id esse dico, quod nihil ad virtutem juvat.*

XVIII.

Quarto significat *imo vero*: Xenophon quærenti, οἱ παρά σοι τούτων οὐδὲν ἐπίστανται ποιεῖν; id est, *nihilne tui rerum istarum facere norunt?* respondet, πάντα μὲν οὖν, ἔφη, *imo vero inquit, omnia.* Quod etiam dicunt, μὲν οὖν γε, vel una voce, vel tribus distinctis. Ita Lucæ 11, 28. ei mulieri, quæ beatam Christi matrem prædicabat, Christus ipse respon- *Imo vero.*

det, μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, id est, *quin imo*, vel *imo vero, beati qui audiunt verbum Dei.* Quæ tamen voculæ, membrorum aut periodorum initiis aliquando significant *enimvero*, ut ad Rom. 9, 20. μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; id est, *Enimvero, o homo, tu quis es, qui Deo respondes?* Hic autem notandum μενοῦνγε, toti membro initium dare posse, nulla voce præmissa, quod non possunt μὲν οὖν, sine γε.

XIX.

At enim.

Quinto, ac postremo μὲν οὖν, significant *at enim*, serviuntque potissimum occupationibus rhetoricis. Demosthen. Olynth. 1. τὸ μὲν οὖν ὀλιγωρεῖν, inquit, ἴσως φήσει τις ἂν ῥᾴδιον, καὶ πᾶσιν εἶναι, ubi male, meo judicio, qui vertunt, *igitur*, vel, *quamobrem*: sensus enim est, *at enim dicat fortasse quispiam, facile admodum, & cujusvis esse.*

XX.

ὦν & νων, enclitic. pro οὖν.

Observandum hic obiter, apud Jones, ὦν & νων encliticum, pro οὖν usurpari: ut μὲν ὦν & μέν νων, pro μὲν οὖν. Herodot. lib. 2. τοῦτο μέν νυν τὸ ὄρος, ποιητόν ἐστιν, id est, *& quidem hic mons ejus-*

mo-

modi est. Ibid. paulo post, πέφυκε μὲν οὖν ἡ χώρη αὐτὴ οὕτω, id est, *atque hic nativus est illius regionis situs.*

XXI.

Apud eundem particula ista, ὦν, sæpissime vacat: nam altera νων, raro sine μὲν reperitur. Imo, præpositiones, a verbis, quorum partem constituerent, interjecto fere ὦν, dirimuntur. Ita lib. 2. οἵδε φέροντες ἐς τὼ ἀγορὼ, ἀπ' ὧν ἔδοντο, pro ἀπέδοντο, id est, *Ii deferentes in forum, ibi vendere consueverunt.* Ibid. καθ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε, *operuit.* Ibid. ἐν ὧν ἐπάκτωσαν pro ἐνεπάκτωσαν, *connectere & colligare solent.* ὦν, *vacat.*

XXII.

De particula δε, seorsim hæc notanda. Primum illam encliticam esse non modo, cum demonstrat, ut in ὅδε, ἥδε, τόδε: sed etiam dum coalescit in unam vocem, cum τοῖος, *talis*; τόσος, *tantus*; τηλίκος, *tantus*; tuncque unicus est accentus in penultima τοιόσδε, τοσόσδε, τηλικόσδε. Postremo, cum fungitur vice Præpositionis εἰς, aut similis, ut in οἴκαδε, pro εἰς τὸν οἶκον, *domum*: quo etiam utuntur Oratores. & in aliis quibusdam magis Poëticis: ut, ἀγορώδε, δε, *enclit.*

δὲ, id est, εἰς ἀγορὰν, *in forum*, & similibus.

XXIII.

δὲ, *sed*, aut *verum*.

Secundo, apud Aristotelem, Platonemque potissimum, aliosque magis Atticos significare *sed*, aut *verum*: quemadmodum ante diximus, ἀλλὰ, interdum pro δὲ, usurpari. Aristotel. Ethic. 8. ἢ μὲν δοῦλῳ, inquit, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν· ἢ δ' ἄνθρωπῳ, id est, *quatenus ille servus est, nulla cum eo amicitia esse potest: sed tantum quatenus homo est.* Quod orationis genus eo nonnunquam obscurius est, quo nonnulla subintelliguntur ex præcedentibus repetenda. Plato in Gorgia, ἡ μὲν ὀψοποιικὴ, ἔ μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι, ἡ δ' ἰατρικὴ, id est, *condiendorum ciborum ars mihi nulla videtur esse, at medicina*; (supple, *ars videtur.*) Sic Tullius ad Lentulum; *Non meum monumentum*, inquit, *monumentum vero senatus*: ubi *monumentum vero*, posuit, pro, *sed monumentum*; Græce οὐκ ἐμόν γε μνημεῖον, τῆς δὲ βυλῆς.

XXIV.

δὲ, *pro* γάρ.

Tertio, δὲ sumitur aliquando pro γὰρ, apud Homerum sæpissime, aliosque Poëtas:

ëtas: apud quos particula hæc, ut hoc obiter dicam, præcipuam carmini venustatem afferre putatur: adeoque altero quoque versu inculcatur: quod apud Latinos vitium esset turpissimum. Imo etiam in soluta oratione, est ubi δὲ, reddi potius debeat *enim*, quam, *vero*. Demosthen. Olynth. 3. τοῦτ' οὖν δεῖ προσεῖναι· τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει, *Hoc igitur accedat oportet: nam cætera quidem adsunt.*

XXV.

Quarto, non raro cum aliqua emphasi ponitur, pro δή; ut apud Latinos, *vero*, pro *utique*, vel *omnino*. Tullius: *quod me rogas, ut in bonam partem id accipiam; ego vero in optimam*. Græce, ὅτι μὲν οὖν παρακαλεῖς ἐμὲ, εὐγνωμόνως ἀκούειν τουτοὶ, (vel λαβεῖν, δέχεσθαι τουτίγε) ἐγὼ δὲ κἂν μάλιστα. Plato in Phædone, οἱ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν τάρταρον, id est, *Qui autem videntur insanabilibus vitiis laborare, eos vero suum cujusque fatum in tartarum detrudit.*

δὲ, *pro* δή.

XXVI.

Hac in acceptione, obscuram interdum efficit orationem. Plato 10. de Legib.

δὲ, *pro* δὴ *obscurat orationẽ.*

gib. cum dixisset, νῦν δὴ χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι, διαῤῥήδην εἰπεῖν, ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστι περιάγουσα ἡμῖν πάντα, id est, *nunc ergo nihil amplius est, quamobrem aperte dicere vereamur; quandoquidem animus is est, qui circumagit omnia*: subdit, τὴν δὲ οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον, id est, *eundem certe animum, ipsius quoque cœli conversionem efficere dicendum esse*. Quo loco, τὴν δὲ, omnino posuit, pro τὴν δὴ, vel τήν γε, vel καὶ τὴν, & φατέον abundat: satis enim erat εἰπεῖν, sic tamen, ut sequeretur περιάγει, pro περιάγειν, & ἡ δὲ, pro τὴν δὲ, in nominandi casu efferretur.

XXVII.

δὲ, *pro* δὴ, *cum signif.* ἔτι.

Sumitur etiam pro δὴ, cum significat, ἔτι, vel omnino vacat. Demosthen. εἰ ῥήτωρ ἐστὶν, οἵους ἐνίους ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, id est, *si ejusmodi Rhetor est, cujusmodi nonnullos ego, ac vos etiam videtis*. Thucydid. δίκαιον γὰρ αὐτοῖς, καὶ πρέπον δὲ ἅμα, τὴν τιμὴν ταύτην δίδοσθαι, *æquum enim est, & vero etiam decet, hunc ipsis honorem haberi*.

SECTIO IX.

SECTIO IX.

De Conjunctionibus ὅτι, & τοίνυν.

Regula I.

ὅτι, *quod.*

Ὅτι, *quod*, præter obſervata ſuperius, Græce eleganter ac vulgo uſurpatur cum nominativo ac verbo proprio, ubi Latini accuſativum cum infinitivo conjungunt. Xenoph. Ἑλλωικῶν 6. εἶπεν ὅτι βέλεται, *dixit quod vult*, id eſt, *dixit ſe velle*: ſed hoc ejus uſu nihil contritius.

II.

ὅτι, *quam.*

Ὅτι, cum ſuperlativo tam nominis, quam adverbii, videtur quandam adverbii rationem induere, idemque valere, quod apud Latinos *quam*: ut ὅτι βέλτιστα, *quam optime*; ὅτι τάχιστα, *quam celerrime*; ὅτι πλεῖστοι, *quam plurimi.* quo ſenſu etiam cum ſubſtantivis quibuſdam conjungitur; ut ὅτι τάχος, *quam celerrime.*

III.

τί ὅτι; *cur?*

Aliquando interrogationi ſervit, *cur? quamobrem?* tuncque fere præcedit τί, & ſub-

& subauditur verbum ὄξιν. In Evangelio B. Matei cap. 9, 28. Τί ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; *quid quod*, id est, *quid est quod*, vel, *quamobrem ipsum non potuimus ejicere?*

Pro τί ὅτι; Aristophan. dicit, ὅτι τί δή; pro quo mavult Plato, ὅτι δὴ τί; addito etiam μάλιστα, id est, *cur tandem?* sæpius tamen ὅτι, (*quia*) responsioni servit, ut sexcentis exemplis patet.

IV.

ὅτι, abundat,

Ὅτι, *quod*: non raro abundat, cum alicujus verba referuntur. Demosthen. in Leptin. οὐδὲ γὰρ ἐχὲ καλῶς εἰπεῖν, ὅτι, ἀλλ' ἔχειν ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα, id est, *nec enim honeste diceretur, illum & illum jam habere*: vel Græco propius, *atqui jam ille, & ille habent.* Quæ loquendi ratio, si verba tantum singula cogitentur, alienum plane sensum efficiet, ut Apocalyps. 3, 17. ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι, verbatim, *quia dicis, quod dives sum*, id est, *te divitem esse*: cum verba sonare videantur, eum de quo loquitur, dicere, Christum ipsum esse divitem, non se. Quo tamen loco, & aliis plerisque, recte ac pie noster Interpres, nativum illum Græcæ dictionis candorem exhibuit.

V. Ali-

V.

Aliquando διόπ, unica voce paroxytona, pro simplici ὅπ ponitur, licet positum etiam videri queat, pro δι' ὅ, π: sed quantum ad usum, perinde est. Polybius Histor. 1. οἶμαι πάντας ὁμολογήσειν, διόπ ἐν λίαν πολύ π τῆς ἀληθείας ἀπελείποντο τοτέ, id est, *confessuros omnes existimo, se admodum a rei veritate prius abfuisse*: ubi vel λίαν, vel πολύ π, videtur abundare. Ibid. διόπ ὃ ταχέως ὑφ' ἑαυτὸς ποιήσονται τὴν Σικελίαν, πρόφανὲς ἦν, *Quod autem brevi Sicilia potituri essent, res per se manifesta erat.* διόπ, *pro* ὅπ.

VI.

Ὅ π μὴ, (*quod non,*) passim pro εἰ μὴ, id est, *nisi*, accipitur. Aristid. Panathen. ἐν Ἐπιστολαῖς ταῖς Ἑλληνικαῖς, οὐδὲν ἦν, ὅπ μὴ Ἀθῆναι, id est, *In Epistolis Græcis nihil erat, nisi Athenæ.* ὅπ μὴ, *nisi.*

At ὅπ μὴ ἄν, duobus præcipue modis reddi possint, Primo, *nisi quod*, vel, *nisi quod etiam*, vel *quin etiam*, vel, *imo vero*. Gregor. Naz. anz. 1. contra Julian. τὸς ἐλέγχες· ὃ δ' ἐφυγεν, ὅπ μὴ ἂν μᾶλλον τότοις ἑαυτὸν ὑποθεὶς ἠγνόησεν, id est, *quo minus tamen deprehenderetur, effugere non potuit: imo vero imprudens licet,* ὅπ μὴ ἄν, *nisi quod.*

quo certius deprehenderetur, effecit. Postrema verba sic Budæus vertit, *nisi quod non intellexerat, hoc facto se diffidentiam suam prodere.*

ὅπ μὴ ἢ, *quanquã.*

Potest etiam ὅπ μὴ ἢ reddi, *quanquam, tametsi.* Idem Gregor. orat. 20. ubi de profana scientia: ὅσον ὃ εἰς Δαίμονας φέροι, διεπτύσαμεν, ὅπ μὴ κἀκ τούτων εἰς θεοσέβειαν ὠφελήμεθα, id est, *quicquid autem ad Dæmones raperet, id totum execrati sumus: quanquam ex iis quoque rebus multum in divino cultu profecimus.*

VII.

τοίνυν, *igitur.*

Τοίνυν, quod initio quidem periodi ponitur, sed tamen vocem aliquam sequi debet, hos præcipue usus habet. Primo, vel per se solum (quod vulgare admodum est) vel, quod rarius, præcedente μὲν, significat *igitur.* Demosth. pro Corona, τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον, id est, *Quod ergo primum ea in legatione contigit.*

τοίνυν, *utique.*

Secundo, idem est, quod δή, *utique, videlicet.* Ibid. cum dixisset duo esse, in quibus deteriori, quam Æschines, conditione uteretur; subdit, τούτων τοίνυν, ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονὴν, τοῦτο δέδοται· ὃ δ' πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί· id est, *ex iis videlicet, quod delectatio-*

Stationem afferre solet, huic tributum est: quod autem universis, ut verbo dicam, molestum est, id mihi restat.

VIII.

Tertio valet, μὲν οὖν, *& quidem*, & τοίνυν, & *vero, atque.* Demosthen. ibid. πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα, ὁμοίως ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι, ὅτε δικαίως ὅτ' ἐπ' ἀληθείας ἠδέμασ εἰρημένα, id est, *& quidem accusationis hujus capita omnia, ex istis similiter quivis intelligat, nec juste allata esse, nec ullo modo cum veritate conjuncta.* Sequitur, βούλομαι δ' ἐγὼ καθ' ἓν αὐτῶν ἕκαστον ἐξετάσαι, id est, *unumquodque tamen excutere sigillatim volo.* Sic, quod Latini dicunt, *Atque ut omnes intelligant*: Græce reddi potest, ὡς τοίνυν ἅπασι φανερὸν γένοιτ' ἄν. *quidem.*

IX.

Quarto, in transitionibus oratoriis locum habet, significatque *jam vero.* Isocrates in Panegyr. ad publicos & solennes conventus, ab Athenienſibus institutos accedens, νῦν τοίνυν, inquit, τὰς πανηγύρεις καταστήσαντων, δικαίως ἐπῃνημένων, &c. id est, *jam vero, cum ii suo jure laudentur, qui publicas celebritates instituerint.* Demosthen. pro Coron. τοίνυν, *jam vero.*

ἐπειδὴ τοίνυν ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην ἡ πόλις, ἐνταῦθα πάλιν σκέψασθε, τί ἡμῶν ἑκάτερος προείλετο πράττειν, id est, *jam vero, postquam Respublica pacem fecisset, hic mihi rursus attendite, quam uterque nostrum agendi rationem sequi statuerit.* Ibid. οὐ τοίνυν, οὐδὲ τὴν ἧττα, εἰ ταύτῃ γαυριᾶς, ἐν οὐδενὶ τῶν παρ' ἐμοὶ γεγονυῖαν εὑρήσετε τῇ πόλει, id est, *jam vero,* vel, *cæterum, porro, ne cladem quidem istam, ulla ex re, quæ commissa mihi fuerit, in urbem redundasse, reperietis.*

X.

τοίνυν, *at.* Quinto, in iisdem transitionibus, reddi potius debet, *at, verum, sed.* Demosthen. ibid. propius accusationi responsurus, βούλομαι, inquit, τοίνυν ἤδη, καὶ περὶ τῆς γραφῆς αὐτῆς ἀπολογήσασθαι, id est, *at jam ipsimet accusationi respondere volo.* Ibid. βούλομαι τοίνυν ἐπανελθεῖν ἐφ' ἃ τούτων ἑξῆς ἐπολιτευόμην, *sed volo ad ea jam redire, quæ deinceps in Republica gessi.* Et οὐ τοίνυν μόνον τῷ μὴ καθυφεῖναι ταῦτα σεμνύνομαι, *At non eo tantum mihi placeo, quod hoc in genere nihil remiserim.* Dixit enim καθυφεῖναι ταῦτα, eodem sensu, quo καθυφίεσθαι περὶ τούτων, de quo in Cap. 5. de Verbo Sect. 12. Reg. 7. diximus.

XI. Sex-

XI.

Sexto, significare videtur, *& tamen*, vel, *atqui*. Demosthen. ibidem, cum dixisset Æschini, eo tempore accusationem instituendam fuisse, quo Demosthenes ipse Rempubl. læderet; subdit, ϰ᾽ τοίνυν ἐποίησας οὐδαμοῦ τοῦτο, i. e. *& tamen*, vel, *atqui nusquam id feciſti*. Ibid. φάνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτ᾽ ϑ᾽ τετυχηϰὼς τότε, ϰ᾽ ϰ᾽ μέμψεως, οὐδ᾽ὲ τιμωρίας, *atqui me tum gratiam ex eo retuliſſe conſtat, non reprehenſionem, aut pœnam.* τοίνυν, & *tamen*, *atqui*.

XII.

Septimo, cum pronomine primæ perſonæ, adjuncto fere μὲν, commode verti poteſt, *equidem*. Demosthen. ibid. Ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα, βελτίων ὅπως πλεῖν τὼ ταχίστω τοὺς πρέσβεις, *Equidem ejuſmodi decretum edidi, quo auctor eram, ut legati, quam celerrime fieri poſſet, navigarent.* ἐγὼ τοίνυν, *equidem*.

SECTIO X.

De Conjunctione ὡς, cum adjunctis particulis.

Regula I.

De Conjunctionibus ὡς & ὥϛε, primum hoc tirones moneo; ὡς, ὥϛε, ἵνα, ὥσπερ.

usurpari eas posse, ubicunque, *ut*, Latinum potest: si tres usus excipias, in quibus ὥς τε, locum non habet, de quibus paulo post: cum ἵνα, locum ibi tantum habeat, ubi, *ut*, significat, *afin que*: (tametsi apud Poëtas, significet etiam ὅπῃ, *ubi.*) ὥσπερ, *vero*, tum duntaxat, cum, *ut*, significat *quemadmodum*. Barbarus igitur esset, qui hæc Latina, *ut enim gravius nihil est*, Græce verteret, ἵνα γὰρ δεινότερον ὄζι μηδέν: aut qui hæc alia, *ut ergo facilius id nobis sit*, ὥσπερ οὖν ῥᾷον ἂν ἡμῖν τοῦτ' γένοιτο. utrumque autem per ὡς & ὥς τε, recte verteretur.

II.

ὡς, ὥς γε, ὡς δὴ, ὡς δήν, ὡς γοῦν, ut, quatenus.

Secundo, ὡς, ὥς γε, ὡς δὴ, ὡς οὖν, ὡς γοῦν, (non autem ὥς τε, ὥσπερ, ἵνα,) sumi possunt, eo sensu, quo, *ut* Latinum, significans *quatenus*, vel, *quo modo*. Thucydid. libr. 4. ὧν γὰ οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν, id est, *neque vero dicendi facultate carebat, uti Lacedæmonius*: Gallice, *pour un Lacedemonien*. Sic, *homo satis, ut illa quidem ætate, urbanus ac politus*, ἀνὴρ, ὡς δὴ τότε, κομψός τε, καὶ ἀστεῖος ἱκανῶς. Sic, τὸ ἔργον ἐξηκρίβωσεν, ὥς γε, vel ὡς δὴ καὶ ἄνθρωπον, id est, *opus hoc, ut humanus quidem captus est, ad amussim exegit.*

III.

III.

Tertio, *ut* Latinum, significans, *cum*, vel, *ut primum*, reddi etiam potest per ὡς, (non ὥστε vel ὥσπερ.) vel cum indicativo, vel cum infinitivo: ut ὡς ἴδε, vel ὡς ἰδεῖν ἐπικείμενον, *ut imminentem vidit*. Quo modo, præsertim Poëtice, geminatur illud ὡς, ut apud Theocrit. ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, *ut vidit*, *ut insaniit*. Virgil. *ut vidi*, *ut perii*, ὡς ἴδον, ὡς ἀπόλωλα. Galli particulam, *comme*, eodem sensu accipiunt. Quod enim Demosthen. v. g. oratione pro Corona, dicebat, ὡς δ' οὐκ ἤθελον, χαρακώματα βαλόμενος πρὸς τῇ πόλει, καὶ μηχανήματ' ἐπιστήσας, ἐπολιόρκει. Gallus diceret, *mais comme ils ne le voulurent pas, il planta son camp devant la ville, & ayant dressé ses machines, commença à la battre.*

ὡς, ut, cum, ut primum.

IV.

Quarto, alium etiam usum particulæ *ut*, pro *utinam*, vel, *utinam vero*, vel, *atque utinam*, vel, ut Comici, *quod utinam*, apud Poëtas maxime Comicos frequentissimum, eadem particula ὡς, (non ὥστε, vel ὥσπερ,) repræsentat, non in stricta modo, sed etiam in soluta oratione. Sic illum Callimachi versum,

ὡς, ut, utinam vero, atque utinam, quod utinam.

Ω Ζεῦ, ὡς χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος, Catullus pene ad verbum reddit, *Juppiter, ut Chalybon omne genus pereat.* At in soluta, crebro adjunctum habet εἴθε γε, (tuncque ὡς abundat, cum εἴθε, per se, sit *utinam*,) vel γε solum, ac fere post aliam vocem interjectam. Lucian. ὡς εἴθε γε δι' ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν, *atque utinam evomere liceret.* Synesius, epistola quadam, ὡς εἴη γε τοῦτον ἡμῖν εἶναι σφῶν παρ' αὐτοῖς πώποτε φρατηγῶν εὐσεβέστατον, id est, *utinam vero contingat, hunc omnium, quos ab illo unquam accepimus, religiosissimum nobis esse ducem.* ubi εἴη, pro ἂν ἐνδέχοιτο, vel ἐγχωροίη. Ita Gallice, particula *que*, usurpari solet, cum dicitur, *que pleust a Dieu! que fusses tu bien loing d'icy.*

abundat.

V.

Quinto, ὡς & ὥσπερ vel solæ, vel cum particula εἰ, sola, vel etiam præcedente ἄν, ita ut unicam aliquando tres illæ vocem ὀξύτονον efficiant: sumuntur pro *quasi*, vel *tanquam*: tuncque adverbia potius esse, quam conjunctiones videntur. Dicunt igitur ὡσεὶ, ὥσπερεὶ, ὡσανεὶ, ὥσπερανεί: sæpius tamen ὡς ἂν εἰ, & ὥσπερ ἂν εἰ, tribus distinctis vocibus: quod etiam οἱονεὶ dici posset. Male autem

quasi.

tem diceretur, ἴναεἰ, vel ὥστε εἰ. Dicunt etiam, ὡς ἄν, & ὥσπερ ἄν, sine εἰ, non autem ὥστε ἄν. Exemplis nihil frequentius.

VI.

Hic tamen obſervanda duo. Alterum eſt, quod abſolute ſimul, & ironice Latini dicunt, *quaſi vero*: his particulis exprimi vulgo non poſſe, ſed aliis quibuſdam, ut ἀμέλει γάρ. πῶς γὰρ ἔ; μένεγε· & ſimilibus.

Alterum eſt, idem, *quaſi vero*, in membrorum aut periodorum initiis, reddi poſſe, ὡς, ὥσπερ, ὡς ἄν, ὥσπερ ἄν, ὡς ἄρα, ὥσπερ ἄρα· ὡς ἀμέλει, ὥσπερ ἀμέλει, ὡς ἂν δηλαδή· ὡς ἂν δήπου, vel δήπουθεν. ὡς γε, ὡς δή, ὡς ἔνι· ὥσπερ ἔνι· ὡς ἔν δή: & ὥσπερ ἔν δή: tuncque particula εἰ, vix unquam adhibetur. e. g. *quaſi vero partium mearum eſſet genus omne calamitatis impedire*, ὡς ἄρα ᾠὸς ἐμὲ παντὸς τοῦ δεινοῦ κωλυτὴν φαίνεσθαι.

VII.

Sexto, ὡς, (non ὥστε, vel ὥσπερ,) idem eſt, quod ὅτι: qua in acceptione triplicem fere habet uſum. Primus eſt, Gallico idiomati propior quam Latino, ut cum dicimus, *je ſçay fort bien que vous* ὡς pro ὅτι.

estes invincible; Græce, μάλ' ἀκριβῶς οἶδ' ὡς, vel ὅτι σύ γ' ἀήττητος εἶ, Latine, *te invictum esse*. Ubi observandum, ὡς & ὅτι eleganter præmitti posse, ut *quod*, & *quam*, apud Latinos; *que* apud Gallos. Xenoph. Memorabil. 1. πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οὐκ ἐνόμιζεν, οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; *ac primum quidem, quod non, (vel quam non) eosdem ille, quos Respublica Deos habeat, qua tandem conjectura probarunt?* Quanquam adjuncta negatione, sæpius verti debet, *quin*. ut ὡς vel ὅτι οὐκ ἂν σὺ ποιήσειας, μηδαμῶς ἀμφισβητῶ, id est, *non dubito, quin feceris*, vel *quin non feceris*.

VIII.

cum adverb. superlat.

Secundus est, cum adverbiis superlativi gradus, aut nominibus quibusdam eorum loco positis. Dicunt enim ὡς τάχιστα, vel ὅτι τάχιστα, vel ὡς, vel ὅσον τάχος, id est, *quam celerrime*: licet ὡς τάχιστα, sit etiam, *ut primum*, nam ὡς τάχιστα ἤκουσεν, id est, *ut primum audiit*. Polybius lib. 2. sub initium, ὡς θᾶσσον (qui comparativus est, verbatim, *ut celerius*,) eodem significatu posuit: Καρχηδόνιοι γὰρ, inquit, ὡς θᾶττον κατεστήσαντο τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, εὐθέως Ἀμίλκαν ἐξαπέστειλαν, *Carthaginienses enim, ut primum*

mum res in Africa composuissent, Amilcarem misere continuo.

Tertius est, ut ὡς & ὅτι, simul conjungantur, tuncque alterutrum παρέλκει· ut cum dicunt, ὡς ὅτι βέλτιστα, *quam optime*: ὡς ὅτι δριμύτατα, *quam acerrime.* Imo, sine adverbio nonnunquam, ambæ illæ voces conjunguntur. Dionysius Halicarnass. lib. 9. pag. 571. ἐπιγνοὺς ὡς ὅτι ἐν ἐσχάτοις εἰσὶν οἱ κατακλεισθέντες ἐν τῷ λόφῳ, *ubi cognovisset, in extremo versari periculo, qui eo in tumulo conclusi tenebantur.*

IX.

Septimo, præmittitur etiam quibusdam adverbiis positivi gradus, quorum tamen ad significationem nihil addit. Adverbia illa usitatiora sunt: ἀληθῶς, *vere*; ἀτεχνῶς, *plane*; ἑτέρως, *aliter.* Demosthen. pro Corona, ἧς (παιδείας) τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων, οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδέν, *quam* (supp. *eruditionem*) *qui vere consequuti essent, horum nemo unquam de se ipso quicquam ejusmodi prædicaret.* Idem ibid. ὧν κατορθουμένων, μεγίστοις ἀναμφισβητήτως ὑπῆρχεν εἶναι, ὡς ἑτέρως ἢ συμβάντων, τὸ γοῦν εὐδοκιμεῖν περίεστιν, id est, *quæ si prospere cessissent, absque ulla dubitatione, ma-*

cum adverb. positiv.

maximis esse licuisset: nunc autem, cum ea secus evenerint, saltem præclaram existimationem tueri supereſt. Reperitur etiam ὡς ἀληθεστέρως, pro ἀληθεστέρως, vel ἀληθέστερον, *verius.* Aristid. in Panath. ὡς κυρίως ita conjungit: δι' ἃ δὴ κὴ μόνη τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβαίνοι, &c. *propter quæ, soli etiam huic urbi proprie,* vel, *præ cæteris contigisse dixeris.* Dionys. Halicarn. lib. II. pag. 723. ὡς καλῶς, id est, *præclare vero.* ubi Centuriones quidam adversus Imperatores suos, ita orationem ironice ordiuntur: ὡς καλῶς ἡμῶν ἐστρατηγήκατε κὴ πρώτερον, ἵνα κὴ νῦν λαβόντες ἐλπίδας ἀκολουθῶμεν ὑμῖν, id est, *præclaros vero Duces vos adhuc habuimus, ut nunc aliquam in spem erecti, vos sequamur.* Itaque non dubito, quin ὡς cum aliis adverbiis eodem modo, conjungi possit.

X.

Octavo, adverbiis itidem positivi gradus, sed ὑπερβολὴν τινα, *excellentiam*, aut *excessum* aliquem significantibus, eleganter & ornate postponitur: cujusmodi præcipue sunt, θαυμαστῶς, θαυμασίως, *mirum*: ἀμηχάνως, *supra modum*: ὑπερφυῶς, *excellenter*, quasi *supra naturam.* quorum etiam loco, neutra, θαυ-

θαυμαστὸν, θαυμάσιον, ἀμήχανον, usurpari possunt; (vix tamen ὑπερφυές.) Tunc autem particula ὡς, vel Latine non vertitur, præsertim post ὑπερφυῶς, vel redditur, *ut*, *quam*, *quantum*. Plato in Phædro, ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη, ὡς βούλομαι, id est, *ego vero*, inquit, *supra modum cupio*. Idem in Gorgia. θαυμασίως, ὡς ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκησε, *mirum quam miser evaserit, postquam gravissima perpetravit*. Sic ἀμηχάνως ὡς σφόδρα ἐπιθυμῶ, *dici non potest quam supra modum expetam*. Recte etiam diceretur θαυμάσιον, θαυμαστὸν, ἀμήχανον ὡς, vel ὅσον.

XI.

Nono, quemadmodum ὅτι, sic etiam ὡς, frequenter usurpatur, cum alterius orationem referimus, totidemque verbis utimur, quibus usus erat. Demosthen. pro Coron. insigne hoc exemplum suppeditat. Cum enim ista de Æschine præmisisset, τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες; id est, *quænam igitur hominis tum erat oratio?* subdit, ὡς ὁ δεῖ θορυβεῖσθαι τῷ παρελθόντι φίλιππον εἶσω Πυλῶν· ἔστι γὰρ ἅπαντ' ὄσου βούλεσθ' ὑμεῖς, &c. quæ, si particulam ὡς excipias, verba sunt Æschinis, prout illo tem- *pro ὅτι.*

tempore loquebatur, quæque Latini per infinitivum melius redderent; v. g. *nihil esse, quamobrem turbaremini, quod Pylas ingressus Philippus esset: futura quippe omnia, quæ velletis.*

XII.

Jam exemplum illud Demosthenis admonet, ὡς, significans ὅτι, sæpius cum indicativo conjungi. *Ait enim* ὡς ὃ δεῖ, pro ὡς ἂν δέοι. Quodque mirabilius etiam est, non tantum res præsens, sed etiam præterita, & futura, hoc præsentis indicat. modo exprimitur: Æschines enim quid deinceps agendum esset, indicabat. Dicere tamen potuit, ὡς, vel ὅτι ἂν ἔδει διορυξεῖσθαι, per imperfectum. Imo sæpe, nisi alterius verba referantur, imperfecto potius quam præsenti locus esse solet, v. g. *equidem statueram, nihil ultra differendum esse*; Græce, ἐγὼ μὲν ἓν ἐγίνωσκον, ὡς οὐκ ἔδει μηδεμίαν ἔτι ποιεῖσθαι πρὸ ἀναβολὴν, ubi οὐκ ἔδει, melius quam οὐ δεῖ.

XIII.

Eadem significatione, ὡς apud Atticos, trajectionem aliquando patitur, & proprio movetur loco. Demosthen. Olynth. 3. οὐκ ἔστιν ὅπως τοῖς μηδὲν ἐγὼ ποιῶσι, τῷ

τὰ μὴ ποιοῦντων εἶπον, ὡς δεῖ νέμειν. Quæ verba sic ordina, ἐκ ἔστιν ὅπως ἐγὼ εἶπον, ὡς δεῖ νέμειν τοῖς μηδὲν ποιοῦσι, τὰ μὴ ποιούντων, id est, *fieri non potest ut dixerim, iis qui nihil agant, res eorum qui agere aliquid statuerint, esse tribuendas.*

XIV.

Similiter, cum aliquid confirmandum est, præmissa voce argumentum significante, ut τεκμήριον, σημεῖον, ἀπόδειξις, quæ proprie demonstratio est, ὡς cum indicativo adhibetur; ut ἀπόδειξιν ἣ παρέσχημαι, ὡς ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα εὐθὺς ἐκ παίδων ὥρμησάμην, τὸ λοιπὸν ἀνάγωγος, καὶ παντάπασιν ἀκόλαστος ὧν διετέλει, id est, *cujus rei certum inde proferebam argumentum, quod hic, & ille, cum statim a pueritia orsus esset, contumax deinceps, omninoque refractarius perstiterit.*

XV.

Decimo. Contra vero, cum sumitur pro, *ut*, id est, *quemadmodum* vel *quantum*, sæpius cum infinitivo conjungitur, licet per indicativum explicari sententia debeat. Ita dicunt, ὡς vel ὅσα, vel ὅσον εἰκάσαι, τεκμαίρεσθαι, ὑπολαβεῖν, id est, *quantum conjicere, vel suspicari possum*: ὡς ἔμοιγε δοκεῖν, vel ὡς subintellecto, ἔμοιγε *quemadmodum.*

μοιγε δοκεῖν, non minus recte, quam ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, *ut mihi quidem videtur.*

XVI.

pro, εἰς. Undecimo, tritum est, ὡς sumi sæpissime, pro εἰς, vel πρὸς, cum accusandi casu, sed personæ; raro enim cum accusativo rei cohæret. Dixi raro, ne penitus eum excluderem. Sic enim Clemens Alexandr. in Protrept. ὡς δὲ τὸν πρᾷον, inquit, καὶ φιλάνθρωπον τῆς θεοσεβείας μετάγων ἡμᾶς ζυγὸν, *sed nos ad mite ac suave pietatis jugum transferens.*

pro, ἐπεί. Duodecimo, notum etiam est, significare aliquando, ἐπεὶ, *quoniam*, καὶ γὰρ, *etenim*; ac fere periodorum, aut membrorum initio. S. Chrysost. in cap. 6. epist. ad Roman. ὡς νῦν γε οὐδέν σου γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον, ἐρήμην ἔχοντος τὴν ψυχὴν, *nam, te quidem hoc tempore, dum nudam ac desertam habes animam, vilius nihil esse possit.*

XVII.

ante ἕκαστος. Decimo tertio, ὡς præmittitur aliquando nomini ἕκαστος, solius, ut videtur, ornatus causa. Thucyd. libr. 1. p. 3. οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες, κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες, *Itaque Græci, cum seorsim singu-*

singuli, tum qui oppidatim alii alios intelligebant, tum etiam universi, hoc deinceps nomine comprehensi.

XVIII.

Decimo quarto, ὡς μὲν, & ὡς δὲ, in membris distinctis, ita nonnunquam opponuntur, ut τὰ μὲν, & τὰ δέ. S. Greg. Nazianz. orat. de S. Basilio, pag. 321. ἔλαφοι τῶν λόφων ποθὲν ὑπερφανέντες ἀθρόοι, ὡς μὲν εὐμεγέθεις, ὡς δὲ πίονες, ὡς δὲ πρόθυμοι πρὸς σφαγὴν, *Cervi turmatim summis e collibus, apparentes, cum proceri, tum pingues, tum etiam ultro sese propriam ad cædem offerentes.*

ὡς μὲν, ὡς δέ.

XIX.

Decimo quinto, ὡς πρὸς, sequente accusativo, vel personæ, vel rei, significant, ὅσον, vel ὅσα πρὸς, *quantum attinet*, vel *causa*: ut ὡς ἄρα πρὸς ἐμὲ, ἀδιάφορον τοῦτό γε, *nam mea quidem causa, perinde mihi est.* Clemens Alexandr. Strom. 4. Christianorum nomine iis respondens, quibus mirum videbatur, Christianos suis cruciatibus minime liberari, τί γὰρ καὶ ἀδικούμεθα, inquit, ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, θανάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸν Κύριον; *quid enim detrimenti capimus, qui, quantum ad nos attinet, ad Dominum morte ipsa transmittamur?*

ὡς πρὸς, *quantum attinet.*

XX.

abundat. Decimo sexto, ὡς sequente ἐκ τῆς δυνατῶν, vel ἐκ τῆς ἐνδεχομένων, vel ἐκ τῆς ἐγχωρέντων, vel ἐκ τῆς ἀφορμῶν, *pro viribus, facultatibus, opibus*, omnino περίεστι. Exemplum ex Thucydide unum hoc sat erit. Sic enim ille lib. 2. pag. 100. ἐπεὶ ἢ ὡς ἐκ τῆς δυνατῶν ἕτοιμα ἦν, *rebus autem, prout tum licebat, comparatis.*

XXI.

ὡς, sic. Decimo septimo, ὡς cum accentu, apud Poëtas passim pro ὅπως, *sic*: & quidem etiam ἑλλειπτικῶς, ut apud Homer. Iliad. α, vers. 116.

Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον: *sed etiam sic*, i. e. *etiamsi res ita se habeat, volo eam reddere, si quidem id præstat.*

Sic Il. π, vers. 363. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνέμιμνε, id est, *sed etiam sic*, id est, *eo statu rerum, sustinuit*, vel, *perstitit.* Ita Thucydides non semel usurpavit, ut lib. 1. ἐδόκει γὰρ καὶ ὁ πρὸς Πελοποννησίους πόλεμος, καὶ ὡς ἔσεσθαι αὐτοῖς, *Iis enim videbatur bellum sibi cum Peloponnensibus futurum, etiam sic*, id est, *etiamsi eo modo sese gererent.* At ἀλλ' ὡς, id est, *ne sic quidem.*

Alias

Alias tamen, ὧς idem valet, ac πῶς, ὥς, *certe* cum accentu, id est, *certo quodam modo*. Aristot. Politic. 1. ἔστι μὲν ὡς τῆ οἰκονόμε καὶ τῆ ἄρχοντι, καὶ ὡς περὶ ὑγιείας ἰδεῖν· ἔστι δ' ὡς οὔ, ἀλλὰ τῆ ἰατρῆ, *Ad Oeconomum & Principem certo quodam modo pertinet, valetudini prospicere; certo etiam modo non pertinet, sed potius ad Medicum.* *certo quodam modo.*

XXII.

Decimo octavo, ὡς etiam absque accentu, interdum sumitur pro *sic*: ut apud Clem. Alexandr. in Protrept. ὡς δ' οὐκ ἔστιν Θεὸς ἡ ἄλως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι Θεὸς ἡ Ἶρις, *ut autem Dea non est Area*, (meteorum intelligit,) *sic neque Dea Iris est*: nisi secundum ὡς, accentu notari debeat. Et Stromat. 6. ὡς ὃ καὶ Ἰουδαίοις διοιχθείσης τῆς παλαιᾶς γραφῆς, τὸ νέον καὶ εὐγλυὲς ἐγκεντρίζεται τῆς ἐλαίας φυτὸν, id est, *sic etiam Judais, patefacta vetere scriptura, novus & generosus, olivae surculus inseritur*: ubi etiam alii legunt, ὧς cum accentu. ὡς *pro sic.*

XXIII.

Dubium etiam est, utrum ὡς an ὧς scripserit Lucianus in Charonte, ubi Charon de Homero loquens, ἐπεὶ δὲ,

inquit, ἤρξατο ᾄδειν, ὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, id est, *cum enim cœpisset non valde lætum carmen navigantibus occinere, continuo Neptunus coegit nubes, pontumque turbavit*: ubi ὡς vel ὣς, idem est, atque ὕστω δὴ, vel potius, ἅμα δὴ, *continuo tum vero.*

CAPUT IX. & ult.

DE PRÆPOSITIONE.

SECTIO I.

De Præpositionibus ἀμφὶ, ἀνὰ, ἄνευ ἀντὶ, ἀπό.

REGULA I.

UT præcipuos tantum in quaque libemus idiotismos, (nam cætera Grammatici & Lexicographi dabunt.) Præpositio ἀμφὶ, & Poëtice ἀμφὶς, apud Poëtas quidem, & Jonicos Scriptores, cum genitivo casu, significat *de, per,* & *propter*: cum dativo autem, *de, propter*, & *circum*: sæpius tamen ἀμφὶς cum genitivo, est, *sine, seorsum, extra.*

Apud

Apud alios solutæ orationis auctores, fere cum accusativo jungitur, idemque valet quod *circa*. Ac primo quidem eleganter dicitur, ἔχειν ἀμφί τι, *in re aliqua versari*: ἔχειν ἀμφί τινα, *operam alicui navare*, aut, *cum eo versari*: ἀμφὶ δεῖπνον ἔχειν, *estre au souper*. Idem est, εἶναι ἀμφί τι. Dionysius Halicarnass. lib. 10. ἐκείνῳ μὲν ἓν τῷ ἡμέρᾳ, καὶ τῇ ὑπεσῶν νύκτα ὅλῃ, ἀμφὶ ταῦτα ἦσαν, i. e. *& quidem toto illo die, ac sequenti nocte integra, iis in rebus versati sunt.* ἀμφὶ, *circa.*

Hoc sensu dicebantur etiam νόμοι ἀμφί τι κατιστῶτες, id est, *leges aliqua de re constitutæ*. Idem Dionysius lib. 7. ἕκαστον δ' ὅτι κατὰ νόμους ἐγίνετο, τὰς ἀμφὶ θυσίαν ὑφ' Ἑλλήνων καταστάντας, ἐκ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως γνῶναι ῥᾴδιον, id est, *singula vero ex legibus fieri solita esse, quas de sacrificio Græci statuerant, ex Homerica Poësi facile quivis intelligat.*

II.

Secundo, ἀμφὶ, cum eodem casu, est, *fere, circiter, admodum*. Dionys. Halicarnass. lib. 1. ἀπέχων τῆς Ῥώμης ἀμφὶ τὰς τριάκοντα σταδίους, id est, *Roma distans, triginta circiter stadiis*. Et lib. 5. τῆς συμμάχων ἀπέθανον ἀμφὶ τὰς μυρίους καὶ τετρακοσίους, id est, *ex sociis periere circiter tre-* ἀμφὶ, *circiter.*

decim millia. Idem lib. 10. μάλιστα cum ἀμφὶ conjungens, τῆς δὲ πολιτῶν, inquit, ἀμφὶ τὰς ἥμισεις μάλιστα διεφθάρησαν, id est, *civium media fere pars eo morbo extincta est.* Sic dicebant, εἶναι ἀμφὶ δέκα ἔτη, id est, *annum circiter decimum agere.*

III.

ἀνὰ, per.

Ἀνὰ, (Poëtice, ἂν sine accentu, ante consonantes:) cum dandi casu, est, *cum*, vel, *super.* At longe sæpius apud Oratores simul & Poëtas, cum accusativo conjungitur. Ac primo significat *per*, ut, ἀνὰ πᾶν ἔτος, *per singulos annos*: ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, *per Græciam*: ἀνὰ κράτος, *per vim*, id est, *totis viribus.* Dionysius Halicarnass. passim. ἐλάσας τὸν ἵππον ἀνὰ κράτος, παρὼν ὅπι τὸν χάρακα, id est, *equo summa vi admisso, in castra se recepit.* ubi nota, παρεῖναι ὅπι τὸν τόπον, id est, *ad locum aliquem pervenire*; Gallice diceretur, *il fut en son camp.* Sic ἀνὰ κράτος πολεμεῖν, & ἀνὰ κράτος πολιορκεῖν, *totis opibus bellum gerere, obsidere*: ἀνὰ κράτος τὴν πόλιν ἑλεῖν, *prendre une ville par force.*

IV.

ἀνὰ, ἐν.

Secundo, ἀνὰ, cum eodem casu, aliquando sumitur pro ἐν, ususque præcipuos habet duos. Alter est, ut dicatur,

αὖ-

ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere*, & ἀνὰ στόμα εἶναί τινι, *alicujus in ore versari*. Clemens Alexandr. Strom. 7. οἱ τὰ μὲν λόγια τῦ Θεῦ ἀνὰ στόμα ἔχοσι, *qui Dei quidem oracula in ore habent*. Alter est, ἀνὰ μέρ⊙, pro ἐν μέρει, (de quo dictum est, in nomine μέρ⊙ Cap. 3. Sect. 7. Reg. 2.) id est, *per partes, sigillatim, vicissim*: ut ἀνὰ μέρ⊙ τοῖς μὲν ἀμφὶ πόλιν, τοῖς δ' καθ' ἑαυτὸν ἐναχολεῖσθαι, id est, *vicissim reipublicæ ac sibi vacare*.

V.

Tertio, ἀνὰ, cum eodem casu, idem valet, quod *inter*. Xiphilin. in Domitiano, συωμόσας ἀνὰ φρώτυς, μετά τινων, qui *primos*, vel *primarios inter, cum aliis quibusdam conjuraverat*. *inter.*

Quarto, ἀνὰ τὸν ποταμὸν, videtur potius esse, *contremont la riviere*, quam, *per fluvium*. Dionysius Halicarnass. lib. 5. ἀπὸ θαλάττης ἀνὰ τὸν ποταμὸν διεκόμισαν, id est, *a mari per adversum flumen advexerunt*. *adversum.*

Quinto, ἀνὰ χρόνον, est, *progressu temporis, à traict de temps*. Idem lib. 1. ἃς (πόλεις) ἀνὰ χρόνον ὑπὸ Τυρρήνων ἁφηρέθησαν, id est, *quas illis urbes, Tyrrheni temporis progressu eripuerunt*. Idem lib. 2. κατέσκηψεν ἀνὰ χρόνον εἰς πολέμους, τὰς ἀνὰ χρόνον, *progressu temporis.*

μὲν ἄλλως, ἐυπετεῖς, ἕνα ὃ τὸν πρὸς Σαβίνους, μέγαν καὶ χαλεπὸν, id est, *progressu temporis*, vel, *postea*, *in bella delatus est*, *partem quidem maximam*, *levia*, [male enim vertunt πολέμους ἐυπετεῖς, *bellum multiplex*,] *ex quibus tamen unum cum Sabinis gestum*, *& magnum fuit*, *& grave*.

VI.

ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον.

Sexto, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, id est, κατ', *eodem plane modo*, ubi comparationem aliquam, aut analogiam instituimus. Clemens Alexandr. Strom. 1. cum dixisset, unicam κατ' δύναμιν, (id est, *vi & potestate*,) virtutem esse, quæ diversis nominibus vocaretur, subdit, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ μιᾶς οὔσης ἀληθείας, &c. *eodem plane modo*, *cum una tantum sit veritas*, &c. Sic apud eundem, ἀνὰ λόγον, id est, κατὰ λόγον, vel διὰ λόγου, *oratione*, vel *ratione*. In Protreptico, ἀπομυνώσω ὃ εὖ μάλα, ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, τοῦ γοητείαν, τοῦ ἐγκεκρυμμένου αὐτοῖς, id est, *ego vero præstigias illis* (mysteriis) *occultatas*, *ipsa veritatis oratione*, *egregie admodum illustrabo*.

VII.

Septimo, cum rerum diversarum æqualem velut distributionem significamus,

mus, eandem præpositionem adhibemus, idque triplici fere modo. Primus est, cum accusativo rei. Hinc a Medicis toties inculcatum, κιννα μώμε exempli causa, καὶ νάρδε ἀνὰ ὐγκίαν μίαν, verbat. *cinnamomi & nardi per unciam unam*: Hic ἀνὰ, pro ἑκατέρε, *utriusque seorsim unciam unam*, *une once de chacun*. Hinc & illud Xiphilini in Augusto, ὥστε καὶ δωρεὰν, τοῖς Ρωμαίοις ἀνὰ πέντε, καὶ εἴκοσι δραχμὰς τελευτῶν καταλιπεῖν, id est, *ut moriens, Romanis viginti quinque drachmas legati nomine viritim reliquerit*. Hic ἀνὰ, pro ἑκάστοις.

Secundus est, cum accusativo personæ; ut si dicamus, τὰς στρατιώτας ἐξιέναι κελεύει ἀνὰ πέντε, id est, *milites quinos & quinos proficisci jubet*: *cinq à cinq*.

Tertius est, cum ἀνὰ jungitur cum ἕκαστος, in alio etiam casu quam accusativo, tuncque uni tantum ornatui servit. Sic Apocal. xxi, 21. δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρίται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτε, *Duodecim margaritæ*: *singulæ portæ, singulis ex margaritis erant*.

VIII.

Ἄνὰ, cum solo gignendi casu non tan- ἄνὰ, *præter.*

tantum est, *sine*: sed etiam aliquando, *præterquam quod*, vel, *præter*; idque sæpe cum verbo nominis instar posito: quod etiam valet in præpositione χωρὶς, ut in ejus explicatione dicetur. v. g. ἄνευ τοῦ τῆς προϋπαρξάσης ἀποπεσεῖν εὐδοκιμήσεως, καὶ μυρίοις ἑαυτὸν ἐνέβαλε τοῖς κινδύνοις, id est, *præterquam quod prioris existimationis jacturam fecit, sexcentis quoque periculis seipsum implicuit.*

extra. Aliquando significat *extra*. Plutarchus in Pompejo, ἐψηφίσαντο μηδένα Ρωμαίων ἄνευ παρατάξεως ἀναιρεῖν, *Neminem Romanum extra aciem occidere statuerunt.*

IX.

ἀντὶ, pro. Ἀντὶ, cum solo item gignendi casu, sæpissime est, *pro*, (sed quatenus significat *loco*, vel *instar*.) ut βασιλεὺς ἀντὶ μυρίων ἐστὶ στρατιωτῶν, *Rex sexcentorum militum instar est*: ἀντ' ἀγάπης μῖσος εὕρασθαι, *pro amore odium invenire*, id est, *referre.*

Quo sensu crebro jungitur cum verbis ἀγαπᾶν, *amare*; αἱρεῖσθαι, *deligere*; δέχεσθαι, *accipere*; ἀλλάττειν, *permutare*; τίθεσθαι, *ponere*, vel potius, *ducere*, id est, *existimare*: tuncque, non raro verti potius debet, *præ*, quam *loco*, ut ἀντὶ κα-

πάντων ἀπάντων, κἂν ἀγαθὸν ἕνα πθείμην, id est, *præ omnibus improbis, vel probum unum optaverim.* Dionys. Halicarnass. lib. 10. φίλων τε καὶ συγγενῶν, ἀντὶ παντὸς ἀγαθοῦ πθεμένων, εἶναι τὸν ἄνδρα ἐυπορεῖν, *cum amici ac propinqui, omni bono potius ducerent, hominem illum opibus abundare.*

X.

Aliquando tamen ἀντὶ, commodius *propter* redditur, *propter*, vel *gratia.* Demosth. pro Coron. εἶτά μ' ἐρωτᾶς ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι, *Deinde*, vel, *& tamen quæris ex me, cujus tandem virtutis gratia, honoris aliquid obtinere velim.* Sic, ἀνθ' ὧν τὴν ἐπαρχίαν ἐκάκωσε, τιμωρίας ὑπομένειν τὰς ἐσχάτας δίκαιός ἐστι, *propter calamitates, quibus provinciam pessundedit, dignus est qui extremas pœnas sustineat.*

XI.

Ἀπὸ, cum solo etiam gignendi casu, præter vulgarem acceptionem, qua respondet Latinis Præpositionibus A, Ab, E, Ex, sequentes habet notatu digniores. Ac primo quidem cum suo casu, per adverbium Latinum, sæpius redditur. Nam ἀπὸ τοῦ φανεροῦς, & ἀπὸ τοῦ φανεροῦ

νερῶ, est φανερῶς, *palam*. Thucydid. lib. 1. μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους, βοηθεῖν, (supp. δίκαιον,) *maxime vero*, (supp. *æquum est*,) *vos defensione nostra palam suscepta, nobis opem ferre*. Sic ἀπὸ ταὐτομάτου, & ἀπὸ τύχης, *fortuito*: ἀπὸ στόματος, & ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, *memoriter exponere*, vel *recitare*: ἀπὸ σπουδῆς, id est, σπουδαίως *studiose*: ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore*: ἀπὸ τοῦ φρονίμου, *prudenter*, vel *consilio*.

XII.

Secundo, cum duobus genitivis, τοῦ βελτίστου, & τοῦ κρατίστου, *optimi*; aliquando significat *optima fide*, *optimoque consilio*. qui usus Dionysio Halicarnass. familiaris admodum est. Nam lib. 1. pag. 62. αἰσθόμενος οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου ταῦτα πράττοντα τὸν ἀδελφὸν, *ubi sensisset hæc a fratre animo non optimo fieri*. Idem lib. 7. pag. 470. ὁπότε μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ κρατίστου γένοιντο αἱ διαγνώσεις, id est, *Enimvero, cum bona fide ac sincere, disquisitiones illæ fierent*. Et paulo post, ὁ δὲ ἀγαθὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ κρατίστου, πρὸς τὰ κοινὰ προϊὼν, id est, *at vir bonus, bonoque animo ad rempubl. accedens*.

Aliquando, παντὸς, cum τοῦ βελτίστου jungitur. Idem libro 3. pag. 140. τοῖς δὲ ἀπὸ παν-

παντὸς τῦ βελτίσυ κρίνυσι τὸ συμβεβηκὸς, id est, *at iis, qui de illo casu, bono ac sincero animo judicabant.* Et lib. 4. pag. 221. ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, ἢ μὲν τ' ἀληθῆ, καὶ ἀπὸ παντὸς τῦ βελτίσυ, τετιμῆσθαι, *cum solenne jusjurandum edidissent, vere atque optima fide, censum illum factum esse.*

XIII.

Tertio præcedente articulo præpositivo, sæpe conjunctionem aliquam significat, cum eo quod per genitivum exprimitur. Nam οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, id est, οἱ Στωϊκοὶ, *Stoici*; verbatim, *qui sunt ex porticu.* οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας, *Philosophi.* οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *Platonici.* οἱ ἀπὸ τῆς Κελτικῆς, *Galli.* οἱ ἀφ' αἵματος, *sanguine conjuncti.* Philo. de Legat. ad Cajum, οἱ ἀφ' αἵματος πάντες, καθ' ἑκάτερον γένος, τό, τε πατρῶον, καὶ μητρῶον, *Propinqui omnes utriusque generis, paterni simul, ac materni.* Sic οἱ ἀπὸ τῆς βυλῆς, *Senatores*; οἱ ἀπὸ τῦ πλήθυς, *plebeji*: οἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων Ἴωνες, *Iones ab Athenienſibus oriundi.*

XIV.

Quarto, contraria pene ſignificatione, οἱ ἀπό τινος τραύματος, dicuntur aliquan-

quando *qui re aliqua, negotiove perfuncti sunt*: de quo jam aliquid attigimus in verbo γίνομαι. Nam v. g. οἱ ἀπὸ τῆς ὑπατείας, *qui a consulatu*, id est, *viri consulares, qui consulatu defuncti sunt*. Herod. lib. 7. cap. 1. ἀτυχόντες ἅμα ἀπὸ ὑπατείας, τῷ φίλων Ἀλεξάνδρῳ πρὶ, id est, *cum in aliquem ex Consularibus, & Alexandri amicis incidissent*. Sic ἀπὸ τῆς στρατηγίας, *imperio defuncti*, vel, *imperatorii*. ὁ ἀπὸ τῆς πρεσβείας, *qui legatione perfunctus est*: & simil.

XV.

ἀπὸ, *post*. Quinto, affinis usus ille est, quo significat *a*, vel *ab*, id est, *post*, aut *statim post*: ἀπὸ δείπνου, *statim a cœna*; ἀπὸ παίδων, *statim a pueritia*, vel *statim post pueritiam*: ἀπὸ παραγγέλματος, *statim a mandato*: ἀπὸ σάλπιγγος, *a tuba*, id est, *statim a tubæ signo*: ut ὁ δ' ἀπὸ σάλπιγγος ἐς μέσους ὥρμητο τοὺς πολεμίους, id est, *ille autem statim a tubæ signo, medios in hostes irruit*. ἀπὸ τοῦ πολέμου, *paulo post bellum*: ut ἀπὸ τοῦ πολέμου, τῆς ἅμα κοινῶν διοικήσεως ἑαυτὸν ὑπεξείλετο, *hoc bello simulatque perfunctus est, seipsum reip. administrationi subduxit*.

XVI.

Sexto, περὶ, cum genitivo, vix unquam

quam apud ſolutæ orationis Auctores, cum rebus inanimatis conjungitur, ſed tantum apud Poëtas, ut παρὰ νηῶν, *a navibus*, apud Homerum. Ἀπὸ, licet rarius, aliquando tamen etiam in proſa de rebus viventibus uſurpatur. Clemens Alexandr. Strom. 2. οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, id eſt, *Hic beati prædicantur, qui a Deo electi ſunt.*

Tuncque ἀπὸ, ſumitur pro ὑπὸ, quod infrequens non eſt, cum apud alios, tum maxime Pauſaniam. Unde in Corinthiacis, καὶ ταύτας (παρθένους) φασὶν ἀπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν καταλευθῆναι, id eſt, *illas etiam (virgines) ab adverſæ factionis hominibus lapidatas fuiſſe ajunt.* Idem in Meſſenic. ἢ καὶ ἀπὸ τῶν σκυλευομένων ἔτι ἐμπνεόντων διεφθείροντο, id eſt, *aut etiam ab iis, qui ſpoliati cum eſſent, adhuc tamen ſpirabant, occidebantur.* ἀπὸ, *pro* ὑπὸ.

XVII.

Septimo, accentu in penultimam retracto, eadem præpoſitio, *alienum aliquid, remotum*, aut etiam *inviſum* ſignificat. Hinc ἄπο τῆς γῆς, *procul a terra.* Xiphilinus in Pompejo, ὡς μέν τοι γε ἄπο τῆς γῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ, τε ἄνεμος ἰσχυρῶς κατέσπερχε, καὶ ὁ κλύδων δεινῶς σφᾶς ἐξε- ἄπο, *procul.*

ἐξετάραττεν, id est, *cum vero jam procul a terra navigarent, & ventus eos vehementer urgere, & tempestas graviter agitare cœpit.*

Sic ἄπο ἤθους, *a moribus*, id est, *alienum, & absurdum*, quasi, *honestis moribus minime conventens*: cujus contrarium, πρὸς ἦθος, id est, *consentaneum, & cohærens.* ἄπο σκοπῦ, *procul a scopo*; ἄπο τοῦ εἰκότος, *parum admodum verisimile*, ἄπο πράγματος, *abs re*, ἄπο καιροῦ, *intempestive.* Huc etiam pertinet, ἄπο θυμοῦ, quod de rebus injucundis, aut invisis dicitur, quæ uno verbo ἀποθύμια: ut *jucunda*, καταθύμια. Themistius orat. de Theodosii clementia, ἀπέδειξεν ἅπασι βασιλεὺς, ὅτι παντάπασιν ἀπὸ ἄπο θυμοῦ, καὶ ἀλλοπρία ἡ μέλαινα ψῆφος, id est, *omnibus ostendit Imperator, nigrum calculum sibi penitus invisum, ac suis moribus alienum esse*: ubi notandum, personam, cui res invisa est, in dandi casu exprimi. Eodem fere modo usurpatur, ἄπο γνώμης. Ita Julianus Augustus in Cæsarib. καὶ τῷ Διὶ τοῦτο οὐκ ἄπο γνώμης ἦν, *Neque id Jovi displicebat.*

SECT. II.

SECTIO II.

De Præpositionibus διὰ, *&* εἰς.

Regula I.

De præpositione διὰ, cum genitivo casu conjuncta, pluscula jam superius dicta sunt. Quibus pauca hæc adjungas licet. Διὰ, cum genitivo plurali, annum seu diem significante, & cum suo numerali conjuncto; vel cum singulari & nomine ordinem in numero designante, id exprimit, quod Latini dicunt, v. g. *tertio quoque die*, vel *anno*, & simil. Nam διὰ δέκα ἐτῶν, vel διὰ δεκάτου ἔτους, id est, *decimo quoque anno*: διὰ πέντε ἡμερῶν, vel, διὰ πέμπτης ἡμέρας, *quinto quoque die*. Xiphilin. in Julio, loquens de intercalatione unius diei anno bisextili, τὴν μέν τοι μίαν, τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην, διὰ πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν εἰσήγαγεν, *unum porro diem illum, qui ex quatuor diei quadrantibus*, (id est, *sex horis quater repetitis*) *confiebat, quinto quoque anno intercalavit ipse quoque*. Photius in Olympiodori excerptis, ἀρδεύουσι δὲ τὰ γήδια αὐτῶν, ἐν θέρει μὲν διὰ τρίτης ἡμέρας, ἐν χειμῶνι δὲ διὰ ἕκτης, *ruscula vero sua*

διὰ, cum genit.

irrigant, aestate quidem, tertio quoque die, at hieme, sexto.

II.

διὰ χειρὸς ἔχειν,

Διὰ χειρὸς, vel χειρῶν ἔχειν, non tantum est, *manu, vel manibus tenere*: aut etiam *manibus versare*, quod de libris, eorumque lectione Latini dicunt: Sed etiam, *studiose tractare, curare, administrare*, id est, δι' ἐπιμελείας ἔχειν. ut cum Aristotel. 5. Politic. ait, φοβέμενοι γὰ, διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν, *Metuentes enim, majori cautione rempublicam administrant.* Et Thucydid. lib. 2. τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς ἔχειν, id est, *resque sociorum omni provisione curare.* Gallice dicimus, *tenir la main aux affaires.*

III.

διὰ χαρίτων ὁμιλεῖν.

Διὰ χαρίτων ὁμιλεῖν, est, μετὰ πάσης ἀστειότητος, καὶ πασῶν τῶν φιλοφροσυνῶν, *ita versari cum hominibus, ut eorum gratiam ac benevolentiam tibi facile concilies.* Xiphilin. in Julio, de Cleopatra, καὶ συνομιλῆσαι παντὶ τῷ διὰ χαρίτων ἠπίστατο, *omnibus, mutuo in colloquio, placere noverat.* Δι' ἀπορρήτων εἰπεῖν, *secreto dicere*: διὰ κενῆς, *per inanem*, id est, *frustra.* Dionysius Halicarnass. lib. 6. καὶ μυ-

ἢ μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν αὐτοῖς φόβους, id est, *infinitosque alios metus nobis ipsi temere fingebamus*: ubi subaudiri videtur, ὑποψίας, vel ὑπολήψεως, vel aliud simile quod *suspicionem* significet.

IV.

Διὶ ἀθυμίας γίνεσθαι, id est, ἀθυμεῖν, ἀπορεῖν, ἐν ἀπορίᾳ καταστῆναι, *æstuare, ac sollicitum esse*. Dionysius Halicarnass. lib. 6. μέμνησθε, ὡς ἐν παντὶ δι' ἀθυμίας ἐγένεσθε, εἴτε μὴ συναιρόμεθα τῆς ἀγώνων ὑμῖν, εἴτε μὴ ὡς τοὺς πολεμίους τρεψόμεθα. id est, *meministis, quam omnino solliciti essetis, ne vel certaminum vestrorum socii esse nollemus, vel ad hostes ipsos transiremus*. Contra δι' ἀσφαλείας γίνεσθαι, *securum reddi*: γίνεσθαί τι διὰ μέσου, *medium aliquid esse*: μηδὲν γίνεσθαι τὸ διὰ μέσου, *nihil medium superesse*: quasi δοῖν θάτερον, *alterum e duobus necessarium sit*. δι' ἀθυμίας γίνεσθαι, æstuare. γίνεσθαι δι' ἀσφαλείας.

V.

Διὶ αἰσχύνης ἔχειν, *vereri*: λαμβάνειν τι, *sibi probro aliquid vertere*. Dionysius Halicarnass. lib. 6. μαθοῦσα ὃ ἡ βουλὴ τοῦτο, δι' αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα ἔλαβε, *Senatus ubi hoc cognovisset, rem probro sibi vertendam putavit*. δι' οἴκτου λαβεῖν, *misereri*, δι' αἰσχύνης ἔχειν.

fereri, διὰ χειρὸς ἔχειν τι, *aliquid manu tenere*. διὰ στόματος ἔχειν τινὰ, *in ore aliquem habere*. δι' αἰτίας ἔχειν τινὰ, *aliquem culpare, vel accusare*. δι' αἰτίας εἶναι, *culpari, accusari*. δι' ὠφελείας τίθεσθαι, *lucri facere, sibi vendicare, in proprios usus convertere*. Dionys. Halicarnass. lib. 7. τά τε χρήματα αὐτῶν, ὡς πολεμίων, δι' ὠφελείας ἔθεντο, καὶ τὰ σώματα κατακλείσαντες εἶχον ἐν φυλακῇ, id est, *eorum, tanquam hostium, pecunias suas fecerunt, corpora vero carcere incluserunt*.

VI.

Denique διὰ, cum genitivo *spatium*, aut *intervallum* significat. Nam διὰ βίου, id est, *tota vita*. διὰ τέλους, *per finem*, id est, *perpetuo*. δι' ἔτους, *toto anno*. διὰ δευτέρου ἔτους, *altero quoque anno*. διὰ τρίτου ἔτους, *tertio quoque anno*, & sic de cæteris. διὰ μακροῦ, *longo intervallo*. διὰ βραχέων εἰπεῖν, *paucis dicere*: διὰ πλειόνων εἰπεῖν, *pluribus dicere*: πύργοι ὄντες δι' ὀλίγου, *turres modico intervallo disjuncta*. Hinc illud Thucydidis lib. 7. pag. 515. τὴν γὰρ ἀναχώρησιν οὐκ ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις ἀπεξωσθεμένοις, ἄλλοσε ἢ ἐς τὴν γῆν, καὶ πρότερον δι' ὀλίγου, καὶ ἐς ὀλίγον, id est, *nec Athenienses jam repulsis, alio retrocedendi facultatem fore, quam in ter-*

terram, eamque ut modico intervallo dissitam, (supp. a mari.) sic exiguo valde spatio definitam.

Κῶμαι διὰ πολλῆ, *pagi longo intervallo dissiti.* Hinc θαυμάζειν τὰ διὰ πλείστε, *mirari res a nobis longissime dissitas.* Sic διὰ χρόνε, vel πολλῆ χρόνε ἑωρακέναι τινά, est *longo intervallo aliquem vidisse.* Alias tamen διὰ χρόνε, est tantum, *post aliquod tempus*: διὰ τοσέτε, supp. διαστήματος, *tanto*, vel *tantulo intervallo*: nam utroque modo sumi potest.

VII.

Διὰ cum accusandi casu, non tantum est, *propter*; sed etiam *per*, ita ut significetur, *rem alicujus vel beneficio, vel culpa fieri, aut non fieri.* Demosth. pro Coron. Φωκικῆ συστάντος τε πολέμε, ὃ δι' ἐμὲ, ὃ γὲ ἐπολιτεύομλω πω τότε, *Conflato Phocensi bello, non culpa ulla mea, qui nondum ad rempubl. accesseram.* Dionysius Halicarnass. lib. 8. ὅπ τῆς καθόδε δι' ἐκεῖνον τυχὼν, ὃ τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ διαπράττομαι, id est, *quod reditum ejus opera consecutus, ejus tamen cupiditatibus obsequi & obsecundare nolim.* διὰ *cum accus. per.*

Quod sæpe Latinum *per* significare solet; ut δι' αὐτόν γε μόνον ὅπως τῆς ἐνδείκε

τιμωρίας ἔτυχεν, *per eum quidem unum adhuc ſtetit, quo minus juſto ſupplicio afficeretur.* Imo etiam aliquando, cum accuſativo rei, non perſonæ conjungitur: tuncque neceſſario reddi debet, *per*, ut θεωροῦντί μοι τόν ἔπον, δι' ὃν μέγας οὕτως ἠυξήθη ὁ πολέμιος, id eſt, *cogitanti mihi modum illum, quo tantus hoſtis evaſit.*

VIII.

De præpoſitione εἰς, vel ἐς, (quæ cum ſolo accuſativo conjungitur, vel expreſſo, vel in genitivo ſatis intellecto, ut εἰς ᾅδου, ſupp. δόμον, *ad inferos*:) obſervare juverit, quæ ſequuntur.

εἰς, ſubauditur. Primo, interdum ſubauditur, maximeque apud Thucydidem; ut lib. 2. pag. 111. ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ, τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, ubi τὰ, pro εἰς τά· id eſt, *Illo*, (fonte) *quod propinquus eſſet, ad res maximi momenti utebantur.* At ſequente membro illam expreſſit. καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, πρό τε γαμικῶν, καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι, id eſt, *hodieque, jam uſque ab antiquiſſimis temporibus mos obtinet, ut aqua illa, & ante nuptias, & in aliis rebus ſacris utantur.* Hic νομίζεται, eſt, *mos receptus eſt, invaluit*, ut in hoc verbo ſupra

supra Cap. 5. Sect. 8. Reg. 15. observatum est.

IX.

Secundo, sumitur interdum pro διὰ, εἰς, *propter*. *propter*: maximeque cum de laude, vel reprehensione, aut contumelia sermo est: ut ἐς τὰ πρότερον κατορθωμένα ἐπαινεῖσθαι, *ob res antea præclare gestas laudari*: ψέγεσθαι εἰς τὴν τρός τινα ὁμιλίαν, *ob initam cum aliquo consuetudinem vituperari*. Thucyd. lib. 8. pag. 614. βουλόμενος αὐτὸν τοῖς Πελοποννησίοις, ἐς τὴν αὑτῷ καὶ Ἀθηναίων φιλίαν, ὡς μάλιστα διαβάλλειν, id est, *cum maximam ei vellet apud Peloponnenses invidiam conflare, ob illius tam cum ipso*, (Alcibiade,) *quam cum Athenienses amicitiam*.

X.

Tertio, sumitur etiam pro κατὰ, seu κατὰ genitivum exigat, seu accusativum. Priore modo Thucydid. usurpavit, lib. 1. ἐπειδὴ τῶν ξυμμάχων ἦκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐγκλήματα, τὰ ἐς τοὺς Ἀθηναίους, *cum Lacedæmonii sociorum adversus Athenienses crimina audiissent*; pro κατὰ τῶν Ἀθηναίων. εἰς pro κατὰ.

Hoc modo eleganter dicunt, αἰνίττεσθαί τινα εἴς τινα pro κατά τινος, *in malam*

partem, vel περί τινος, vel πρός τινα, *in bonam & malam*, id est, *tacite aliquem indicare.* Id enim frequentius est, quam αἰνίττεσθαί τινα, sine præposit. Gallic. in malam partem, *taxer quelqu'un.*

Eodem modo Plutarchus in Pericle, dixit, ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα, διὰ Ἀναξαγόρου, τὴν ὑπόνοιαν, pro κατὰ Περικλέους, verbatim, *firmans in Periclem, per Anaxagoram, suspicionem*, id est, *Periclem, per Anaxagoram* (cui operam ille dederat) *hac suspicione perstringens.*

Posteriore modo, Thucydid. lib. 8. pag. 564. τὸ πιστὸν, (id est, τεκμήριον, σημεῖον τῆς πίστεως) ναῦς σφίσι ξυμπέμπειν ἐκέλευον εἰς τὸ ξυμμαχικὸν, id est, *fidei faciundæ causa, naves secum mittere jubebant, pro initæ societatis jure.* ubi εἰς τὸ ξυμμαχικὸν, pro κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν, id est, κατὰ τὸ τῆς ξυμμαχίας δίκαιον.

XI.

εἰς *pro* ἐν. Quarto, sumitur quoque pro ἐν: ut εἰς τὸ φανερὸν, pro ἐν τῷ φανερῷ, id est, φανερῶς & ἀνυπόκρυς, *palam.* Dionys. Halicarnass. lib. 4. ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες, οἱ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ Τυράννου εἰς τὸ στρατόπεδον, *has literas cum accepissent, qui a Tyranno in castris relicti fuerant.*

Quin-

Quinto, pro *usque ad*; ut εἰς ἡμᾶς, *ad nos*, id est, *ad nostram usque ætatem*. Sic εἰς τοῦτο ἡμῖν πρόεισι τὰ πράγματα, *eo redacta*, vel *adducta sunt res nostræ*. Sic εἰς ὃ δὴ, *donec*. *Pro usque ad.*

Sexto, idem est, quod *quantum attinet*; ut εἰς τὰ πολεμικὰ καταφρονεῖσθαι, *contemni quantum ad rem militarem attinet*. *Pro quantum attinet.*

XII.

Septimo, παιέναι, & παρελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, εἰς τὴν βουλὴν, εἰς τὰς δικαστὰς, usurpat sæpe Demosthen. & alii pro *agere cum populo, cum senatu*: &, *in judicium venire*. *Pro cum.*

Octavo, idem valet quod ἀμφὶ, id est, *circiter*. Zosimus Histor. 2. τεσσαράκοντοι μὲν εἰς διακοσίας κατεσκευάσθησαν, *naves triginta remorum ad ducentas instructæ sunt*. *εἰς pro ἀμφί.*

Nono, pro πρός. Idem lib. 4. ὁ Βασιλεὺς ἅμα τοῖς εἰς τὸν Ἴστρον φυλάττουσι στρατιώταις περαιωθεὶς, *Imperator, postquam una cum iis qui circa, vel ad Istrum in præsidio erant, militibus trajecisset*. *Pro πρός.*

XIII.

Decimo, interdum cum suo casu, *εἰς postponitur*.

postponitur ei genitivo, cui præmitti debuisset. Id quod accidit maxime, cum accusativus locum minorem designat, quique majoris per Genitivum expressi partem constituat. Thucydid. sæpe, ut lib. 2. pag. 114. ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα, id est, ἐς Ἐλευσῖνα τῆς Ἀττικῆς, *cum in Eleusinem Atticæ irruptionem fecisset.* Et pag. 116. ἄραντες παρέπλεον, καὶ ὁρῶντες τῆς Ἠλείας ἐς Φειὰν, ἐδῄουν τὴν γῆν, id est, inde *solventes ulterius navigarunt, ad Pheam Eleæ,* (vel ut al. *Elidis*) *urbem appulsi, agrum illum populabantur.* ubi ὁρμεῖν, pro καταίρειν, aut καταίρειν dixit, id est, *appellere*; & Ἠλείας ἐς Φειὰν, pro ἐς Φειὰν Ἠλείας.

XIV.

tempus designat.

Undecimo, tempus aliquod designat; idque vel cum adverbiis, vel cum nominibus quibusdam tempus significantibus. Cum adverb. ut εἰς ἅπαξ, *semel, pour une fois.* Demosth. Olynth. 2. τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ, καὶ βραχὺ χρόνον ἀντέσχει, *genus hoc rerum semel, atque ad breve tempus consistit.* Sic εἰς ἔπειτα, vel εἰσέπειτα, vel ἐς τὰ ἔπειτα, *deinceps.* εἰς αὔριον *cras, pour demain, à demain.* Cum nominibus, εἰς τὸ

τὴν ὑστεραίαν, *postridie*: εἰς τρίτην ἡμέραν, *perendie*, vel *tertio abhinc die*: εἰς τριακοστὸν ἔτος, *tricesimo abhinc anno*, vel *intra annum tricesimum*. At εἰς δύο, εἰς τρεῖς, &c. id est, *deux à deux, trois à trois*. ut supra in ἀνὰ dicebamus, & in ἐπὶ dicemus.

XV.

Duodecimo, ἐς τὸ, vel τὰ μάλιστα, id est, *maxime*. Postremo, cum nominibus quibusdam, adverbialiter sumitur. Dicunt enim, εἰς & πρὸς ὑπερβολὴν, *excellenter*: εἰς καλὸν, εἰς καιρὸν, εἰς δέον, *opportune, commode*: εἰς μακρὰν, *longe, diu, in longum tempus*: εἰς τέλος, *omnino*: εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν, id est, ἀκριβέστατα, *accuratissime*: ἐς τὰ πολλὰ, id est, ὡς τὸ πολὺ, *ut plurimum*: εἰς ὅσον, *quantum*, vel *quamdiu*. Herodianus lib. 6. ἀντεχόντες εἰς ὅσον ἐνεδέχετο ἀνδρείως, τελευταῖον πάντες διεφθάρησαν, *cum fortiter, quantum*, vel *quamdiu licuit, restitissent, tandem cæsi sunt universi*.

εἰς *cum nomine adverbialiter sumitur.*

(o)

SECT. III.

SECTIO III.

De Præpositionibus, ἐκ, *vel* ἐξ, *&* ἐν.

REGULA I.

ἐκ, ἐξ.

E'κ ante consonantem, ἐξ ante vocalem, cum solo gignendi casu.

adverbialiter sumitur.

Primo adverbialiter sumitur. Nam ἐκ τοῦ φανερῶ, vel, προφανῶς, vel ἐμφανῶς, est, *palam & aperte*: ἐκ τοῦ ῥᾴδιου, *facillime*: ἐκ τοῦ δικαίου, *juste*: ἐκ τοῦ ἀδίκου *injuste*: ἐκ πολλῆς ἐπιμελείας, vel ἀκριβείας, est, μάλα ἐπιμελῶς ἢ ἀκριβῶς, *diligenter admodum & accurate*: ἐξ ἴσου, *aqualiter*: ἐκ τοῦ ὁμοίου, *similiter*: ἐκ προσαγωγῆς, *sensim, magis atque magis*, nova scilicet accessione facta. ἐξ ἑτοίμου, id est, *prompte, expedite*: ἐξ ἐφόδου, id est, *irruptione facta*: ἐκ παραλλήλου, id est, παραλλήλως, *quasi comparative*: ἐκ προαιρέσεως, id est, *ultro, consulto*: ἐκ λαθραίας ἐπιδρομῆς, *occulte irrumpendo*, vel *occulta impressione*: ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, *plerumque*: ἐξ ἐπιβουλῆς, vel ἐνέδρας, *insidiose*: ἐκ τοῦ εὐθέος, id est, εἰκῇ, & προπετῶς, *temere*: ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐξ ὑπογυίου, ἐκ τοῦ αὐτοσχεδίου,

δίᾳ, *subito, ex tempore*, & ἀσκέπτως, *inconsiderate*: quibus contrarium est, ἐκ τῆ ἀσφαλῶς, *tuto*: ἐκ παρασκευῆς, *composito*: ἐκ τῆ ἀνελπίστε, & ἀπροσδοκήτε, *insperato, inopinato*: ἐκ τῆ βιαίε, *violenter, per vim*: ἐκ τῆ ἀναγκαίε, *necessario*: ἐκ τυχοματε, *fortuito*: ἐκ προνοίας, *cogitato*: ἐκ τῆ παῤῥησιάστε, *fidenter*: ἐκ τῆ σπουδαίε, *serio*: ἐκ τῆ βραβύλε, id est, βραβύλως, *temerarie*: ἐκ πολλῆς ὑπεροψίας, *contemptim admodum & superbe*: ἐξ ὑποψίας, *suspiciose*, vel *ob suspicionem*. Et similia, quæ docebit usus.

II.

Secundo, significat *post*; ut ἐκ τῆς ὑπατείας, idem quod ἀπὸ, id est, *post consulatum*: ἐκ τότε, *deinceps*, supp. χρόνε, ut Virgil. ἐκ, *post.*

Ex illo, qui me casus, quæ bella sequantur:

Ἐκ βολίδε, vel ἐκ βολίδων, vel ἐκ βολίδῃς, *per vices*, id est, *alii post alios suo quisque ordine*: *chacun à son tour.*

Tertio, *cum*: ut ἐκ πολλῆ τῆ βελτίονος, id est, *cum ingenti excessu*, vel *longo intervallo*: Gallic. *avec beaucoup d'avantage*, aut brevius, *de beaucoup*: nam ἐκ πολλῆ τῆ βελτίονος τὲς πολεμίες νικῆσαι, *Cum.*

νικῆσαι, est, *hostes longo intervallo*, aut *insigni victoria superasse*. Ita Eutropii Metaphrast. lib. 2. καὶ κρατήσας αὐτῶν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος. Ibidem lib. 3. ἐκ τοῦ κρείττονος, *ex meliori*, id est, *superiorem esse*: Gallic. *avoir du meilleur*: καί ποτε, inquit, ἀπροσδόκητος εἰς χεῖρας ἐλθὼν (de Fabio Maximo, & Annibale loquitur,) ἐκ τοῦ κρείττονος ἀνεχώρησε, id est, *ac semel ex improviso cum hoste congressus, ex pugna superior rediit. Il retourna ayant eu de meilleur.*

Vix dubito, quin contra dici possit, ἐκ τοῦ χείρονος, *du pire*: cujus tamen exemplum mihi non suppetit. At Thucyd. lib. 2. eidem opponit. ἔλασσον ἔχειν, *avoir du pire*, verb. *minus habere*. ἐν ᾗ (μάχῃ) οὐκ ἔλασσον ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, *in qua inferiores Athenienses non fuerant*. Proprium tamen contrarium est, πλέον ἔχειν, *avoir l'advantage*. Ibidem lib. 7. τὰς ἐκστρατείας, ἐκ μεγίστων ἐποιήσατο συμφορῶν, pro μετὰ μεγίστων, *expeditiones, ex maximis fecit calamitatibus*, id est, *suis in expeditionibus infestissimam fortunam passus est*.

III.

ἐκ περιουσίας. Affine est, ἐκ περιουσίας. Nam quod idem Metaphrast. lib. 5. καὶ συμμίξας, μετὰ το-

τοσαύτης ἐκράτησε περιουσίας: id est, & *congressus, tanto superior fuit.* Dicere haud dubie potuisset, ἐκ τοσαύτης περιουσίας. Simile est illud Gregorii Nazianz. quod Budæus affert, ὁ δὲ, κατὰ μετάπου ἵστασθαι, καὶ διακινδυνεύειν οὐκ ᾤετο δεῖν, ἐνὸν ἐκ περιουσίας κρατεῖν, i. e. *ille autem a fronte petendum hostem, periculumque subeundum esse non putabat, cum facile admodum ac sine ullo periculo vincere liceret.*

Sæpe autem, ἐκ περιουσίας τι ποιεῖν, est *aliquid facere abundantia quadam otii*: vulgo, *de gayeté de cœur.* Demosthen. pro Coron. οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μὲν κατηγορεῖ, *Iste autem me accusat, abundantia quadam otii*, vel, *securitatis*: quippe qui videret, quod ipsemet Demosthenes insinuat, longe gravius fore Demostheni causa cadere, quam sibi non vincere.

Nec admodum secus reddi possit illud ejusdem a Budæo citatum, οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ, οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, id est, *at qui præ*, vel *in rerum omnium abundantia, nec ulla necessitate compulsi, improbe se gerunt, nulla se tueri excusatione possunt.*

IV.

Quarto, ἐκ, significat *propter*: qui ἐκ, *pro-*

usus *pter.*

usus frequens etiam admodum est. Nam ἐκ τούτων, non tantum est, *deinceps*; sed etiam, *propterea*, *ob eas causas*. Eutropii Metaphrast. lib. 7. Ἐκ τούτων ἐπάρατος μὲν ἦν ἐν πάσῃ τῇ βασιλευομένῃ γῇ, *Propterea toto passim imperio detestandus habebatur.*

ἐκ, *pro.* Quinto, redditur, *pro*. Nam ἐκ τῶν ἐνόντων, est, *pro facultatibus*, sive *opibus*: ἐκ τῆς δυνατῶν, ἐκ τῆς ἐνδεχομένων, *pro viribus.*

ἐκ, *pro* διά. Sexto, vel per solum ablativum explicatur, vel pro διὰ usurpatur: ut ἐκ τοσαύτης σπουδῆς, *tanta sollicitudine*: ἐκ τούτου τοῦ λόγου, *hac ratione*: ἐκ θαλάσσης, *per mare*: ἐκ παντὸς, vel παντὸς τρόπου, *omni modo*: ἐκ τούτου τοῦ τρόπου, *hoc modo*, & simil.

V.

ἐκποδὼν καὶ ἐκ ποδῶν. Ἐκποδὼν & ἐκ ποδῶν, non tantum est, *ab oculis*, *a conspectu*, ut exposuimus in v. γίνεσθαι, Cap. 5. Sect. 5. Reg. 8. sed etiam *de medio*, id est, *e vita*. Nam ἐκποδὼν εἶναι, vel γίνεσθαι, vel ἵστασθαι, vel ποιεῖσθαι, est, *de medio tolli*, & ἀναιρεῖσθαι. at ποιεῖν ἐκ ποδῶν, *de medio tollere*. Philo inter alios id amavit, ut lib. de Legat. ad Cajum aliquoties, εἰ βραχὺν ἐπιβίῳ χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνητο Γάϊος,

Γάϊος, *si vel exiguo tempore superstes fuisset Tiberius, Cajus de medio sublatus esset*: quod clarius postea, τεὶς, οὐχ' ἅπαξ, ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, *ter, non semel tantum de medio sublatus esset, Tiberio in ejus cædem propendente.* Ibidem de Macrone, οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις, ἐκποδὼν ὁ κακοδαίμων γίνεται, id est, *paucis post diebus infelix e medio tollitur*: sequitur enim, ἠναγκάσθη αὐτοχειρίᾳ κτεῖναι ἑαυτὸν, *seipsum interficere coactus est.* Ibidem, τὸ μειράκιον ἐκποδῶν γεγένηται, id est, *adolescens e medio sublatus est*, quem ante sua quoque manu periisse dixerat.

VI.

Præpositio ἐν, (quæ semper cum dativo jungitur, vel expresso, vel tacito: ut cum Demosthen. orat. de Pace ait, εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεάσασθε, *si enim festis Bacchi diebus*, (ἑορτασίμοις ἡμέραις,) *Tragœdos spectassetis.*) aliquot etiam usus habet, observatione dignos. Primo, sumitur pro ἐπὶ cum genit. *coram*, vel *apud*, ut ἐν τοσούτοις μάρτυσι, vel ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, *coram tot testibus*: ἐν τοῖς δικασταῖς, vel ἐπὶ τῶν δικαστῶν, *apud judices*: ἐν τοῖς διαιτηταῖς, *coram arbitris.* Plato Leg. II. διαδικάζεσθαι ἔν τισι τῶν

ἐν.

Pro ἐπί.

Ἰατρῶν, οὓς ἂν κοινῇ προσβαλλόμενοι ἕλωνται, *tractare coram aliquot Medicis, quos ipsimet eam in rem sponte delegerint.*

Secundo, cum nomine Magistratum, aut quasi Magistratum significante, sumitur etiam pro ὅτε, Magistratus ejusdem tempus indicante. Demosthen. Olynth. 3. ἐν ᾧ τούτοις τοῖς νομοθέταις, μὴ θέσθε νόμον μηδένα, *his porro Thesmothetis*, id est, *quamdiu magistratu fungentur*, vel *per eos Thesmothetas, legem nullam constituatis.* Sic ὅτε τούτων, vel ἐν τούτοις ὑπάτοις, *his consulibus.*

VII.

adverbialiter cum casu.

Tertio, sæpe cum suo casu, adverbialiter etiam sumitur. Nam ἐν τάχῳ, est, *interea*: ἐν τάχει, *celeriter*: ἐν σπουδῇ, *studiose* ac *serio*: ἐν δίκῃ, *juste*: ἐν δέοντι, ἐν καιρῷ, ἐν καλῷ, *opportune.* Demosthen. Phil. 1. τούτων μὲν ἑκάστῳ πώποτε, ἐν δέοντι κέχρησθε, ἑκάστοις δ' ἀπολείπεσθε, *Eorum (quæ ad bellum usui esse possint) nullo suo tempore vel utimini, vel abstinetis.* Male enim, ut videtur, interpres, postrema illa reddit, *& neminem non sequimini.* Xenoph. Ἑλλην. 2. ἐν καλῷ ὁρμεῖν, dixit; id est, *commodo portu & statione uti.* Sic ἐν ἴσῳ, id est, ἴσως, vel ὁμοίως: sequente καί. Thucydid.

did. lib. 2. pag. 137. ἐν ἴσῳ μὲν οἱ ἄνθρωποι, τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης, αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει, ἢ τῆς μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμενον. Quæ oratio admodum trajecta, sic ordinari debet, δικαίως αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ τῆς ὑπαρχούσης δόξης ἐλλείπει, ἢ μισεῖν τὸν τῆς μὴ προσηκούσης θρασ. ὀρεγ. id est, *perinde, vituperandum illum existimant, qui præ ignavia partæ gloriæ aliquid amittat, ut odio dignum alterum, qui non debitam temeritate quadam affectet.*

VIII.

Aliquando dativum illum genitivus sequitur, ejus rei, ad quam opportunum aliquid dicatur. Xenoph. Ἑλλην. 6. eleganter, Τὴν δὲ Κέρκυραν κεῖσθαι ἐν καλῷ μὲν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ, ἢ δὴ πόλεων αἱ ὅτι τοῦτον καθήκουσιν, ἐν καλῷ δὲ τῷ πρὸς Λακωνικὸν χώρᾳ βλάπτειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς ἀντιπέρας ἠπείρου, *Corcyræ porro situm eum esse, qui ad Corinthiacum sinum, & urbes ipsi contributas, (vel, ad ipsum pertinentes) adeundas opportunus sit, & ad Laconicam vexandam commodus, & ad trajectum in continentem longe commodissimus.* Additur & post ἐν τούτῳ, ut, ἐν τούτῳ τῆς θαλάσσης ἔσω.

Thucyd. lib. 2. *in eo tum apparatus sui versabantur.*

IX.

ἐν *pro* περί. Quarto, sumitur pro περί, id est, *ad*, maxime cum urbium, locorumve nominibus, ut ἐν τῇ πόλει, id est, *ad urbem*, vel circa urbem. Xenoph. Ἑλληνικ. 7. pag. 645. ἡττημένῳ μὲν ἐν Λακεδαίμονι, σαὶ πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ' ὀλίγων, ἡττημένῳ δ' ἐν Μαντινείᾳ, ἱππομαχίᾳ, *qui ad Lacedæmonem, cum multo gravis armaturæ peditatu a paucis victus esset, iterumque ad Mantineam equestri pugna superatus.* ubi nota μὲν, & δ', cum repetitione ejusdem participii ἡττημένῳ.

ἐν *pro* εἰς. Quinto, pro εἰς, etiam cum nomine loci. Thucydid. lib. 7. pag. 449. ἀποστελλόντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, id est, *missuri*, vel, *ad mittendos in Siciliam gravis armaturæ milites.*

X.

ἐν *pro* ἀ. Sexto, ἐν πολλῷ, vel ὀλίγῳ χρόνῳ, id est, ἐκ πολλοῦ vel, ἐξ ὀλίγου χρόνου, *a longo*, vel *pauco tempore*, vel διὰ πολλοῦ, δι' ὀλίγου, *en beaucoup, en peu de temps.* Plato in Apol. ὁπηχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὸν διαβολὴν, ἣν ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, ταύτην ἐν ὑπωσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ: ubi prius ἐν, est ἀπὸ,

ἀπὸ, at posterius διὰ, id est, *conandum est vobis, quam a longo tempore calumniam retinetis, hanc adeo brevi excutere.*

XI.

Septimo, cum dativo ᾧ, reddi aliquando potest, ὅταν, subaudiendo χρόνῳ. ὅταν. Thucydid lib. 7. pag. 509. τὸ γὰρ ἦθος τὸ τῶν Θρᾳκῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τὸ βαρβαρικὸν, ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ, φονικώτατόν ἐστιν, *Thracum enim natio, barbaris illis, quibus id maxime proprium ac solenne est, hoc in genere persimilis, si quando fiducia gliscit, cædis avidissima est*: ubi, ὅμοια, pro ὁμοίως: at in τοῖς μάλιστα subauditur φονικοῖς ἔσιν, & in βαρβαρικὸν, subauditur γένος. ἐν ᾧ *pro quando.*

Aliquando, ἐν ᾧ, significat διὸ, vel ἐφ' ᾧ, vel ᾗ, id est, *propter quod, quo facto.* Idem lib. 8. pag. 612. ὡρμημένων γὰρ τῶν ἐν Σάμῳ Ἀθηναίων πλεῖν ὅτι σφᾶς αὐτοὺς, (ἐν ᾧ σαφέσατα Ἰωνίαν τε καὶ Ἑλλήσποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι.) *Nam cum Athenienses, qui Sami tum erant, contra se ipsos navigare jam statuissent, in quo* (id est, *quod si factum esset,*) *hostes continuo sane & Joniam & Hellespontum occupassent.* Idem pag. 615. οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προσέκειντο, ἐν ᾧ τε καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας ἡγουμένη ἀπόλλυται, *Propter quod.*

Ipsorum plerique eam in rem incumbebant, in qua (id est, *ob quam*) *maxime paucorum Imperium, ex populari natum extingui solet.*

XII.

ἐν *cum* εἶναι.

Octavo, ἐν, cum suo casu, & verbo εἶναι duobus modis constituitur: primum absolute, ac sine alio nomine, tuncque verbatim Latine reddi potest; ut ἐν φόβῳ εἶναι, *in metu esse*: ἐν στόματι εἶναι, *in ore esse*: quod etiam elegantius, ἐν λόγοις, ἐν φήμῃ. Unde Synesius Epist. 3. γενεαλογοῦντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ Λαΐδος, id est, *genus ejus a famosa Laide repetentes.*

Deinde cum dativo alterius personæ, vel expresso, vel tacito: tuncque passivum aliquid significat. Et expresso quidem, ut ἐν ὀργῇ εἶναί τινι, *in ira esse alicui*, id est, *sibi aliquem iratum habere*: ἐν ἡδονῇ εἶναί τινι, *alicui placere*. At eodem tacito, ut ἐν αἰτίαις εἶναι, *accusari*, nempe *ab aliquo*, ἐν ἐγκλήματι εἶναι, id est, ἐγκαλεῖσθαι, *crimen aliquod sustinere*. At ἐν αἰτίαις ἔχειν τινά, idem est, quod δι' αἰτίας, *culpare aliquem*: ἐν ὀργῇ ἔχειν τινά, *alicui succensere*: ἐν αἰσχύνῃ πάθους εἰ ut plurimum sequente, id est, *turpe ducere.*

XIII.

XIII.

Nono, ἐν, ut aliquando omittitur, sic & redundat aliquando. Omittitur, ut apud Zosimum Histor. 2. ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τοῖς εἰρήνῃ, καὶ τοῖς κατὰ πόλεμον ἐλυμήνατο πράγμασι, *Id autem rebus, tam pace, quam bello, nocuisse*: ubi εἰρήνῃ, pro ἐν εἰρήνῃ. Et lib. 3. ὥστε τῇ φυγῇ, pro ἐν τῇ φυγῇ ἐλέφαντας κατασφαγῆναι, *ita ut in fuga Elephanti jugularentur*. Thucydid. lib. 2. Ἀτάλαντι, pro ἐν Ἀτάλαντι, *in Atalante insula*. Eadem redundat, ut apud Xiphilinum in Trajano, καὶ γὰρ οἱ Πάρθοι, ἐν τῷ σφετέρῳ ἕκπῳ ἤρξαντο βασιλεύεσθαι, *nam & Parthi quoque suis ipsi moribus regi cœpere*: ubi ἐν, aut vacat, aut pro κατὰ, cum accusativo sumitur.

ἐν omittitur.

redundat.

XIV.

Denique, peculiariter conjungitur cum dativo χρῷ, id est, *cute*, ac fere cum verbis κείρειν, ξυρεῖν, ξυρᾶν, ψιλοῦν, *tondere*: non modo proprie, sed etiam metaphorice. Et quidem proprie; nam κείρεσθαι ἐν χρῷ, est, *ad cutem usque tonderi*: quod etiam dicitur, ἐν χρῷ τὴν κόμην εἶναι. Hinc ἡ ἐν χρῷ κουρὰ, *capilli attonsio ad cutim usque facta*: quæ etiam ψιλὴ κουρὰ, dicitur, & Poëtice κουρὰ

cum dat. χρῷ.

Proprie.

ξυρήκης. Hinc ὁ ἐν χρῷ κυείας, *ad cutim usque tonsus*; qui etiam ξυείας unica voce. Metaphorice autem: nam ξυρεῖ ἐν χρῷ, verbat. *ad cutim usque radit*, id est, *summum periculum est*: quod tamen Poëtarum potius, quam Oratorum est.

Metaphorice.

XV.

Oratores autem, hoc fere modo, ad simile quid exprimendum uti solent: ἐν χρῷ κινδύνου τοῦ κινδύνου, verbat. *in cute periculi esse*. Synes. epist. 4. ἐ πρὶν ἢ ἐν χρῷ κινδύνου ἀπέσχη τοῦ διαναυμαχῆσαι πρὸς τὰς πετρώδεις, *non ante navi cum petris luctari destitit, quam extremum in periculum venisset*. Quo eodem sensu dicitur, res ἐπὶ ξυροῦ ὀκμῆς ἑστάναι, verbat. *in acie*, (hoc est: *sub aciem*) *novaculæ constituta*. Huc pertinet, ἐν χρῷ μάχεσθαι, aut μάχῃ συνάψαι, *in cute pugnam committere*, id est, *cominus*: quomodo loquitur Plutarchus in Theseo.

XVI.

Hinc, quæ contigua sunt, & proxima, ἐν χρῷ κεῖσθαι dicuntur. unde illud Thucydid. lib. 2. pag. 155. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ἐπὶ μιᾶς ναυσὶ τεταγμένοι, περιέπλεον αὐτοὺς

οὗτος κύκλῳ, καὶ ξυνῆγον ἐς ὀλίγον, ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες, καὶ δύκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν, id est, *Athenienses autem, navibus singulas singulis excipientibus, (une à une) eos in orbem circumvehebant, atque ita in angustum cogebant, in cute semper adnavigantes,* (id est, *hostium classem radentes, & in ea quasi hærentes,*) *adeoque impressionis jam jam faciendæ opinionem præbentes.* Virgil. 5. Æneid. *stringere*, & *radere*, hoc fere sensu,

Lævas stringat sine palmula cautes. Et,

Radit iter lævum interior.

Lucianus in Zeuxide, ἐν χρῷ τῇ μητρὶ παρησπάμενοι, *matri proxime inhærentes.* Eidem, ἢ ἐν χρῷ πρὸς τὰ βιβλία σωμασία, dicitur, *intima cum libris conjunctio.* Suidæ, οἱ ἐν χρῷ φίλοι, *intimi amici.* Quo sensu accipiendum illud Xiphilini in Severo. Ἐν τῇ ἀγορᾷ βῆμα ξύλινον, ἐν χρῷ τῆς λιθίνης κατεσκεύασθη, *In foro suggestum ligneum, in cute* (id est, *in summa superficie*) *lapidei excitatum est.*

(o)

SECTIO IV.

De Præpositione ἀπό.

REGULA I.

PRæpositio ἀπὸ, cum genitivo, dativo, & accusativo conjungi potest. Et cum genitivo quidem, ut leviora, jamque passim aspersa, mittam. Primo, *curam aliquam, aut singulare, ac proprium munus* significat, quod Latini fere præpositione *A*, vel *Ab*, exprimere solent. Hinc illa, ἀπὸ τῆς ἐπορρήτων, *A secretis*: ἀπὸ τῆς ἐπιστολῶν, *Ab epistolis*: ὁ ἀπὸ τῆς βασιλικῶν σφραγίδων, *A Regiis sigillis*. Gallice, *Monsieur le Garde Seaux*: ὁ ἀπὸ τῆς βασιλικῶν χρημάτων, *Surintendant des finances du Roy*: οἱ ἀπὸ τῆς ἱκετηρίων, vel ἱκετικῶν, *Libellorum supplicum Magistri*, vel, *A supplicibus libellis*, *Les maistres des Requestes*: οἱ ἀπὸ τῆς εὐθυνῶν, vel δημοσίων λόγων, *A publicis rationibus*, *Les Maistres des contes*.

ἀπό, *a, vel ab.*

II.

Alias tamen, sine A, vel Ab, Latine redditur. ut οἱ ἐπ' ἐξουσίας, vel οἱ ἐπ' ἀξιώσεως, idem sunt qui, οἱ ἐν τῷ τέλει, *Ma-*

Magistratus, vel *qui sunt in dignitate constituti*: ὁ ἐπὶ τῷ ταμείῳ, *Quæstor*: οἱ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν, *rerum civilium cognitores*: οἱ ἐπὶ τῶν φονικῶν, cui adhibetur aliquando, καθεζῶτις, *rerum capitalium judices*: ὁ ἐπὶ τῷ σίτῳ, vel τῆς σιτωνίας, cui addi potest, καθεζὼς, vel τεταγμένος, *Præfectus annonæ*: οἱ ἐπὶ τῶν εἰσαγωγίμων καὶ ἐξαγωγίμων, *mercium earum quæ vel importantur, vel exportantur curatores*: οἱ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν οἰκοδομημάτων, *Regiorum ædificiorum curatores*, *Intendans des bastimens Royaux*, & similia, quæ facile cogitantibus succurrent.

III.

Secundo, crebro simul & eleganter, de rebus aut hominibus certum in numerum ordinatis, ac distributis usurpatur, eodem modo quo ante diximus, de ἀνὰ, & constat de κατὰ, cum accusandi casu. Nam ἐπὶ τριῶν, exempli causa, vel τεσσάρων τὰ πέντε dicitur, *distributos esse, ternos aut quaternos*, *trois à trois*, *quatre à quatre*: ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι, *rengez un à un*: νῆες ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι, *nefs rengées une à une*. ἐπὶ pro ἀνά.

IV.

Affinem superiori usum alterum, in re

re militari, & τακτικῇ habet. unde ἐπὶ φάλαγγος ἄγειν, προσβάλλειν, &c. id est, φαλαγγηδὸν, vel ἐπὶ κέρως, vel κατὰ κέρας, *utroque cornu protenso movere, impetum facere. Phalanx* enim Græcis, *acies utrinque longior, quam altior.* Thucyd. lib. 2. eodem modo, πλεῖν ἐπὶ κέρως dixit: ἰδόντες κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας, *videntes eos, navibus, protenso cornu alteram altera sigillatim sequentibus, adnavigare.* At βάθος, *altitudo*; id est, medium quasi phalangis corpus, dicebatur, modo ἐπὶ τετράρων, modo ἐπὶ ὀκτὼ, modo ἐπὶ πλειόνων παρατάττεσθαι, vel ποιεῖσθαι, *quaternis, octonis, aut pluribus in quolibet ordine conjunctis instrui.* Hinc verbum ὑπερφαλαγγᾶν, id est, *utrinque producto cornu hostilem aciem involvere*: & ὑπερκερᾶν, *alterum duntaxat hostilis exercitus cornu ita circumvenire.* At ἐπὶ μετώπου, vel κατὰ μέτωπον, vel πρόσωπον, est *exporrecta exercitus fronte.* Vide Budæum pag. 373. & 631.

V.

ἐπὶ pro διά.

Tertio, cum genitivo Pronominis reciproci, idem est, quod διά: nam ἐφ' ἑαυτοῦ, est, *per se*, aut *sponte.* Dionysius Halicarnass. lib. 5. τήν τε αἵρεσιν τοῦ μέλ-

μέλλοντος ἄρχειν, τοῖς ἐκ τοῦ συνεδρίου συνεχώρησαν, αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτῶν βουλευομένοις, ποιήσασθαι, id est, *simulque Senatoribus permiserant, uti re per seipsos deliberata,* (vel, *suopte arbitrio*) *Magistratum illum legerent.* Idem in Excerpt. οὐδὲν ἐμὲ δεῖ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγειν, id est, *nihil me per me ipsum dicere necesse est.* Xiphilinus in Severo, ὥστε αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν αὐτομάτως προσπλεούσας ὁρᾶσθαι, *ut ipsæ per sese, ac sponte adnavigare cernerentur.*

Alias tamen ἐφ' ἑαυτοῦ, est potius, *chez soy, à part soy, apud sese, ac suis in finibus.* Zosimus lib. 1. εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν διετέλεσαν ὄντες, (Athenienses & Lacedæmonii.) *Quod si apud sese, ac suis in finibus hæsissent perpetuo,* (non autem, ut Interpres, *conjuncti mansissent.*) Idem lib. 4. clarius, Ἐπεὶ οὖν νυκτὸς γενομένης, ἐφ' ἑαυτῶν ἐγένετο τὰ στρατόπεδα, id est, *cum ergo noctis interventu, ambo exercitus in sua se castra recepissent.* Itaque γενέσθαι ἐφ' ἑαυτοῦ, *domum se recipere,* vel *sibi vacare; se retirer à part, chez soy.*

VI.

Quarto, cum suo casu adverbialiter sumitur. Hinc ἐπ' ὀνόματος, id est, *adverbialiter no-sumitur.*

nominatim: ὅπ᾽ κεφαλαίων, id est, κεφαλαιωδῶς, ὅπ᾽ & καθ᾽ ὅπτομὴν, *summatim*. Dionysius Halicarnass. lib. 2. τὰ κυριώτατα ὅπ᾽ κεφαλαίων ἐρῶ, id est, *praecipua quaeque summatim complectar*. Sic ἐφ᾽ ἑκάστης, supp. ἡμέρας, idem quod καθ᾽ ἑκάστην, *quotidie*: ὅπ᾽ χαλῆς, *otiose*; *à loisir*: ἐπ᾽ ἀδείας, *tuto, impune*: ἐπ᾽ ἀληθείας, *vere, sincere*.

ὅπ᾽, *inter, prae.* Quinto, idem est, quod *inter*, vel *prae*. Ita sumit Aristides Panathen. δι᾽ ἃ δὴ, κὴ μόνῃ τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβῆναι, ὅπ᾽ τῶν Ἑλληνικῶν, (supp. πόλεων, vel χωρῶν,) *Propter quae soli huic urbi, prae caeteris Graeciae urbibus, id proprie contigisse dixeris*.

VII.

Sexto, tanquam argumento, vel teste ac sequestre adhibito, id quo fidem facimus, in gignendi etiam casu, cum ὅπ᾽ conjungitur. Dicunt enim, ἐπ᾽ ἀναμφισβητήτε ἀποδείξεως, τὸ διαβολὴν ἀποφυγεῖν, *certissimo argumento calumniam depulisse*. Dicunt etiam, ὅπ᾽ τινῶν πίστεις διδόναι, *alicujus quasi vadis*, aut *testis nomine, vel auctoritate adhibita, polliceri*. Dionysius Halicarnass. lib. 5. πίστεις δοὺς ὅπ᾽ θεῶν, *Diis fidei suae testibus adhibitis*; aut *jurejurando per Deos concepto*.

cepto. Idem lib. 10. εἰ μὲν ὦν ὑποσχνῶνται ὑμῖν οἱ Πατρίκιοι, καὶ πίστεις βάλονται δουῖαι τὰς ὑπὲρ Θεῶν, ὅπ &c. *si quidem Patricii vobis pollicentur, ac jurejurando adhibito confirmare volunt.*

VIII.

At cum dicunt, ὑπὲρ ἱερῶν ὀμόσαι, est, *sacris* aut *victimis præsentibus jurare*; Gallice, *sur.* ὑπὲρ ἐμπύρων, *super focis*: ὑπὲρ τομίων, *cæsis victimis.* Ut enim ὅρκια τέμνειν, verbat. *ad jusjurandum pertinentia secare*, est, *victimas, ad rei, puta fœderis, jurejurando firmati securitatem immolare*; sic ὑπὲρ τομίων ὀμόσαι, est, *cæsis præsentibusque victimis*, aut *saltem extis jurare*: at fere participium τὰς, præpositioni huic præmittitur. Dionysius Halicarnass. lib. 5. initio, utrumque conjungit, ὅρκια τεμόντες, αὐτοί τε πρῶτοι στάντες ὑπὲρ τομίων ὤμοσαν &c. *cæsis victimis, ipsique primi super extis stantes jurarunt.*

IX.

Septimo, frequenter admodum Genitivus ille adhibetur, etiamsi motus significetur. Hinc apud Herodotum sæpissime, ὑπὲρ τῆς χώρης βαδίζειν, *per*, aut, ὑπὲρ, *versus.*

ver-

versus regionem ire. Dionysius Halicarnass. lib. 1. ἀνδρὶ παρεικότι τὸ σῶμα ὑπὸ λύπης, καὶ ὅτε δὴ τῇ στρατοπέδῳ καταβάντι, id est, *homini, qui præ tristitia corpore fatisceret, neque in castra descenderet.* Zosimus lib. 4. διαῤῥήξας τε τὸ χαμμάτιον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεὶς, *discerpto libello, atque in terram projecto.* Ibid. κἀντεῦθεν ἐπὶ Θράκης ἐχώρει, *Indeque per Thraciam profectus est.* At Poëtæ sæpius utuntur dativo, quam genitivo, ubi motum illum exprimunt, ut ἐπὶ ναυσὶν ἐλαύνειν, id est, *ad naves equum admittere.*

X.

ἐπὶ cum dativ. penes.

Jam cum dandi casu; Primo, jus ac potestatem aliquam tribuit, quem dativus indicat, quam fere Latinum *penes* exprimere solet. Nam ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, *in nobis situm est*: ἐφ' ἡμῖν γενόμενον, *cum in nobis situm esset*: ἐπὶ τοῖς δημόταις ὄντων, *penes plebem est*: quod aliquando, sed rarius multo, ἐπὶ δήμῳ, cum genitivo.

Quo sensu, verbum ποιεῖν eleganter adhibetur. Nam ποιεῖν ἐπί τινι, est, *potestatis alicujus facere, arbitrio permittere.* Dionysius Halicarnass. lib. 4. ἐὰν δ' ἐπὶ τῷ δήμῳ ποιήσωσι τὴν αἵρεσιν, id est,

id est, *quod si populo hanc electionem permitterent.* Et illa 8. πάντα τὰ κοινὰ ἐπ' ἐμοὶ πεποιήκασι μόνῳ, id est, *totam Rempublicam penes me unum esse voluerunt.* Hinc ἐφ' ἑαυτῷ ποιεῖν τι, *sibi jus ac potestatem in rem aliquam vindicare.* At γνέσθαι ἐπί τινι, *alicujus in potestate esse.* Xiphilin. in Claudio, ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γνέσθαι, *sed in Populi, Senatus, ac legum potestate esse.* Zosimus lib. 5. ait, ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γνέσθαι τὴν πόλιν, id est, *urbem in barbarorum potestatem venisse.* Xenophon, Κύρ. παιδ. 1 καὶ μὴ ἐπὶ μάντεσιν εἶης, id est, *nec a vatibus pendeas & in eorum quasi potestate sis.*

XI.

Secundo, conditiones pactorum, similiumque rerum, per hanc præpositionem cum dandi casu exprimuntur. Nam ἐπὶ ῥητοῖς, *in dictis*, id est, *certis conditionibus*; ut cum dicitur, ἐπὶ ῥητοῖς τισι καὶ διωρισμένοις, ἐπὶ τὸ κινδυνεύσιμα χωρεῖν, id est, *certis quibusdam, ac designatis conditionibus periculum aggredi.* Vide nomen ἴσος Cap. 3. Sect. 5. Reg. 3.

Hoc sensu dicunt, ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ, sequente infinitivo, vel optativo, vel subjunctivo, id est, *ea conditione, ut*: quod si multæ sint conditiones, dicetur, ἐπὶ τούτοις, ἐφ' οἷσπερ, &c. tum sequen-

tibus membris adhibebitur καί. Idem Dionys. ibid. Ἐπὶ τούτοις ἔφη χαριεῖσθαι τὰς ἀναπαύλας τοῦ πολέμου, ἐφ' ᾧ τε μηδὲν ἔτι παροκνεῖν αὐτούς, καὶ ἐπὶ τῷ, *his se legibus requiem a bellis indulturum esse respondit, uti ne quid in posterum moverent, atque ut*, &c.

ἐφ' ᾧ. Potest etiam ἐφ' ᾧ, solum, ac per se, hoc modo sumi. Idem libr. 3. Ἐφ' οἷς δικαίοις, *quibus conditionibus*: τὸν εἰρήνην στέρξασιν, ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις αὐτῆς τύχωσι, id est, *futurum ut in data quibuscunque tandem conditionibus pace acquiescant.* Et paulo post: Tarquinius, ἀκούσατε νυν, ἔφησεν, ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις καταλύσωμαι τὸν πόλεμον, *Audite nunc*, inquit, *quibus tandem conditionibus huic bello finem imponam.* Ita Herodian. lib. 1. dixit, πάντοθεν τοὺς ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους, ἐπὶ σωτάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, id est, *viros eruditione clarissimos, non contemnendis*, id est, ἀφθονωτάτοις, *amplissimis conditionibus undique accersens.* σωτάξις, hic, *gages, pensions.* Dicunt etiam ἐπὶ μεγάλοις μισθοῖς, ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς, & simil. eodem sensu.

XII.

Tertio, quæ Latini exprimunt per *in*, & accusandi casum, vel per solum auferendi casum, ubi aliquid, vel *commodi*,

modi, vel *incommodi*, *læti*, *adversive*, significant; ea Græci fere, per ἐπὶ, cum dandi casu: ut ἐπ' ἀγαθῇ, vel αἰσίᾳ τύχῃ, *læta sorte*, *à la bonne heure*: ἐπ' ἀγαθοῖς, vel αἰσίοις οἰωνοῖς, *bonis & secundis avibus*: ἐπὶ μεγίστῳ τῆς πόλεως ἀγαθῷ, *summo reip. bono*: ἐπὶ τῇ φιλοπατρίδων ὀλέθρῳ, *in pernitiem amantium patriæ*. Dionysius Halicarnass. lib. 7. Ἐπὶ τῷ σφετέρῳ συμφέροντι τὰ δίκαια πράξουσι, *suis quoque rebus consulendo*, *juste se gerent*, id est, *hoc in facto æquitatem cum propria utilitate conjungent*. Et lib. 8. τὰ ἐμφανῆ τῆς ἀνδρὸς ἔργα ἐπ' ὠδενὶ χρησῷ ἡγούμενοι διεξήεσαν, *perspicua notaque hominis gesta percensebant*, *quæ nihil omnino boni sequerentur*.

XIII.

Quarto, idem est, quod *post*, aut *præter*, vel *ad*, cum *præter* significat. Nam *ad*, *præ* ἐπὶ τούτοις, est, *postea*, id est, *deinceps*: & *ter*. aliquando *ad hæc*, id est, *Præterea*, *accedit*: quod tamen sæpius dicitur, ἐπὶς τούτοις, vel χωρὶς, vel ἄνευ τούτων. Sic ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις παρείποντο, id est, *alii post alios sequebantur*. Synesius epist. 4. καὶ ἥκει τις ἄλλῳ ἐπ' ἄλλῳ, παῖς ἐπ' ἀνδρὶ, ἢ ἀνὴρ ἐπὶ παιδὶ, Φέρων ἀεί τί μοι ξένιον, id est, *alius alium*, *puer virum*, *vir puerum sequebatur*, *qui mihi munus identidem aliquod afferebat*.

Ὁ ἐπὶ πᾶσι τυχθεὶς, *post omnes*, id est,

postremus omnium collocatus, numeratus. Idem Dionysius Halicarnass. lib. 4. πλὴν ἐπὶ πάσης πεζομαχίας, (sub. συμμορίαν) εἰς λόχος, ὁ τῶν ἀστέρων, (sub ἐπεῖχεν,) id est, *postremam omnium classem unica egenorum implebat centuria.* Plutarchus in Romulo, ubi de iis qui opima spolia retulerant, cum duos tantum appellasset, Romulum, & Cossum, concludit: Ἐπὶ πᾶσι δὲ Κλαυδίῳ Μαρκέλλῳ, *postremoque Claudio Marcello,* quod ipse tertius, idemque postremus ea retulisset.

XIV.

ἐπὶ, *propter.*

Quinto, significat *propter*, sed usu passim obvio, ut ἐπὶ τοῖς γεγυμνασμένοις καλεπῶς φέρειν, id est, *quæ contigerunt, moleste ferre.*

Sexto, peculiariter quis dicitur, ἐπὶ παισὶ τελευτῆσαι, ἀναπαύσασθαι, & simil. *relictis liberis obiisse.* Herodian. lib. 3. extremo, de Severo Imperatore, Ἐπὶ παισὶ νεανίαις Δομδόχοις ἀνεπαύσατο, id est, *filiis adolescentibus Imperii successoribus relictis obiit.* Et lib. 4. initio, Ἔθος γάρ ἐστι Ρωμαίοις, ἐνθειάζειν βασιλέων, τὸς ἐπὶ Δομδόχοις παισὶ τελευτήσασι, id est, *mos enim Romanis est, eos Imperatores in Deos referre, qui relictis successoribus liberis mortui sint.*

XV.

Septimo, peculiariter etiam de urbibus

bus aliisque locis, alicujus nomen ferentibus. is enim, cujus nomen loco inditum est, in dandi casu exprimitur. Idem Herodian. ibid. ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρᾳ ἐπεξέλεγε, πρόφασιν ποιούμενος, ποιῆσαι τὴν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ κληθεῖσαν πόλιν, id est, *Alexandriam profectus est hoc colore, quod ejus urbis, quæ cum Alexandri nomine condita esset, desiderio teneretur.* Alii *ab Alexandro*, alii *regnante Alexandro.*

Octavo, certum illud tempus, & quasi momentum, quo res aliqua dum fieret, aut diceretur, aliquid aliud intervenit, ἐπὶ τούτῳ, ut ἐν τούτῳ, dicitur: Gallice, *sur cela*, vel *en ces entrefaictes.*

XVI.

Nono, quæ vulgo dicimus, *à l'incertain, au plus seur, à l'advanture, à tous hazards*, & simil. Græci ἐπ' ἀδήλῳ, ἐπ' ἀσφαλεστέρῳ, ἐπὶ τύχῃ, ἐπ' ἀμφοτέροις, ἐφ' ᾧπινιοῦν. Demosthen. Philipp. I. cum ἀδήλῳ jungit participium verbi εἰμί, dum ait, νυνὶ δ' ἐπ' ἀδήλοις ἔστι τοῖς ὑπὲ τούτων ἐμαυτῷ γλυκησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε ταῦτα, πεπεῖσθαι, λέγειν αἱρεῖμαι, id est, *Nunc vero, cum incerta sint, quæ inde mihi eventura sunt, tamen quod ea vobis, si feceritis, usui fore mihi persuadeo, dicere statui*: Gallice, *sur l'incertitude de ce qui m'en doit advenir.*

XVII.

ἐπὶ, pro ἀμφὶ.

Decimo, temporis continuationem ac perpetuitatem quandam significat, ut ἀμφὶ, cum genitivo. Nam ἐφ' ἡμέρᾳ, est, *toto die*: ἐπὶ μιῷ, *toto mense*: ἐπ' ἐνιαυτῷ, *toto anno*.

παρὰ, pro ἀμφὶ.

Undecimo, apud Thucydid. maxime, sumitur pro ἀμφὶ, id est, *juxta, secus*. Sic lib. 3. pag. 240. Περιπόλιον αἱροῦσιν, ὃ ἦν ἐπὶ τῷ Ἁλιάκμονι ποταμῷ, id est, *Peripolium ceperunt, quod ad*, vel *secus Halecem fluvium situm erat*. Et lib. 2. ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος, *insula Locris Opuntiis finitima*.

Imo, in compositione hoc idem servat, dum ait, ἐπιθαλάσσιος, pro παραθαλάσσιος, id est, *maritimus*. Idem lib. 3. παραπλέοντες αἱ νῆες τῆς Λακωνικῆς τὰ ἐπιθαλάσσια χωρία ἐπόρθησαν, *naves oram istam legentes, maritima Laconicæ oppida vastaverunt*.

XVIII.

ἐπὶ, *adversus*.

Duodecimo, significat etiam *adversus*: qua in acceptione, duo præsertim verba notanda sunt, φονᾶν, id est, *cædis avidum esse*, & κηρύττειν, *præconis voce pronuntiare*. Nam φονᾶν ἐπί τινι, id est, *in alicujus cædem avide ferri*, aut, *eum ad necem deposcere*. Philo de Leg. ad Cajum, ἀνήρπαστο ἄν, ἐὰν αὐτῷ Τιβέριος φονῶν, id est, *sublatus utique fuisset, cum eum Tiberius*

berius ad necem deposceret. At θανατᾶν, & θανατιᾶν, moriendi cupidum esse.

Jam ἀργύριον κηρύττειν ἐπί τινι, vel τινὶ ἐπικηρύττειν, est, *pretio caput alicujus voce præconis addicere*, aut *pecuniam in caput alicujus pronuntiare*. Plutarch. in Pompej. 636. ἐκείνῳ δὲ ἀπαγορεύοντι, καὶ τάλαντα ἑκατὸν ἐπικηρύξαντι κἀπί, *quod cum vetaret ille, atque in ejus caput centum talenta pronuntiasset*. id est, *ejus interfectori præconis voce promisisset*: quod Thucydid. ait, ἀνήσειν ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι.

XIX.

Denique Ἐπὶ, cum accusativo casu, ἐπὶ *cum* hos habet notandos usus. Primo, ubi- *accus.* cunque motus aliquis exprimitur, aut *contra*, *usque*, aut *contra* significatur. Plena *usque*. exemplis omnia.

Secundo, rarius multo, cum verbo quietem significante. Hinc illud Thucydid. lib. 1. καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν, quod est, non tam *sedere ad focum*, ut nonnulli putant, quam *hærere illi arulæ, vel larario quod ad focum excitari solitum erat*: ubi jus esset ἀσυλίας, id est, *unde avelli nefas esset*. Eodem modo ἐπὶ βωμοῖς καθίζεσθαι diceretur; nam & καθίζεσθαι Hesychius explicat, πρεσβεύειν,

arripere, tenere, ut solebant qui ad aras confugiebant.

XX.

Tertio, cum verbo ποιεῖσθαι, & pronomine reciproco, est, *sibi vindicare, usurpare, in potestatem redigere*: ut τὴν πόλιν ἐφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι, idem est, quod παρασήσασθαι, aut προσάγεσθαι, *urbem in potestatem suam redigere.* Nec dissimilis usus est, cum accusativo ἐξουσίαν. Nam ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν ποιήσασθαι, idem est, quod εἰς ἐξουσίαν δι' ἑαυτὸ καθίσασθαι, *summam potestatem usurpare,* tam juste, quam injuste. Herodian. libr. 1. de Perennio, ποιησάμενός τε αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, *potestate jam usurpata,* vel *summamque potestatem assequutus.*

XXI.

Quarto, κλίνειν, στρέφειν, ἐπιστρέφειν, περιστρέφειν, ἐπὶ δόρυ, & ἐφ' ἡνίαν, aut ἐπ' ἀσπίδα: verbat. *inclinare,* aut *flectere, in hastam, in habenam, in clypeum,* de equitibus dicuntur, *in dextram,* aut *sinistram,* equos flectentibus: nam ἐπὶ δόρυ, est, *in dextram,* quia hastam dextra tenent: ἐφ' ἡνίαν, & ἐπ' ἀσπίδα, *in sinistram,* quod sinistra, habenæ clypeique teneantur. Dionysius Halicarnass. lib. 3. de Tarquinio Prisco adversus Latinos dimican-

micante, ἔπειτα ἐπιστρέψας ἐπὶ δόρυ, καὶ τὰ κέντρα προσβαλὼν τοῖς ἵπποις, εἰς πλαγίους ἐμβάλλει, *inde cum in dextram flexisset, equis calcaribus incitatis, in obliquos irruit.* Polybius, ut citatur a Budæo, ἦσαν δὲ κινήσεις, ἃς ὑπελάμβανε πρὸς πάντα καιρὸν ἁρμόζειν, αὗται· καθ' ἵππον μὲν, κλίσεις ἐφ' ἡνίαν καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ, *erant porro certi quidam motus, quos omni tempore opportunos esse statuebat, hujusmodi: in equis, flexus modo sinistram, modo dextram in partem.*

XXII.

Quinto, ἐπὶ πόδα ἀναχάζεσθαι, & ἀναχωρεῖν, est, *pedem referre.* Xenoph. Κύρου παιδ. 7. pag. 178. ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο, παίοντες, καὶ παιόμενοι, ἕως ὑπὸ ταῖς μηχαναῖς ἐγένοντο, id est, *pedem referebant, ita tamen ut ferirent ipsi, vicissimque ferirentur, donec sub machinas se recepissent.* Idem, Expedit. 5. pag. 349. καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες, id est, *quin ipsa quoque auxilia, jaculis petita, pedem referebant.* Et Ἑλληνικ. 2. pag. 477. οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεὶ αὐτῶν πολλοὶ ἐπιτρώσκοντο, μάλα πιεζόμενοι, ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα, id est, *Lacedæmonii, plerisque suorum vulneratis, cum admodum urgerentur, pedem referebant.*

SECTIO V.

De Præpositionibus κατὰ, μετὰ, & σύν.

REGULA I.

Κατὰ, præpositio usitatissima est, quæ cum genitivo passim, & accusativo conjungitur: cum dativo rarissime, idque apud Poëtas, apud quos tum redditur, *In, de, ab.* Jam præter ea, quæ superius ex occasione dicta sunt: cum gignendi casu, verti potest, *de, in, sub, super, per, adversus*: quæ postrema significatio, omnium frequentissima est.

κατὰ, cum genitivo in.

Observandi tamen qui sequuntur usus. Primo, Κατὰ σκοπȣ̃ τοξεύειν, *in scopum sagittas dirigere.* Herodianus lib. 6. τῶν τοξευτῶν, ἐς σώματα ἐπιμήκη, καὶ πόῤῥωθεν, ὡς κατὰ σκοπȣ̃ τοξευόντων, *sagittariis procera corpora, eminus, quasi scopum aliquem petentibus.*

Secundo, κατὰ νώτȣ, vel νώτων γίνεσθαι τȣ̃ πολεμίȣ, vel πολεμίων, *hostium tergo imminere.* Dionysius Halicarn. lib. 3. ἵνα κατὰ νώτȣ γενόμενοι τῶν πολεμίων, ἐπίωσιν αὐτοῖς, *ut hostium tergo imminentes, eos invadant.*

Ter-

Tertio, pars omnis corporis, quæ tangitur, verberatur, cruciatur, in genitivo exprimi potest; ut καλὰ κόρης παίειν, *maxillam cædere, donner sur la joüe*: καλὰ νώτου ξαίνειν τινὰ, *alicui tergum lacerare.*

Quarto, nomen alicui rei impositum, dicitur, κεῖσθαι καλά τινος. Clemens Alexandr. Pædag. lib. 2. cap. 6. καθ' ὧν κέκτηται τὰ ὀνόματα, τὰ πρὸς τὴν συνήθειαν ἀπηλλαγμένα, id est, *quibus ea nomina tribuuntur, quæ usu contrita non sunt.*

II.

De accusandi casu, sequentia observabis. Primo, sæpissime καλὰ subauditur, maximeque apud Atticos: ut τὸ γ' ἐλάχιστον, quod etiam Latini, *minimum, tout au moins.* Thucydid. lib. 3. ὑμεῖς δὲ σκέψασθε, ὅσον ἂν ἐς τοῦτο ἁμαρτάνοιτε, Κλέωνι πιθόμενοι, ubi τοῦτο, pro καλὰ τοῦτο, id est, *vos porro attendite, quantum hac etiam in re peccaturi sitis, si Cleonem audieritis.* καλὰ, *subaud.*

Audacius illud ejusdem lib. si rectum est, ἀσφάλεια δὲ, τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, ὀκνοτροπῆς πρόφασις εὔλογος. ubi τὸ ἐπιβ. pro καλὰ τὸ ἐπιβ. id est, *cautio vero illa, quæ in suscipienda nova deliberatione adhibetur, speciosa causa est defugiendi negotii.*

III.

Secundo, apud Philosophos maxime, τὰ καθ' ἕμφασιν, dicuntur quæ specie tenus ejusmodi sunt, ut Iris, *qui ne sont qu'en apparence*: at vero τὰ καθ' ὑπόστασιν, *quæ re ipsa sunt.*

καλὰ, *propter.* Tertio sæpe idem est, quod *propter.* Thucydid. lib. 4. νομίζοντες τὴν Ὠρωπίαν, Ἀθηναίων, καλὰ τὸ ὑπήκοον, εἶναι, id est, *rati Oropium agrum, Athenienſium quidem esse, quod eorum imperio subjectus esset.* Sic καλὰ θέαν, id est, θέας ἕνεκα, *spectandi gratia*, cum alii dixere, tum sæpe Dionysius Halicarnass. ut lib. 8. ἀφίξονται δὲ καλὰ θέας ἐπὶ τούτοις πολλοὶ τῶν ξένων, *ad quos* (ludos) *spectandi gratia*, vel *spectandos externi quam plurimi convenient.* Simile est, καθ' ἱστορίαν, *viſendi ſtudio.* Aristid. Panathen. τῶν ἐμπόρων καθ' ἱστορίαν ἢ χρείαν εἰσαφικνουμένων, id est, *mercatorum huc aut viſendi, aut lucri ſtudio venientium.*

καλὰ *pro* ἀνά. Quarto, καλὰ κράτος, ut ἀνὰ κράτος, *vi*, & *impetu quodam, par force*: alias, *violenta quadam potentia, & imperio.* Thucydid. lib. 3. καὶ ὅσοι Σικελῶν καλὰ κράτος ἀρχόμενοι ὑπὸ Συρακοσίων, id est, *& quotquot ex Siculis violento Syracuſanorum imperio premebantur.* Alii dixerunt, καλὰ τὸ κραταιὸν, id est, *pro viribus.*

IV

IV.

Quinto, est, ἐνώπιον, vel πρὸς, id est, *e regione, versus, coram.* Sic κεῖσθαι καλ' ἀναλολὰς, id est, *eo in loco situm esse, qui obversus orienti sit.* *pro* πρός.

Sexto, cum nominibus locorum, maximeque plural. numer. idem valet quod *per*, redditurque fere per adverbium Latin. in *tim*, ut καλὰ πόλεις, καὶ καλὰ κώμας, id est, *oppidatim, & vicatim.* aliquando tamen cum aliis nominibus etiam singularibus, ut καλ' ἄνδρα, *viritim*: quod etiam dicunt, καλὰ κεφαλὴν, *par teste.* καλὰ, *per.*

Septimo, καθ' ἑαυτὸν, ut ἐφ' ἑαυτὸν, & πρὸς ἑαυτὸν, id est, *seorsum, per se solum, à part soy*: ut καθ' ἑαυτὸν ζῆν, *privatam agere vitam, sibi vacare.* Aristoteles Ethic. 9. ἔθελεν γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὑτὸν πάντ' ἔχειν, id est, *nemo enim omnia sibi tantum uni habere velit.* Hinc τὸ καθ' αὑτὸ, Philosophis, id etiam dicitur, quod μόνῳ ὑπάρχει, καὶ ᾗ μόνῳ, ut explicat Aristoteles, id est, *quod ineest uni cuidam, ac certæ rei & quatenus soli.*

V.

Octavo, καὶ μικρὸν ἐπιπλέον, idem quod, ἐπιπλέον ἐφεξῆς, vel ἐπιπλέον ἐκ προσαγωγῆς, id est, *magis atque magis*: ut καὶ μικρὸν ἧττον, idem quod, ἧττον, vel ἔλαττον

ἔλαττον ὀπὴ προσαγωγῆς, vel ἐπ' ἔλαττον ἐφεξῆς, id est, *minus atque minus.*

Nono, καθ' στοῖχον, id est, *secundum versum*: καθ' εὐθεῖαν, vel ἐπ' εὐθείας, id est, *recta serie*: ut arbores, κατὰ στοῖχον πεφυτδυμέναι, *in versum*, & *recta serie digestæ arbores*: Gallice, *en droicte ligne.* Cui opponuntur, ἐναλλάξ, cum ἐφεξῆς ἕτερον ἑτέρῳ ἀλλοῖον κεῖται, id est, *nusquam eodem situ duo sese consequenter excipiunt*: παραλλάξ, id est, *alternante situ*: cum in ordinibus aliqua est, non tamen perpetua varietas.

VI.

κατὰ πόδα, *e vestigio.* Decimo, καθ' πόδας, vel κατὰ πόδας, vel uno verbo, καταπόδας, idem quod, ὀπὴ ποδὸς, (quod tamen interdum etiam est, *collato pede, pié à pié*:) id est, *e vestigio*, aut *per vestigia proxime insequendo.* Nam κατὰ πόδας ἕπεσθαί τινι, id est, *aliquem vestigiis consequi.* Sic hostis fugientem hostem, κατὰ πόδας αἱρεῖν, dicitur, *persequendo capere.*

Aliquando genitivus adjungitur, ut apud Thucydid. κατὰ πόδας αὐτῶν ἰέναι, *les suivre à la piste.* Hinc transfertur ad metaphoricam sequendi rationem: ut cum Herodot. ait lib. 3. τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ, *die proxime consequente.* Et Polyb. lib. 2. pag. 91. δέον τῇ καταπόδας ἡμέρᾳ

μέρα γενέσθαι τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς, *cum postridie ejus diei, Prætorem & creari, & Magistratum inire oporteret.* Et quæ paulo post aliquid fiunt dicuntur, κῆ ὥδας αὐτῇ fieri, ut κῆ ὥδας τῆς μάχης προελθεῖν, *statim a certamine ulterius progredi.*

VII.

Undecimo, καθ' ἕνα, & καθ' ἓν, non tantum est, *sigillatim*, *un à un*, ut Cap. 1. Reg. 5. jam observavimus: sed etiam, quod plane contrarium videtur, *in unum*: idque fere, cum verbo γίνεσθαι. Dionysius Halicarnass. lib. 1. καθ' ὁδὸν εὑρόντες τὰς σφετέρας, καὶ καθ' ἕνα ἅπαντες γενόμενοι, *cum suis in via repertis, unum in locum universi convenissent.* Idem lib. 8. ἵνα μὴ κατ' ἕνα πάντες γενόμενοι, κοινὸν ἐξενέγκητε κατ' αὐτῶν πόλεμον, id est, *ne convenientes in unum omnes*, (id est, *conjunctis viribus,*) *commune iis bellum inferatis.* Eodem modo usurpat, καθ' ἓν, lib. 1. dum ait, ὀλίγους τε ὄντας τῆς κώμης φθασάντων καθ' ἓν γενέσθαι παραλαβὼν, *assumtis paucis illis, qui jam ex vico in unum confluxerant.* Et lib. 2. ἀποχρῆν οἰόμενος τὴν οἰκείαν δύναμιν, εἰ καθ' ἓν αἱ τρεῖς (πόλεις) γένοιντο, μίαν αἱρήσειν πόλιν ἡ μεγάλην, *rata satis se virium habituras, si tres (civita-*

καθ' ἕνα, *in unum.*

καθ' ἓν, *idem.*

vitates) in unum convenirent, ad urbem unam, eamque non magnam capiendam.

VIII.

κατὰ πλῆθος, *frequentes.*

Duodecimo, κατὰ πλῆθος, id exprimit, quod ἀθρόοι uno verbo dicebatur: Latine, *frequentes.* Dionysius lib. 7. συνελθόντων καὶ τῶν ἐν τέλει κατὰ πλῆθος εἰς τὸ βουλευτήριον, *cum autem optimates in Curiam frequentes convenissent.* Quibus etiam verbis, illud, opinor, recte significari posse dixerimus, quod a Gallis vulgo, *en troups, en corps.*

κατ' ὀλίγους, *pauci simul.*

Contrarium est, κατ' ὀλίγους, *exiguo numero,* vel *pauci simul.* Herodian. lib. 5. ἔτι τε καὶ τῶν αὐτομόλων τὸ πλῆθος, ἑκάστοτε, εἰ καὶ κατ' ὀλίγους, προσιὸν τὴν δύναμιν ἤυξησεν, id est, *præterea transfugarum multitudo, subinde, licet paucorum simul, conveniens, copias auxit.*

Zosimus lib. 3. κατ' ὀλίγους γὰρ, καὶ ἐν πολλοῖς ἑαυτοὺς διασπείραντες, ἐλῄστευον, id est, *ipsi enim pauci tantum simul, ac per multa loca dispersi, latrocinia exercebant.* At Herodian. lib. 6. κατ' ὀλίγους usurpavit, pro κατ' ὀλίγον, *paulatim*; dum ait, οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ μὲν πρῶτα ὑπισχνοῦντο, κατ' ὀλίγους δὲ ἀνεχώρουν, *at milites, principio quidem pollicebantur, inde tamen paulatim secedebant.*

κατ' ὀλίγους, *paulatim.*

κατὰ ποσὸν, *utcunque.*

Non absimili usu, dicitur κατὰ ποσὸν, id est, *utcunque, quoque modo.* Polybius lib. 2. pag.

2. pag. 92. καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, κτ ποσὸν εὐθαρσῶς εἶχον, id est, *suis ipsi viribus fidentes, aliquanto audaciores erant.* Id etiam dicunt, ἐπὶ ποσόν.

IX.

Μετὰ cum dativo casu, Poëtice frequenter usurpatur, pro *cum, in, per, inter.* quod postremum usitatissimum est. Itemque Poëtice cum accusat. redditur, *in, inter, ad, propter.* At Oratorie, μετὰ cum accusat. tantum est *post.* Cum genit. Poëtis & Oratoribus *cum.* Sed hic contrita fere sunt omnia. μετά.

X.

Præpositio σὺν, cum solo dativo casu, iisdem fere locis adhibetur, quibus μετὰ, cum genitivo. Paucula hæc notare juverit. Primo, μετά τινος, & σύν τινι εἶναι, vel στῆναι, id est, *alicui favere, stare ab aliquo.* Hinc Thucydidi, στάντες μετ' ἀλλήλων, id est, ἀλλήλοις συμμαχήσαντες, *qui belli & pugnæ socii fuerant.* Ita Xenoph. Ἑλληνικ. 3. σὺν τοῖς Ἕλλησι μᾶλλον, ἢ σὺν τῷ βαρβάρῳ εἶναι, *Græcis potius favere, quam Barbaro.* σύν.

XI.

Secundo, μτ τῶν νόμων, & σὺν τοῖς νόμοις, *cum legibus,* id est, κατὰ τοὺς νόμους. Prioris exemplum est, illud Thucyd. lib. 2. pag.

124. satis obscurum, καὶ τοι εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον, ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον, ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, *Quod si, faciliore quodam otio potius,* (id enim est ῥᾳθυμίᾳ hoc loco: alioqui prævaricaretur Pericles in Atheniensium causa,) *quam laboriosa exercitatione,* (ut Lacedæmonii) *nec legibus magis,* (id est, *legum præscripto, & necessitate constricti,* ut iidem Lacedæmonii) *quam generosa indole, pericula subire statuamus.* Sequitur autem, προλαμβάνεται ἡμῖν, τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς, μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι, μὴ ἀπολωτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι, id est, *hoc inde consequimur, ut neq; futuris ærumnis, ante tempus, debilitemur; neque, cum in eas incidimus, quicquam iis tamen, qui assiduo in labore versantur, fiducia & alacritate cedamus.* Eodem aut simili modo, σὺν νόμοις usurpatur. ut σὺν τοῖς νόμοις τὴν ψῆφον τίθεσθαι, *sententiam, aut judicium ex legum præscripto ferre.*

XII.

σὺν Θεῷ. Tertio, σὺν Θεῷ, *cum Deo*, potius quam μετὰ Θεοῦ, variis modis usurpatur. Ac primum quidem, sine adjuncto ullo, idem est, quod *divina ope, divinoque beneficio*: ut cum Xenophon dicebat, ὑγιαίνοντά σε ὡς ἐπιπολὺ σὺν Θεοῖς ὁρῶμεν, id est, *te divino beneficio ut plurimum valentem videmus.* Dein-

Deinde, redditur potius, *secundo Numine*, aut similiter. Thucyd. lib. 1. ξὺν Θεοῖς ἰόντι τὰς ἀδικίας, *Diis faventibus, eos, a quibus læsi sumus, invadamus.*

XIII.

Aliquando verbum adjungitur, maximeq; εἰπεῖν, εἰρῆσθαι, εἰρήσθω, εἰρήσεται, quæ una cum σὺν Θεῷ, per parenthesin dici solent: tuncq; si de præterito, aut præsenti bono agatur, significant, *Deo acceptum ferri*: ut cum Plato Dioni scribens, τὰ μὲν ἔν, inquit, εἰς τὸ παρὸν, σὺν Θεῷ εἰπεῖν, ἔχει καλῶς, *Hactenus quidem, quæ Deo sit gratiæ, bene mecum agitur*; vulgo, *graces à Dieu.*

Sin de futuro loquimur, idem est, quod *juvante Deo, Dieu aydant.*

Aristophan. Pluto.

Οἶμαι γὰρ, οἶμαι, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσεται,
Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας,
Spero enim, spero, quod Deo juvante fiat,
Hoc te oculorum morbo per me liberatum iri.

Idem fere valet, σὺν Ἀδρασείᾳ εἰπεῖν.

Alias citra parenthesin, σὺν Θεῷ, est,

divino quodam instinctu. Herod. libr. 1. ubi Crœso jam pyræ imposito in mentem subiisse dicit, ὡς οἱ εἴη σὺν Θεῷ εἰρημένον, τὸ μηδένα τῶν ζώντων ὄλβιον εἶναι, *quam sibi divino instinctu dictum esset, viventem neminem beatum esse.*

SECTIO VI.

De Præpositione παρά.

REGULA I.

cum genitivo.

DE Præpositione παρὰ, quæ cum genitivo, dativo, & accusativo casu construitur, hæc notasse profuerit. Genitivum quod attinet, Primum eleganter dicitur, ἔρχεσθαι παρά τινος, & παραγίνεσθαι παρά τινος, *venire ab aliquo*; πορεύεσθαι παρά τινος, *proficisci ab aliquo*; ut Gallice, *je viens de chez un tel, je party de chez luy*, & simil.

Secundo, verba quædam, maximeque *nunciandi, salutandi, appellandi, solvendi, expendendi*, hanc cum genit. præpositionem amant: ut, παρὰ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀγγέλλειν, *apporter nouvelles, signifier de la part du Senat*: τὸ φίλον πολὺ παρ' ἐμοῦ πρόσειπε, *multis amicum saluta meo nomine*: παρ' ἐμοῦ ἔτισα, Tullius, *a me solvi, de mon argent*: παρ' ἐμοῦ ἀναλώσας, *meis sumptibus*.

Ter-

Tertio, Genitivus ἐλλιπτικῶς etiam ponitur, præcedente artic. præpositivo, & participio, verborum εἰμὶ, γίνομαι, ὑπάρχω, ἔρχομαι, πορεύομαι, πέμπομαι, & simil. Nam οἱ πρός σε, id est, *nuntii tui*, vel *abs te missi*. Sic τὰ παρ' ἐμοῦ, supp. γενόμενα, ὑπάρξαντα, *quæ abs me profecta sunt*: in bonam malamve partem.

II.

Πρός, cum dativo, fere significat *apud*. Aliquando tamen, sumitur pro ἐν, ut πρὸς τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, apud Plutarch. *in bellis civilibus mori*. *cum dativo.*

Aliquando, dativus ille cum motu conjunctus, pro accusativo usurpatur. Xenoph. expedit. 2. ἔφη χρῆναι ἰέναι πρὸς Τισσαφέρνη, ὃς ἐκέλευσε, *Ajebat ad Tissaphernem iis eundum esse, quos ipse jussisset*.

III.

Cum accusativo significat, *juxta, per, præter, contra, inter*, vel *intra, propter, præ, prout, trans*. Sed usus insigniores habet, qui sequuntur. *cum accusativo.*

Primo, *quæ in tempus aliquod, vel negotium incidunt*, hoc modo exprimuntur: ut παρ' ὅλον τὸν βίον, *per totam vitam*. Demosthen. παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, *toto causæ hujus tempore*: παρ' αὐτὸ τὸ ἀδίκημα, *in flagranti delicto*: πρὸς τὸν πλοῦν, *inter navigandum*: πρὸς τὸ δεῖπνον, *inter cœnandum*:

παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, *in itinere, par le chemin*: παρὰ τὰς κινδύνους, & παρὰ τὰ δεινὰ, id est, *in mediis periculis*. Dionysius Halicarnass. lib. 10. ὧν τοῦτο τὸ μέρος ἐμπειρίᾳ τε ἀγώνων, καὶ τῇ παρὰ τὰ δεινὰ εὐτολμίᾳ, μακρῷ δὴ ἄλλα ἀμείνον, id est, *Pars illa, cum pugnandi usu, tum mediis in periculis fiducia, longe alteram superabat*. Sic παρὰ στάδια διακόσια, *intra ducenta stadia*.

IV.

præter. Secundo, cum significat *præter*, tribus fere modis usurpatur. Aliquando enim idem prope est, quod *contra*: ut παρὰ φύσιν, *præter naturam*: παρὰ τὸ πρέπον, *indecore*: παρὰ μέλος, verbatim, *præter concentum*, id est, *inepte* de iis, quæ alieno vel loco, vel tempore, dicuntur aut fiunt: παρ' ὥραν, *intempestive*. Aliquando exceptum aliquid ex majore numero significat: ut παρ' ὀλίγους πάντες ἀνῃρέθησαν, *præter paucos interfecti sunt omnes*. Aliquando, istud *præter* idem est, quod *ultra*: ut εἴ τις ἄλλη παρὰ ταύτας ἐστὶ μαθήματος ἰδέα, *si quæ alia præter istas disciplinæ ratio est*.

V.

supra & infra. Tertio, duas significationes contrarias patitur, *supra* & *infra*. Nam παρὰ δύναμιν, idem esse potest, quod *supra*, idemque quod *infra vires*.

propter. Quarto, usum habet elegantem in signi-

gnificatione *propter*: ut, παρὰ ἐκεῖνον πάντα τῇ πόλει γίνεται τἀγαθά, *propter illum*, id est, *ejus causa*, vel *beneficio*, *bona omnia Reip. proveniunt*. Contra, διὰ τοῦτον ἀθυμοῦσι πάντες, *in causa est, quamobrem animum omnes despondeant*. Tuncque sumitur pro διά, cum accusandi casu. Παρὰ τί ποτε; *quorsum tandem?*

VI.

Quinto, significat, aliquid *in eo situm esse*, quod accusativus exprimit: ut cum Demosthen. pro Coron. ait, παρὰ τοῦτ' γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, id est, *in eo posita sunt res*, aut *fortunæ Græcorum*. in.

Qua in acceptione, dicitur, τὸ παρ' ἡμᾶς, *quod in nobis situm est*; vel, *jus & facultas liberæ voluntatis*, quatenus fato ac necessitati opponitur. Ita passim inter alios Diogenianus, apud Eusebium lib. 6. Præparation. ut cum ait, ἔτωσι δὲ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς, τῷ καθ' εἱμαρμένην (supp. ἐναντιώτατόν ἐστιν:) id est, *sic etiam libertatis nostræ vis fato* (*maxime contraria est.*)

Ibid. παρ' ἡμᾶς δὲ, ὅσα ἐπ' ἐξουσίαν ἡμᾶς, καὶ ἐνεργεῖν, ἐπὶ τέλος ἔρχεται, id est, *potestatis autem ea nostræ sunt, quæ studio laboreque nostro perducuntur ad finem.*

VII.

Sexto, παρὰ πολύ, triplicem potissimum παρὰ πολύ.

mum acceptionem habet. Aliquando enim ſine alio caſu, per ſe ſignificat *longe, multo, admodum*, quæ maxime propria ſignificatio eſt: ut παρὰ πολὺ, τῶν πολεμίων ἀμείνους γεγόναμεν, *hoſtibus longe ſuperiores fuimus*. Hic enim, ut patet, τῶν πολεμίων, non a παρὰ πολὺ, regitur, ſed a comparat. ἀμείνους. Ita Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 3. περιεγένοντο παρὰ πολὺ τῶν Σαβίνων, id eſt, *Sabinos multis partibus ſuperarunt*.

Aliquando etiam ſine caſu, παρὰ πολύ ἐστιν, idem eſt, quod *multum abeſt*: Gallice, *il s'en faut bien, il y à bien à dire*. Plato in Apologia, οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, (nempe ἑκατέρων τῶν ψήφων, ἀριθμὸν) ἀλλὰ παρὰ πολὺ, id eſt, *nec enim ſane putaveram tantulum, ſed longe plurimum diſcriminis futurum*, (nempe, in ſententiarum numero; cum ſe a longe pluribus damnandum Socrates putaret.)

VIII.

Aliquando vero, cum gignendi caſu, quem regat, idem eſt, quod *longe minus*, vel *infra*: ut παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας, *longe infra dignitatem*: παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, *longe infra ſpem*; quod etiam πόῤῥω τῆς ἀξίας, & τῆς ἐλπίδος, dici ſolet. Imo duo illa. πόῤῥω, καὶ παρὰ πολὺ, ſæpe conjunguntur.

guntur. Quo sensu fere adjungitur verbum ἔρχεσθαι, vel ἥκειν, sed ἔρχεσθαι, sæpius: ut παρὰ πολὺ τὰ πέρυσι κατωρθωμένων ἦλθεν, id est, *longe abfuit a rerum superiore anno gestarum gloria.* Sæpe etiam solus infinitivus sequitur, etiam absque articulo genitivi, ut παρὰ πολὺ ἑλέσθαι ἦλθεν, *a capienda* (urbe v. c.) *plurimum abfuit.*

IX.

Septimo, παρὰ μικρὸν, παρ' ὀλίγον, & παρὰ βραχύ, opponuntur τῷ παρὰ πολύ, in illa triplici acceptione: ac præsertim in tertia, cum verbo ἔρχεσθαι. Eutropii Metaphrast. lib. 6. πολλῇ στρατιᾷ συμμίξαντες, παρὰ μικρὸν ἦλθον νίκης, id est, *ingentibus copiis cum hoste congressi a victoria parum abfuere.* Zosimus lib. 1. μηχαναὶς δὲ τοῖς τείχεσι προσαγόντες, τῷ παρὰ βραχὺ ἁπάντων τούτων ἑλεῖν ἐλθόντες, id est, *machinis ad muros admotis, cum ab illis urbibus capiendis parum abfuissent.* Dicunt & παρ' ἐλάχιστον ἐλθεῖν, *proxime abesse*, vel *abfuisse.* Dicunt etiam παρὰ τὸ δέον ἔρχεσθαι. Dionysius Halicarnass. lib. 1. τὰ μὲν ἤδη πεπονθότες, τὰ δὲ παρὰ τὸ δέον ἐλθόντες παθεῖν, id est, *alia jam passi, alia prope subeuntes*, vel *postmodum subituri.* παρὰ μικρὸν, &c.

X.

Παρ' ὀλίγον, sine verbo ἔρχεσθαι, duobus item modis accipitur. Interdum παρ' ὀλίγον.

enim idem significat, ac si adhibeatur ἔρχεσθαι, ut παρ' ὀλίγον εἶλε τὴν δίκλω, *parum abfuit, quin causam vinceret.* Ita Demosthen. παρ' ὀλίγας ψήφους ἥπιώθη, *pauca defuere suffragia, quo minus ignominia notaretur.* Interdum, contrario plane usu, sed eodem tamen significatu, idem potius est, quod *fere non*: ut cum Euripides ait, παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον, id est, *interitum fere non effugisti*, aut *vix effugisti*: quod idem est, ac si dixisset, παρ' ὀλίγον ἀπώλωλας, vel ἦλθες ὀλέθρου, *ab interitu parum abfuisti.*

At Thucydides, brevitatis amantiss. lib. 8. unicum παρ' ὀλίγον, cum utroque verbo, in utraque significatione conjunxit: dum ait, ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον, ἢ διέφυγον, ἢ ἀπώλλυντο, *semper enim aut parum admodum aberat, quo minus perirent, aut re ipsa peribant*: nisi dicamus, ἢ, loco suo motum esse, atque ante παρ' ὀλίγον construendum esse: tunc enim παρ' ὀλίγον, ad solum διέφυγον pertinebit.

XI.

Præterea, quatuor illa, παρὰ μικρὸν, παρ' ὀλίγον, παρὰ βραχὺ & παρὰ φαῦλον, cum verbis ἄγειν, ἡγεῖσθαι, τίθεσθαι, ποιεῖσθαι, sunt, *parvi facere*: ut παρὰ πολὺ, cum iisdem est, *plurimi facere*: tametsi hoc postremum rarius, quam illa, reperiatur.

riatur. Xiphilin. in Domitiano, παρὰ βραχὺ τὴν ἑαυτὸ ἀσφάλειαν, πλὴς τὸ μηδένα ἐξ αὐτῶν (supp. γραμμάτων) συκοφαντηθῆναι, ἤμελε, id est, *parum de sua securitate solicitus, modo ne quisquam illarum (literarum) occasione calumniam pateretur.*

Synesius ad Theophilum, ᾧ δὲ παρὰ φαῦλον, ἀλλ' ἀντὶ πάντος ἐσπουδάστο πεισθῆναι, *cui rem persuaderi, non leviter, sed magnopere cupiebat.* Sic παρ' ὀδὲν ἄγειν, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι, πάσχειν, *nihili facere.* Xiphilin. in M. Antonino Philosopho, εἰ μόνῳ ἐμοὶ ἐκινδύνευον, παρ' ὀδὲν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐποιησάμην, id est, *si mihi soli periculum immineret, nihili rem istam facerem.*

XII.

Octavo, παρὰ πόσον, tribus etiam præcipue modis usurpari solet. παρὰ πόσον.

Primo enim, sine ullo casu, quem regat, simpliciter, idem est, quod *tanto, usque adeo: ut* παρὰ πόσον ἡττηθεὶς ἀνεχώρησε, *tanto inferior rediit.*

Deinde, sine ullo etiam casu, significat potius, *tantulum modo abfuisse*; Gallice, *à cela prés.* Herodian. lib. 5. de Macrino, qui Romam repetens, jamque Byzantio proximus, Calchedonem Bithyniæ urbem rejectus erat, ibique a persequentibus interfectus, παρὰ πόσον, in-

τον, inquit, Μακρῖνος οὐκ ἐξέφυγε τοὺς διώκοντας, id est, *tantulum abfuit, quo minus persequentium manus evaderet.*

Quin etiam, absente negatione, sensus idem manere potest, ut patet ex illo Herodiani lib. 6. τὰ Ἰλλυρικὰ δὲ ἔθνη, στενὰ ὄντα, καὶ οὐ πολλὴν ἔχοντα τὴν ὑπὸ Ρωμαίοις γῆν, παρὰ τοσοῦτον ὁμόρους, καὶ γείτονας ποιεῖ Γερμανοὺς Ἰταλιώτης, id est, *at vero Illyricæ Gentes, quæ quidem & peranguſtæ sunt, & parum admodum soli Romanis subditi possident, tantulo discrimine* (vel, *solæ*) *Germanos ab Italis separant.*

XIII.

Tertio, cum genitivo casu, ac fere verbo ἔρχεσθαι, utroque modo explicari potest. Nam quod ait Gregorius, μὴ παρὰ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς ἰσότητος θείας, id est, *ne tantum absimus ab æqualitate divina.* Quod autem Thucyd. lib. 3. παρὰ τοσοῦτον ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου, id est, *tantulum,* vel *tam prope Mitylene abfuit a periculo.*

XIV.

Quarto, affinis est usus ille, quo παρὰ τοσοῦτον, cum sequente, παρ' ὅσον construitur: ut παρὰ τοσοῦτον οὐ κατελήφθη, παρ' ὅσον οἱ διώκοντες τῆς εὐθείας ἐξετράπησαν, id est, *hoc uno factum est, ne caperetur,*

tur, quod perſequentes a recto itinere deflexerint. Imo, quod mirabilius eſt, abſque negativa particula, addito etiam ἂν, ſenſum tamen eundem habet: ut in illo S. Gregorii loco ex oratione περὶ φιλοπτωχίας, παρὰ τοσοῦτον ἂν συμπατούμενοι, (pauperes) παρ' ὅσον ἂν ψαύσῃ αὐτῶν βδελυσσόμεθα, id eſt, *qui quo minus etiam conculcentur, hoc unum impedit, quod eos vel attingere horreamus.* Dicere potuit, μὴ συμπ.

XV.

Jam nono, παρὰ in comparationibus adhibetur, idque quadrifariam maxime. Primo, ad ſignificandum *præ*: ut παρ' ἑαυτὸν μηδένα ἐπιτήδειον ἡγεῖτο, *præ ſe aptum neminem putabat*: Gallice: *à comparaiſon de ſoy.* Plato in Apologia, τοσοῦτον δὲ κινδυνεύω καταφρόνησε, παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομένειν, id eſt, *uſque adeo periculum omne contemnebat, præ ulla turpitudine quam ſubiret*: Gallice, *en comparaiſon de ſouffrir quoy que ce ſoit de honteux.* παρὰ, *præ*.

Deinde, ubi de ſola duorum, aut plurium comparatione agitur; ut τὸν στρατηγὸν παρὰ πάντας τοὺς ἐν τῷ πάλαι δοκιμήσαντας ἐξετάζειν, id eſt, *Imperatorem cum illis omnibus, qui priſco ævo floruerunt, committere.*

Tertio, cum quis ſecum ipſe comparatur: ut αὐτὸς δὴ παρ' ἑαυτὸν δεινότερος καὶ

καθ' ἡμέραν γίνεται, *is profecto, secum ipse comparatus, solertior*, aut *vehementior evadit in dies.*

pro. Denique, cum instituitur comparatio rerum aut personarum, cum locis, temporibus, ac cæteris ejusmodi, παρά, respondet præpositioni Lat. *pro*; ut παρὰ τὰς καιρὰς πολλαχῶς ἔκαστα θεωρῶν χρὴ καὶ ἐξετάζειν τὰ συμβάντων, *pro temporum diversitate, diverso quoque modo de singulis quæ contigerunt, statuendum est.*

XVI.

Decimo, παρά, intermissioni cuidam, vel alternæ cessationi significandæ adhibetur, idque modis pluribus. Primo, quemadmodum ἀνά, cum nomine numerali, simul & nomine tempus significante, ut παρὰ τρεῖς ἡμέρας, vel τρίτην ἡμέραν, id est, *tertio quoque die*: vel cum solo numerali, ut παρὰ μίαν, *alternis diebus*; παρὰ τρίτην, *tertio quoque die.* Vel unico nomine temporis, sive numeralis, ut παρ' ἡμέραν, *altero quoque die*; παρὰ μῆνα, *altero quoque mense*: παρ' ἐνιαυτόν, *altero quoque anno*: vel denique nomine temporis repetito, sive numerali: ut, ἡμέραν παρ' ἡμέραν, μῆνα παρὰ μῆνα, ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτόν, eodem plane sensu.

Deinde, cum numerali ad res aut per-

personas, non ad tempus pertinente: ut γέροντες καὶ νεανίαι παρ' ἕνα συμπορευόμενοι, id est, *senes ac juvenes, una quidem, sed alterni tamen incedentes*; ita nimirum ut duos inter senes juvenis unus; duos inter juvenes, senex unus inseratur. Alias, παρ' ἕνα, est, *uno excepto*, vel *unius causa*.

Tertio, cum vox aliqua, interposita præpositione, repetitur, & duobus diversis accommodatur: ut ἑκατέρῳ πληγὴν, παρὰ πληγὴν ἐντεινόμενος, id est, *alterna utrique vulnera infligens*.

SECTIO VII.

De Præpositionibus περὶ, *&* πρό.

Regula I.

Præpositio περὶ, cum triplici etiam casu, tam apud Poëtas, quam apud Oratores conjungitur, Genitivo, Dativo, & Accusativo.

Cum genitivo proprie significat *de*, non raro, *pro*, vel *propter*, ut περὶ πατρίδος μάχεσθαι, pro ὑπὲρ, *pro patria dimicare*. περὶ, *cum genit. pro.*

II.

Cum verbo ποιεῖν, aut ποιεῖσθαι, triplici

plici maxime usu conjungitur. Aliquando enim significat *in*, ut τὰς ἐμπείρας ἠρώτησεν, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ τῆς ἐγχειρήσεως, id est, *ex peritis quæsivit, quid in suscepto negotio fieri oporteret.*

Aliquando, per solum auferendi casum Latine redditur: ut μηδὲν ἔχω ποιεῖν περὶ τἀνδρὸς, *quid hoc homine faciam nescio.* Galli Græcis propius, *je ne sçay que faire de cét homme-là.*

III.

περὶ πολλοῦ, &c.

Aliquando, ad æstimationem pertinet. Nam περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, vel πλείονος, vel ἡγεῖσθαι, *magni facere*: περὶ πλείονος, *pluris*: περὶ πλείστου, *plurimi*: περὶ παντὸς, *maximi*: περὶ μικροῦ, *parvi*: περὶ ἐλάττονος, *minoris*: περὶ ἐλαχίστου, *minimi*: περὶ οὐδενός, *nihili.*

Dicunt etiam, περὶ πολλοῦ ἐστιν αἱρεῖσθαι τὸ χωρίον, *magni interest, oppidum capi.* Vel, cum dandi casu. Dionysius Halicarnass. lib. 8. Οὐολούσκοις περὶ πολλοῦ ἐστι καταλύσασθαι τὰ πρὸς Ρωμαίους ἐγκλήματα, id est, *Volsci magnopere cupiunt offensiones cum Romanis omnes componere.*

IV.

circa, vel *contra.*

Significat etiam *circa*, vel *contra.* Herodian. in Commodo, δεδιὼς, μή τι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν, id est, περὶ αὐτὸν, *metuens*

metuens ne quid circa se, vel contra se, novi moliretur.

Alias, idem est, quod ἀντὶ, id est, *loco, vice*: quod tamen rarum. Dionysius Halicarnass. 10. τὰ ἐλάττονα σώματα μόνον ἐξελθεῖν αἰτησάμενοι, (Αἰκανοὶ) περὶ ὧν διήλλαξαν τὰς Τυσκυλανῶν αἰχμαλώτους, id est, *cum id unum postularent, (Æqui) ut ingenuis abire liceret, quibus Tusculanos captivos permutarunt.* *pro* ἀντί.

V.

Aliquando est, *præ, supra*, tam in soluta oratione, quam stricta. Idem Dionysius Halicarnass. lib. 6. de Rebellibus militibus, λοχαγὸς τε ἑτέρους καὶ περὶ ἅπάντων ἄρχοντας τὸν Σικίννιον ὑποδείξαντες, *creatis aliis Centurionibus, summæque rerum præfecto Sicinnio.* *præ, supra.*

Hinc περὶ παντὸς ἔλθν, *summo opere*, vel *præ aliis omnibus cupere*. Idem ibid. οἱ δὲ Ἀριστοκρατικοὶ περὶ παντὸς ἤθελον, μὴ κινεῖσθαι ἐκ τῶν πατρίων κόσμων τὴν πολιτείαν, *at Optimates, qui summopere cuperent, nihil in Republ. patriis ex institutis mutari.*

VI.

Interdum, sed raro, ni fallor, sumitur pro παρά: ut apud Aristidem Panathen. οἱ μὴ τοιαύτην τιμὴν, περὶ τῶν Θεῶν αὐτοῖς ὑπάρξασιν, ἀλλὰ καὶ μείω τοῖς ἐξ αὐ- *pro* παρά.

τῶν εἰς φιλοτιμίαν καταλιπον, id est, *qui post tantum honorem, quem a Diis consequuti erant, illustriora posteris suis, ad acuendam gloriæ cupiditatem, alia reliquerunt*; nisi perperam editum est, περὶ, pro παρά.

VII.

cum dativo circum, in.

Cum dandi casu, tam Poëtis, quam Oratoribus, est etiam *circum*, vel *in*. Homerus passim. Plato Reipubl. 2. περὶ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, *aureum annulum in manu gestare.*

Hinc apud Herodian. lib. 5. περὶ βωμοῖς χορεύειν, *circum altaria choream celebrare.* Et libr. 8. ἃς εἶχον περὶ σώμασιν ἐσθῆτας, *vestes quibus induti tum erant.*

Hinc & illud Xiphilini in Macrino, ὡς ὑπό τε τὸ βασιλικὸν θεραπείας, καὶ τὸ τῶν δορυφόρων περὶ αὐτῷ φρουρᾶς, ἠλλοιώθη, id est, *cum nihil aut ex regio famulatu, aut ex prætidiariis stipatoribus suis mutatum esset.* Dionysius Halicarnass. sæpissime.

pro.

Alias, idem est, quod ὑπὲρ, *pro*; ac fere cum verbo metum significante: Hinc apud Thucydid. sæpe, περὶ τῇ πόλει δεδιέναι, φοβεῖσθαι, *urbi metuere.*

VIII.

περὶ cum accusat. circa.

Cum accusativo frequentissime conjungitur, ac fere *circa* significat. Usum quod attinet, vide quæ de ἀμφὶ diximus. Gemina sunt omnia. Etiam in signifi-

gnificatione, *circiter*. In qua sæpe particula ὡς subiungitur, ut χίλιοι περὶ ὡς τὸ ἀριθμὸν, id est, *circiter mille numero*. Herodianus lib. 7. εἰς ἔτος ἤδη περὶ ὡς ὀγδοηκοστὸν ἐληλακώς, id est, *cum jam ad annum circiter octogesimum perveniisset*.

IX.

Habet etiam id proprium, ut reddatur *sub*, Gallice, *vers*, *sur*: ubi de tempore agitur. Ita sæpe Dionysius Halicarnass. usurpat, ut lib. 7. ὅτοι περὶ λύχνων ἁφὰς παρεισπεσόντες ἔλαθον, id est, *hi sub tempus, quo lychni accenduntur, clam sese insinuarunt*. Idem lib. 8. καὶ γὰρ ὡς περὶ δύσιν ἦλιος, *Sol enim tum occidebat*: *c'estoit vers Soleil couchant*. Et lib. 6. περὶ δείλην ὀψίαν, τίθεσθαι τὸν χάρακα, *sub vesperam, castra metari*: *sur le soir, sur le tard*. Et lib. 9. περὶ μέσας νύκτας ἐξαναστάντες, *sub mediam noctem consurgentes*. Rursusque lib. 8. ὅτε δὴ ἤδη περὶ τὸ ὄρθρον ἦν, *cum jam mane illucesceret, sub primam lucem*. *sub.*

X.

Præpositio πρὸ, cum solo genitivo construitur. Ac primo, præcipueque significat, *ante*: seu locum respiciat, ut πρὸ θυρῶν, *pro foribus*. Quo illud pertinet Dionysii Halicarnass. lib 9. αὐτὸς πρὸ *ante.*

μᾶλλον ὁ δῆμος, πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ὄντι, ἐστεφανωμένος ὑπολύτα, id est, *ipsi quidem procul adhuc ab urbe remoto, populus coronatus occurrit.* seu personam, πρὸ τοῦ βασιλέως, *coram Rege*: πρὸ πάσης τῆς παρατάξεως, *ante omnem aciem*: seu tempus, ut πρὸ πολλῶν ἐτῶν, *ante multos annos*: πρὸ ὥρας ἁναρπάζεσθαι, *immaturo fato rapi.*

Huc referendum est Latinum *pridie*, quod per hanc præpositionem duobus modis exprimitur: vel sine ἡμέρᾳ, ut πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Μαρτίου, *pridie Kalendas Martii*: vel cum ἡμέρᾳ, ut τῇ πρὸ μιᾶς Καλανδῶν ἡμέρᾳ. Cum autem dicunt, τῇ πρὸ δέκα Καλανδῶν ἡμέρᾳ, idem est, quod Latinis, *ante diem decimum Kalendas*, & simil. Thucydid. & alii dicunt, πρὸ τριῶν, id est, *tribus ante diebus*, *trois jours devant.*

XI.

Eadem præpositione significatur, quod Latini, *malle*, *anteponere.* Idque duobus modis. Primo, id exprimendo, quod Latini dicunt, *velle antequam aliquid accidat*; ut πάντας τοὺς κινδύνους ὑφίσασθαι θέλουσι, πρὸ τοῦ τὴν ὑπαρχοῦσαν ἐλαττωθῆναι δόξαν, *pericula omnia subire volunt, priusquam parta jam gloria minuatur.*

Secundo, cum verbis æstimationem significantibus, ut τιμᾶσθαι, ἄγειν, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι,

εἶθαι, ἐπαινεῖν, & si quæ al.ut apud Xiphil. in Augusto, ἀλλ' ὅτε καὶ πρὸ τοῦ Διὸς αὐτῷ ἡγαγεν αὐτὸν, *sed etiam quod Jovi eum ipsi anteposuerit.* Sic πρὸ πάντων ἂν ποιησαίμην, ἐκφανίζαι τὸ κίνδυνον ἀπώσασθαι, *omnibus equidem potius habuerim, præsens periculum depellere.*

SECTIO VIII.

De Præpositione πρός.

Regula I.

Πρὸς, genitivum, dativum & accusativum regit. De genitivo præcipua hæc observa. Primo, sæpissime idem est, quod ὑπὸ vel παρὰ, *A, Ab*; sive rem, sive personam genitivus significet. Hinc πρὸς δὲ πάθους ὀξύτερον κινεῖσθαι, *perturbatione acrius incitari*: πρὸς ἑνὸς ἄρχεσθαι κάλλιστον, *ab uno regi optimum est*: πρὸς ἁπάντων θεραπεύεσθαι, *coli ab omnibus*: πρὸς δὲ τυχόντος κωλύεσθαι, *a vili capite impediri*: καὶ πρὸς ἀνδικα ὁμολογῆσαι, *confessus etiam est adversarius.* Et simil. πρὸς, *cum genit.* *a, ab.*

II.

Secundo, ἐναντιόσημον est, id est, contraria duo significat: *e re alicujus*, & *contra.* Prioris exemplum est, illud Dio- *e re.*

nysii Halicarnass. lib. 10. διδάσκων, ὅτι πρὸς τὸ βελτίω ἐστὶ, τὸ πολλοὺς εἶναι τῶν δήμου προστάτας, id est, *ostendens, e re Senatus esse, ut plures Tribuni plebis essent.* Item hoc Xiphilini in August. ὃς ἔφθη πολλὰ πρὸς ἑαυτὸν τε, καὶ καὶ ἐκείνων διαπραξάμενος, id est, *qui cum in rem suam, tum in eorum quoque perniciem multa perfecit,* Eodem sensu Zosimus lib. 2. de Maxentio, πρὸς ἑαυτὸν τὸ λόγιον ἐλάμβανεν, id est, *suam in rem oraculum interpretatus est.*

contra. Significat etiam *contra.* Dionysius Halicarnass. lib. 7. πρὸς ἀνδρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον, id est, *adversus inimicum hominem suffragium ferens.* De re item dicitur, λαμβάνειν πρὸς, id est, *ducere loco.* Philo in Legat. ad Cajum, ὁ δὲ πρὸς ὕβρεως τὰς νουθεσίας λαμβάνων, id est, *ille autem admonitiones injuriæ loco ducens.*

III.

Tertio, secundæ acceptioni affinis illa est, qua significat *esse, stare, facere ab aliquo*, unde quod Tullius ait, *sed vide, ne hoc totum sit a me*, Græce reddas, ἀλλ' ὅπως οὐκ ἂν πρὸς ἐμοῦ σωλος εἴη τοῦτο γε. Idem Tull. *a reo dicere*, πρὸς τοῦ φεύγοντος εἰπεῖν, id est, τοῦ φεύγοντος ὑπερασπολογεῖσθαι.

Quarto, nec illa dissimilis, qua cum genitivis, ἀγαθοῦ, & κακοῦ, *construitur*: sequen-

quente ut plurimum dativo rei, vel personæ. Nam ἔστι μοι τοῦτο πρὸς ἀγαθοῦ, idem, quod ἐπ' ἀγαθῷ, *hoc e re mea est*: contra vero, κἀκεῖνο δὴ τοῖς πολεμίοις πρὸς κακοῦ γένοιτ' ἄν, id est, *atque id sane in perniciem hostium cedet*. Abesse tamen dativus potest. Nam quod Latine, *cui bono?* Græce absolute, πρὸς τίνος ἂν ἀγαθοῦ γένοιτο;

IV.

Quinto, conjuncta etiam illa est, qua significat *pertinere*, *partium & officii esse*, vel etiam, *convenire*. Dicunt enim, πρὸς τ' ἀνδρός ἐστι τὸ ἐγχείρημα, *homini sane conveniat hoc facinus*, Gallice, *il est bien homme pour faire un tel coup*. Sic οὐκ ἔστι πρὸς τῆς πόλεως, οὐδὲ πάλαι φρονήματος οὐδὲ παρὰ τοσοῦτον καθυφίεσθαι, id est, *non est hujus urbis, de pristina animi magnitudine vel tantulum remittere*. Huc pertinent πρὸς λόγου, vel λόγον εἶναι, *ad rem pertinere*: πρὸς τρόπου, *e moribus*, vel *convenienter*, *eleganter*, *decore*, *apte*: cui contrarium est, ἀπὸ τρόπου, ut, οὐκ ἂν τάδε πρὸς τρόπου λέγοις, id est, *nunquam hæc convenienter dixeris*. Sic, τὴν περὶ τοῦ βίου αἵρεσιν ἕκαστος ἂν πρὸς τρόπου ποιήσειεν, *vitæ institutum quilibet suis ex moribus delegerit*.

Nec abludit, πρὸς θυμοῦ, id est, κατὰ θυμὸν, vel καταθύμιος, *gratus*, *jucundus*: ut ἀπὸ θυμοῦ, *ingratus*, ἀποθύμιος.

V.

Sexto, generis & sanguinis communionem significat: idque tribus præcipue modis. Primo, cum genitivo αἵματος. Nam οἱ πρὸς αἵματος, id est, οἰκεῖοι, συγγενεῖς, τῷ γένει προσήκοντες, vel ἀγχιστεύοντες, vel, ut Herodian. πρὸς γένους τινὶ ὑπάρχοντες, *propinqui alicujus & consanguinei* dicuntur, & sæpius quam ἀφ' αἵματος. Deinde, cum genitivis πατρὸς, & μητρός: nam οἱ πρὸς πατρὸς, *paterni generis propinqui*: οἱ πρὸς μητρὸς, *materni*; Gallice, *parens du costé du pere, & de la mere.* Tertio, cum genitiv. ἀνδρῶν, & γυναικῶν. Nam οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι, sunt οἱ πρὸς πατρός: & οἱ πρὸς γυναικῶν, sunt οἱ πρὸς μητρός. Alias dicunt, καλὰ πατρῷον, ἢ μητρῷον γένος. Cum autem dicitur, τὸ πρὸς πατρὸς, μητρὸς, &c. subauditur, γένος, id est, *genus, paternum, maternum*, &c. Dicunt etiam συγγενές, ex. gr. τὰ πρὸς πατρὸς, & subaud. καλὰ, eodem sensu, quo si τὰ deesset.

Septimo, affini admodum usu, idem significat, quod ἕνεκα, *ex parte, de la part: quod attinet.* Xenoph. expedit. 1. οἶμαι γὰρ σὸν ἀχαρίστως μοι ἕξειν, ὅτε πρὸς ὑμῶν, ὅτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης: *spero enim gratiam mihi, nec avobis, nec ab universa Græcia defuturam.*

VI.

Octavo, in obsecrationibus, juramentis,

mentis, obtestationibus idem est, quod *per*: πρὸς Θεοῦ, *per Deum*: qui usus maxime vulgaris est. *per.*

Nono, sed rarius, verti potest, *apud*, vel *coram*: maximeque cum dicunt, πρὸς Θεοῦ, ἢ πρὸς ἀνθρώπων, quod non semper est affirmantis, vel obtestantis; sed potius, *apud Deum & homines*; *coram Deo, & hominibus*: quod etiam Gallice, *devant Dieu, & devant les hommes*. Sic ἀναίτιον εἶναι πρὸς Θεοῦ τε καὶ πρὸς ἀνθρώπων, id est, *Apud Deum & homines culpa vacare*. *apud.*

VII.

Πρὸς cum dativo casu. Primo est, *prope, ad, juxta*: πρὸς τῇ πόλει, *prope urbem*. πρὸς, *cum dativo.*

Secundo, *apud*, vel *cum*, ac fere cum pronomine reciproco: nam εἶναι πρὸς ἑαυτῷ, id est, λόγον ἑαυτῷ διδόναι, καθ' αὑτὸν λογίζεσθαι, *secum esse*, aut *secum attente cogitare*: πρὸς ἑαυτῷ, vel ἑαυτὸν σκοπεῖ, *secum ipse reputat*.

Tertio, idem est, quod *in*: cum significamus aliquem, in certo negotio diligenter & attente versari: ut ἡμεῖς ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, *hoc in sermone*, vel *hac in disputatione versabamur*: πρὸς τοῦτο ὅλος εἰμὶ, *totus in hoc sum*. Horatius. *Totus in illis* supp. *nugis*. Quo sensu etiam cum accusativo jungi potest. *in.*

præter. Quarto, frequentissime, valet *præter*: nam cum dicunt, πρὸς δὲ, sine adjuncto, vel πρὸς δὲ ἐς, vel πρὸς δὲ τούτοις, vel ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, significatur, *ad hæc, accedit, præterea*: ut ἐπὶ τούτοις, & χωρὶς, & ἄνευ τούτων. Idemque cum dicunt, καὶ τὸ πρὸς, vel τὸ προσὸν, id est, *& le surplus*, dativus subintelligitur.

VIII.

pro ἐπί. Quinto, quod Lexicographi vulgo non observant, etiam cum dandi casu, officium munusque significat, ut ἐπὶ, cum genitivo. Exemplum mihi nunc occurrit, apud Herodian. lib. 3. c. 5. εἴ πως τινὰς πεῖσαι δυνηθεῖεν, ἢ τῶν ὀψοποιῶν, ἢ τῶν πρὸς ταῖς κύλιξι: id est, *si quibus persuadere forte possent, qui aut condiendorum ciborum curam haberent, aut a poculis ipsi essent.*

IX.

πρὸς *cum accus. ad.* Πρὸς sæpissime, cum accusativo construitur: Ac primo, tam multiplici fere usu, quam *ad*, apud Latinos. Pauca hæc observare juverit: πρὸς χάριν, *ad gratiam eblandiendam*: πρὸς ἐπίδειξιν, *ad ostentationem*: πρὸς ἔπος, *ad verbum*, id est, *ad rem*, de qua vel agitur, vel disputatur; idem quod πρὸς λόγον: ut, τοῦτο τί πρὸς ἔπος; *quid hoc ad rem?* πρὸς τόδε τι ἅπαντα καθίστασθαι τὸν λόγον, dixit Aristides, id est, *ad hoc unum orationem omnem referri.*

Hinc

Hinc etiam illud, πρός π, Philosopho- πρός π.
rum, id est, *relativum*, ut Logici nunc loquuntur, quod totum per se ad aliud referatur. At πρὸς τί; interrogativum, id est, *quorsum?* πρὸς τί ταῦτα λέγεις; *quorsum ista dicis?*

X.

Secundo in quibusdam verti potest, *per*, vel cum adverbio, vel solo auferendi casu: ut πρὸς ὀργήν, *iracunde*: πρὸς φθόνον, *invidia*: πρὸς βίαν, *vi*: πρὸς ἀκρίβειαν, *accurate*: πρὸς ὑπερβολὴν, *excellenter*: πρὸς ὑπόνοιαν, *suspiciose*: πρὸς ὕβριν, *injuriose*, vel *injuriæ loco*: πρὸς ἐπήρειαν, *contumeliose*, vel *contumeliæ loco*: nam πρὸς ὕβριν, aut ἐπήρειάν τι λαβεῖν, est, *aliquid injuriæ*, vel *contumeliæ loco ducere*: πρὸς φιλίαν, *amice*: πρὸς ἔχθραν, *inimice*, *inimico animo*: πρὸς καιρὸν, vel ὥρᾳν, *commodum*, *tempestive*: πρὸς ἀφθονίαν, *abunde*: πρὸς ἀφοσίωσιν, id est, ἀφοσιώσεως ἕνεκα, & ἀφοσιεμένως, *perfunctorie*.

XI.

Tertio, est *adversus*, tam in *bonam*, *adversus*.
quam in *malam partem*. Et in *bonam* quidem, id est, *erga*: ut, τὰ πρὸς Θεὸν ὅσια, id est, *quæ adversus Deum sancte servanda sunt*. In *malam* vero, usu valde trito: ut τὰ πρὸς τὰς πολεμίους παρεσκευῆ ποιήσασθαι, id est, *necessaria adversus hostes comparasse*. Notandum tamen, verbum ποιεῖν ele-

ganter

ganter hac in acceptione adhiberi, ad significandum quicquid *utile*, vel *efficax* sit *adversus aliud*: quomodo remedium quodvis, πρὸς τὴν νόσον ποιεῖν, dicitur, id est, *adversus morbum utile*: ut τόδε τὸ ἀμυντήριον πρὸς θανάσιμα φάρμακα ποιεῖ, *hoc amuletum adversus lethalia venena utile est.*

XII.

propter. Quarto, est, *propter*. Dionys. Halicarnass. lib. 4. τὸ ἀνέστιον, καὶ ἄπορον, καὶ πρὸς καταδίκας, ἢ χρέα, τὴν ἐπιτιμίαν ἀπολωλεκὸς φῦλον, verbatim, id est, *turba sine lare, inops, quæque vel propter condemnationem*, (id est, *damnata judicio*,) *vel ob debita, dignitatem suam perdiderat.*

inter. Quinto, *inter*, vel *cum*: ut τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλλαγὰς ποιήσασθαι: *inter sese reconciliari*: & πρὸς τὸν ἐχθρὸν διαλλάττεσθαι, *cum inimico reconciliari*; πρὸς τοὺς φίλους κοινολογεῖσθαι, *sermones miscere cum amicis*: ἀργύριον πρὸς τὸν σῖτον καταλλάττεσθαι, *pecuniam cum frumento permutare.* Aliquando comparationi locus est, ut τινὰ πρὸς ἕτερον σκοπεῖν ἐξετάζειν, *aliquem cum alio componere.*

cum.

quod spectat. Sexto, *quod spectat, ce qui concerne, ce qui touche*: τὰ πρὸς ἡμᾶς, *res nostræ, les choses qui nous touchent*: τὰ πρὸς σωτηρίαν φέροντα, *quæ ad salutem pertinent*: ὅσαγε πρὸς τὴν πόλιν, *Reipubl. causa*: id est, *saltem*

tem quod ad Rempubl. attinet, non autem, propter Rempubl.

Septimo, *apud*, πρὸς τ βασιλέα, *apud Regem.* *apud.*

XIII.

Octavo, *secundum*, vel *pro*, quatenus *pro*, convenientiam aliquam proportionemve significat: ut πρὸς ἀξίαν ἑκάστοις διανέιμαι, *in singulos pro cujusque dignitate dividere*: πρὸς ἄλλον ζῆν, *alterius ad nutum & arbitrium vivere*: πρὸς τὸ καθῆκον πάντα οἰκονομεῖν: id est, *omnia pro muneris sui ratione moderari, dispensare*: πρὸς τὸ πνεῦμα πέτεσθαι, *secundum ventum*, id est, *secundo vento volare*: ἀφεστηκέναι πρὸς καθαρότητα, *puritate ac nitore, vel secundum nitorem distare, differre*; διαφέροντες πρὸς τὴν πολιτείαν, *secundum Reipubl. administrationem dissident*, id est, *in modo gerendæ Reipubl.* Ita πρὸς τὴν τ λόγων ἰδέαν διαφέρεσθαι, id est, *in constituenda eloquentiæ forma dissentire*: πρός γε τὸ παρὸν, vel ὡς γε, vel ὅσον γε, vel ὅσα γε πρὸς τὸ παρὸν, μηδὲν ἂν χρησιμώτερον γένοιτο, id est, *pro præsenti rerum statu, nihil utilius fieri possit.* *secundum.*

Nono, est, *præ*: *en comparaison*: πρὸς τὰ νυνὶ δεινὰ, πᾶν ὅ, τι πρότερον ἐπεμείναμεν, λόγος καὶ μηδὲν, id est, *præ calamitatibus præsentibus, quicquid ante pertulimus, nugæ merumque nihil.* *præ.*

Tunc-

Tuncque adhiberi etiam potest, ὡς, ὡς γε, ὅσον, ὅσα, ὅσον γε, ὅσα γε, ὅσον δὴ, ὅσα δὴ, ante πρός.

SECTIO IX.

De Præpositionibus ὑπὲρ, ὑπὸ, χωρίς.

REGULA I.

ὑπὲρ, *cum genitivo.*

PRæpositio ὑπὲρ, cum genitivo tantum, & accusativo conjungitur. Et cum genitivo quidem redditur *super, de, per, pro, propter.* In quibus contrita prope omnia. Tamen in significatione *pro,* notandum est, interdum idem esse, quod ἀντὶ, *loco, vice.* Ita sumit Dionysius Halicarnass. ut lib. 8. Ὅτοι τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων ἐν τῷ πρὸς Ἀντιάτας πολέμῳ στρατιωτῶν, ἠξίουν ἑτέρους καταγραφῆν, *Hi magistratu inito, ut eorum militum vice, qui bello adversus Antiates gesto ceciderant, alios conscribere liceret, postulabant.*

pro.

II.

propter.

In significatione *propter*, duo nota. Alterum est, eleganter cum infinitivo conjungi, tam affirmando, quam negando; ac fere resolvi per *ut*, vel *ne*: ut, ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, *latendi causa*, vel *animo*, vel *ut latere possim, possis*, &c. ὑπὲρ τοῦ μὴ παρεκ-

παραπλήσιόν τι παθεῖν, *ne simile quid pateretur*, vel *patiar*, vel alia quavis persona.

Rarius, quod sequitur ex Herodian. lib. 8. ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, καὶ φροντίδος ἡμεῖς ἔξομεν, id est, *ut autem barbaræ quoq; nationes quiescant, curæ nostræ erit.*

Alterum est, idem valere, quod ὑπὸ, id est, *præ*. Dionysius Halicarnass. lib. 9. οὐκ ἐξ ὑπουλῆς, οὐδ' οἰκείας πλεονεξίας ἕνεκα εἰς αὐτὰ κατέστησαν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας, *non ex insidiis*, (id est, *dolo malo*) *nec privatæ utilitatis causa*, (*pour leur interest*,) *eo devenerant, sed præ singulari Reipubl. studio*, nam φιλοτιμία, non tantum *ambitio*; sed etiam, *alterius honoris studium.*

III.

Cum accusativo est, *supra*, vel *ultra*: ὑπὲρ λόγον, *supra vim dicendi omnem*: τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, *quæ vires nostras superant*. Dionysius Halicarnass. lib. 5. ὑπὲρ ἅπαντα δὲ τοῦτο, καὶ τὰ ἄλλα, δεινόν τι, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι Ῥωμαίοις, *supra hæc omnia, cæteraque, indignum id esse, nec Romanis ferendum.* *cum accusat. supra, ultra.*

Aliquando tamen, sed multo rarius, eodem modo sumitur, quo παρὰ, cum intermissionem significat: nam ὑπὲρ μίαν, est, παρὰ μίαν, id est, *alternis diebus*: subintelligendo ἡμέραν.

IV. Præ-

IV.

ὑπό. Præpositio ὑπὸ, Genitivum, Dativum, & Accusativum regit.

cum genitivo a, ab. Cum genitivo, est, *A, Ab, Abs.* Qua in significatione notandum est, eam cum verbis etiam neutris conjungi. Nam ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν πολεμίων, *mori ab hostibus*, id est, *interfici*. Quo modo Tullius Academic. 1. *nihil enim esse valentius, a quo intereat*, εἶναι γὰρ κρεῖττον οὐδὲν, ὑφ' οὗ γε ἀποθανεῖν, vel ἂν ἀποθάνοι. Sic, ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἁλῶναι, id est, φυγαδοῦσθαι, *a Judicibus exilio mulctari*. Eodem fere sensu, verbum substantivum adhibetur: ut εἶναι ἐν δόξῃ ὑπό τινος, id est, δοξάζεσθαι, *honorari ab aliquo*.

V.

propter. Aliquando est, *propter*: ὑπὸ τὴν ἀπεχθείας, *propter odium*.

præ. Aliquando, *præ*: ὑπ' ἐνδείας οὐκ ἔχω, ὅ, τι ἄν μοι χρήσωμαι, *præ penuria, quid agam nescio*.

Aliquando ἀπὸ, ut ὑπὸ τραυμάτων θεραπεύεσθαι, *a vulneribus curari*; sed exemplo rariore Plutarch. Alexandr. p. 699. Ὁ Βουκεφάλας ἐτελεύτησε, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος, *Bucephalus mortuus est, dum a vulneribus curaretur*. Herodian. lib. 7. τὸν συγκλητικὸν ἄνδρα, ὑπὸ ὑπατείας μὲν νεωστὶ, *virum senatorium, ac novissime consularis*, id est, *consulatu functus*.

Ali-

Aliquando, διὰ, ut ὑπὸ σκότου, *per tenebras.* *pro* διά.

VI.

Cum dativo, ut plurimum redditur, *sub.* Exempla passim. Sed dativi locum genitivus interdum subit. Xiphilin. in Severo, ὑπὸ τῆς ἀτοπίας ἦν ὁ Σεβῆρος, *sub hæsitatione Severus erat*, id est, *hæsitabat.* *cum dat. sub.*

Aliquando, *cum.* Plutarch. Public. ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι, *cum fascibus ac securibus omnibus.* *cum.*

Aliquando, *ab*, *propter*, *præ*, cum dativo, loco genitivi, *Ab.* Eutrop. Metaphrast. lib. 2. initio, πρώτῳ (ἔτει) μετὰ τὴν ὑπὸ Γάλλοις γενομένην ἅλωσιν· id est, *anno primo post captam a Gallis urbem.* *ab.*

Propter, aut *per.* Julianus August. in Cæsarib. ὑπὸ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι, καὶ οὐχ ὑπὸ τοῖς σοῖς ἐσφάλη στρατηγήμασι, *suis ille peccatis, non tuis consiliis victus est, cecidit.* *propter.*

Præ. Zosimus lib. 2. ἐκθανόντων δὲ αὐτῶν ὑπὸ καύματι, *ipsis autem præ æstu emortuis.* *præ.*

VII.

Aliquando etiam, redditur *propter*, sed ita, ut sumi videatur pro ἐπί. Xi- *pro* ἐπί.

philin. in Nerone, ὁ δὴ Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπηνεῖτο, *Lucanus autem versus condere prohibitus est, quod vehementer ob poësim laudaretur.*

Herodian. lib. 2. ὡς ὑπ' αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδοναῖς σκώπτειν, *ut eum etiam ob turpes, & ambiguas voluptates morderet, illuderet.*

VIII.

cum acc. sub.

Cum accusativo, fere *sub*: sive locus indicetur, ut ὑπὸ τὴν πόλιν, *sub urbem*: sive tempus, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *sub idem tempus*: sive, quod frequentissimum est, *potestatem*, seu *ditionem*: ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, *sub*, vel, *in potestatem suam redigere.* Sic etiam dicuntur, οἱ ὑπὸ χεῖρας, *potestati subditi.* Dionysius Halicarnass. lib. 7. ὡς ἐχθροῦ προπηλακίζοντος ἀδεῶς τοὺς ὑπὸ χεῖρας, id est, *tanquam hostis, potestati suæ subditos contumeliose, absque ullo metu tractantis.*

Dicunt etiam, ὑπὸ πόδα χωρεῖν, id est, *pedem referre*: ἀναχάζεσθαι ἐπὶ πόδα, ut in præpositione ἐπὶ, ex Xenophonte audivimus. Idem Dionysius Halicarnass. lib. 5. διὰ τὰς συνεχεῖς πληγὰς ἐχώρουν ὑπὸ πόδα, id est, *ob assiduos ictus pedem referebant.*

IX.

IX.

Præpositio χωρὶς solum genitivum admittit. Cum quo, ut plurimum idem est, quod ἄνευ, *absque, sine.* χωρὶς, *cum genit.*

Aliquando est, *præter.* Nam χωρὶς ἢ τούτων, idem valet, quod πρὸς ἢ τούτοις: & χωρὶς ἤ, & χωρὶς τούτου, idem quod πρὸς ἤ, *præterea.* Thucydid. lib. 2. χωρὶς ἤ, ὁ ἄλλος ὅμιλος φιλῶν, οὐκ ὀλίγος, *præterea, velitum turba reliqua, non exigua.* *præter.*

X.

Aliquando, significat *nisi, præterquam*: tuncque, vel conjungitur cum ἢ ὅτι, sine particula negativa. Xiphilin. in Commodo, χωρὶς ἢ ὅτι Πομπηϊανὸς ὁ γέρων οὐκ ἔστιν ὅτε ἀπλώτησεν, *nisi quod Pompejanus senex nunquam occurrit*, id est, *interfuit.* Nam illud οὐκ, non refertur ad χωρὶς, sed cum ἔστιν ὅτε, significat, ἔνιοτε. Et casus sequi potest, ei similis, qui præcesserit: ut κακοὺς στρατώτας οὐκ ἔχει, χωρὶς ἢ ὅτι ὀλίγους πινὰς, *ignavos milites nullos habet præter omnino paucos.* Vel conjungitur cum ἤ, & adject. ὅσος, absque negatione similiter. Dionysius Halicarnass. lib. 10. χωρὶς ἢ ὅσοι ὑπὸ νόσων, ἢ γέρως, φυγεῖν ἀδυνάτου ἦσαν, *niſi.*

ἢ σφῶν, id est, *præter eos, qui vel præ morbis, vel præ senio fugere non poterant.*

Vel construitur cum ἄν, aut εἰ, sequente part. negat. Plutarch. Camil. χωρὶς ἄν μὴ Γαλατικὸς ᾖ πόλεμος, id est, *nisi si Gallicum bellum fuerit.*

XI.

seorsum. Aliquando denique, adverbii potius rationem induit, quàm præpositionis: tuncque significat *seorsum*, *separatim*, ut νόσφι Poëtice.

Quo sensu, duobus modis usurpatur. Primo, per se, ac sine ullo casu, ut χωρὶς γὰρ ἐκεῖνος, ἢ καθ' αὑτὸν δὴ μόνον ἐξετάζεται, id est, *ille enim seorsum, ac per sese tantummodo spectatur*, aut *secum ipse comparatur*, χωρὶς περὶ ἑκάστων εἰπεῖν, *seorsum de singulis dicere.*

Secundo, cum genitivo casu: ut ὅσον διὰ σταδίου χωρὶς ἀλλήλων διεσκέναι, id est, *uno circiter stadio ab invicem disjungi.*

FINIS.

LAUS DEO.

Loco

Loco eorum, quæ in hac editione habentur Cap. VIII. Sect. III. Reg. V. pag. 378. & seq. quæ ex Editione Parisiensi exscripta sunt, hæc tantum in exemplari Lugd. Bat. legebantur.

V.

De imperfecto, clarum illud est, Olynth. 1. ῥᾴονι, ᾧ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ, id est, *faciliore nunc, multoque modestiore Philippo uteremur.* pro, ἐχρώμεθα ἄν.

Quæ porro in eodem Cap. VIII. Sect. X. a Regula I. ad IV. usque pag. 437. seqq. itidem ex editione Parisiensi in hac editione expressa sunt, Lugd. Batava hunc in modum exhibet.

REGULA I.

De Conjunctionibus ὡς & ὥστε primum hoc tirones moneo; usurpari eas ἵνα, ὡς, ὥστε, ὥσπερ,

posse, ubicunque *ut* Latinum potest: si tres usus excipias, in quibus ὥστε, locum non habet, de quibus paulo post: cum ἵνα, locum ibi tantum habeat, ubi, *ut*, significat. Lucian. Nigrin. εἰ χάρ τοι, ἔφη (scilicet *Momus*) τῇ πνοῇ τῶν ἰων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τὴν ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτὰς στέφεσθαι, παρ' αὐτῷ, ὡς οἴονται, τῷ ἀναπνοῇ, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς, *Nam si violarum & rosarum odore delectantur, sub naribus potissimum eos coronari oportebat, juxta ipsam, quantum fieri potest, respirationem, ut voluptatis inde quamplurimum attraherent.*

Accusabat scilicet eos, qui coronas gestabant, quod locum nescirent, ubi eas adhibere deberent. Ubi notandum ἵνα cum indicativo construi: idque fit (ut Budæus loquitur) ubi de præterito sermo est, sive sit παραπικὸς, sive ἀόριστος, sive παρακείμενος, ἀνέσπων vero pro ἀνεσπῶεν.

II.

cum infinit.

Ὡς & ὥστε infinitivum postulant, Plato in Prot. ἡμεῖς ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι, *nos adhuc juvenes, ut quidem est tanta rei explicatio & judicium.* Attice tamen etiam cum indica-

cativo junguntur, Gal. 2. 13. ὥστε ὁ Βαρνάβας συναπήχθη τῇ αὐτῶν ὑποκρίσει, *ita ut Barnabas eorum simulatione abductus fuerit.*

III.

cum particip.

Notandus est elegans iste usus particulæ ὡς cum participio. quod enim Latini exprimunt per præteritum vel futurum infinitivi præcedente accusativo, Græci efferunt per participium aoristi aut futuri præcedente ὡς cum genitivo absolute sumto, v. c. *Thaidem Clitarchus ait in causa fuisse ut exureretur regia Persepolitana*, περὶ Θαΐδος φησὶν ὁ Κλείταρχος ὡς αἰτίας γενομένης τοῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια. *dimanavit rumor quidam nos inimicorum exercitum confestim insecuturos*, φήμη τις ἐξῆλθεν ὡς ἡμῶν αὐτίκα δὴ μάλα ἀκολουθησόντων τῷ πολεμίων στρατῷ.

IV.

ὡς, utinam.

Ὡς per se posita in oratione stricta nonnunquam idem valet, quod *utinam*, Ὡ Ζεῦ, ὡς χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος, Catullus pene ad verbum reddit. &c.

AUCTORUM,

qui in hoc Libello citantur,

INDEX.

A.

Æschines
cit. 40, 2. 242, 5.
in Ctesiphont. cit. 271, 5. 349, 7. 371, 10.
de Falsa Legat. cit. 241, 3.
Æschylus
in Agamemn. cit. 58, 1.
Jaculatr. expl. 57, 1.
Schol. cit. 49, 6.
Amiotus Plutarchi Interpr. Gall. cit. 306, 2. 315, 4. 328, 9.
Antiphon cit. 277, 10.
Aphthonius. 15, 10.
Apocalypsis. vid. Testam. Nov.
Appianus cit. 382, 3.
Aristides
cit. 538, 9.
Panathen. cit. 6, 15. 51, 9. 87, 13. 92, 4. 95, 10. 198, 14. 221, 16. 259, 2. 273, 2. 274, 3. 275, 6. 276, 8. 280, 2. 302, 10. 433, 6. 444, 9. 494, 6. 508, 3. 529, 6.

inter-

interpr. corr. 332, 9.
tent. 398, 13.
Aristophanes
cit. 56, 1. 292, 7. 432, 3.
Nub.
cit. 54, 13.
act. 1.
cit. 116, 3.
cum Scholiaste cit. 299, 4.
Pac. corrig. Scholiast. 269, 2.
Plut. cit. 342, 3. 386, 3. 515, 13.
Ran.
cit. 134, 8. 269, 2. 353, 4.
act. 5. *cit.* 116, 3.
Vesp. cit. 376, 1.
Aristoteles
cit. 4, 9. 33, 6. 35, 10. 140, 17. 194, 8. 245, 8. 265, 12. 362, 3. 408, 13.
de Cœlo Lib. 10. *cit.* 400, 14.
Ethic.
cit. 210, 10.
Lib. 2. *cit.* 342, 3.
Lib. 3. *cit.* 235, 15.
Lib. 8. *cit.* 428, 23.
Lib. 9. *cit.* 509, 4.
Lib. 10. *cit.* 375, 1.
Histor. Animal.
Lib. 6. *cit.* 53, 11.
Lib. 8. *cit.* 142, 5.
Metaphys. Lib. 1. *cit.* 131, 2. 365, 9.
Polit.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853387967/phys_0609
DFG

Lib. 1. *cit.* 405, 9. 451, 21.
Lib. 5. *cit.* 466, 2.
Lib. 6. *cit.* 398, 12.
Lib. 7. *cit.* 277, 12.
Problem.
cit. 244, 8.
Sect. 5. *cit.* 132, 5.
Arnobius Lib. 2. *cit.* 344, 5.
Arrianus Lib. 4. *cit.* 187, 10.
Athenæus Lib. 8. *cit.* 217, 7.

B.

Basilius
cit. 72, 11.
ad Domitian. cit. 111, 14.
Budæus {21.
cit. 205, 1. 272. 434, *b.* 479, 3. *bis.* 492, 4. 505,
corrig. 47, 4.

C.

Callimachus cit. 439, 4.
Catullus cit. 440, 4.
Dio Chrysostomus cit. orat. 12. 254, 5. 364, 5. 420, 9.
S. Chrysostomus
cit. 203, 1. 204, 1.
commentar. in Epist. ad
Roman. cap. 6. *cit.* 448, 16.
Corinth. 1. *cap.* 15. *cit.* 386, 4.
Thessalon. 2. *cit.* 226, 4.
epist. cit. 189, 13.

de Fa-

de Fato cit. 145, 10.
de Provid. Lib. 2. *cit.* 321, 6.
Tomo 5to *cit.* 309, 2.
Cicero
cit. 46, 2. 92, 5. 103, 10. 124, 6. 142, 5. 224, 1. 247, 3. 274, 4. 295, 1. 309, 2. 325, 3. 348, 5. 429, 25. 516, 1. 534, 3. *bis.*
Academ. 1. *cit.* 544, 4.
Epist. ad
Att. cit. 80, 3. 115, 1.
Familiar. cit. 68, 4. 194, 7. 428, 23.
de Fato cit. 351, 11.
Finib. cit. Lib. 3. 347, 2.
Officior. Lib. 1. *cit.* 179, 15.
Oratio pro
Cluent. cit. 363, 3.
Cœlio cit. 371, 9.
Dejotaro cit. 418, 5.
Lege Manil. cit. 212, 13.
Milone cit. 291, 6.
Philipp.
cit. 212, 13.
8. *cit.* 386, 3.
10. *cit.* 123, 3.
11. *cit.* 73, 3.
Tuscul. 5. *cit.* 405, 8. 421, 12.
Verr.
cit. 201, 17.
3. *cit.* 362, 1.
ult. cit. 412, 21.

Clemens Alexandr.
cit. 456, 6.
Pædag. Lib. 2. *cit.* 507, 1.
Protrept. cit. 448, 16. 451, 22. 456, 6.
Stromat.
Lib. 1. *cit.* 456, 6.
Lib. 2. *cit.* 463, 16.
Lib. 4. *cit.* 449, 19.
Lib. 6. *cit.* 451, 22.
Lib. 7. *cit.* 455, 4.
Cratinus cit. 89, 15.

D.

Damascenus cit. 45, 1.
Demosthenes
cit. 19, 18. 60, 4. 69, 5. 102, 8. 112, 1. 122, 1. 150, 10. 182, 2. 190, 1. 191, 1. 200, 16. 219, 11. 293, 10. 317, 7. 347, 2. 349, 8. 430, 27. 479, 3. 517, 3. 522, 10.
Epist. ad Phil. cit. 282, 7.
Oratio
in Androtionem cit. 124, 6.
Aphobum cit. 52, 11.
Aristocratem cit. 81, 5. 322, 8. & 9.
πρὸς Βοιωτ. *cit.* 320, 3.
de Chersoneso cit. 53, 12. 62, 9. 101, 7. 175, 5. 201, 18. 403, 3.
pro Corona cit. 3, 4. 4, 7. 5, 12. *bis.* 7, 18. *ter.* 8, 19. 14, 6. 15, 10. 16, 13. 17, 16. 18, 16. 20, 1. 35, 11. 38, 17. *bis.* 48, 6. 49, 7. 69, 5. 76, 10. 77, 12.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1853387967/phys_0612
DFG

